# LUDOVICI ANTONII
## MURATORII
## *OPERA OMNIA.*

# ANTIQUITATES
# ITALICAE
## MEDII AEVI,
*SIVE*
# DISSERTATIONES
De Moribus, Ritibus, Religione, Regimine, Magiſtratibus, Legibus, Studiis Literarum, Artibus, Lingua, Militia, Nummis, Principibus, Libertate, Servitute, Foederibus, aliiſque faciem & mores Italici Populi referentibus poſt declinationem Rom. Imp. ad Annum uſque MD.

*OMNIA ILLUSTRANTUR ET CONFIRMANTUR*

INGENTI COPIA DIPLOMATUM ET CHARTARUM VETERUM,

*Nunc primùm ex Archivis Italiae depromtarum,*

ADDITIS ETIAM

NUMMIS, CHRONICIS, ALIISQUE MONUMENTIS NUNQUAM ANTEA EDITIS.

*AUCTORE*

LUDOVICO ANTONIO MURATORIO

SERENISSIMI DUCIS MUTINAE

BIBLIOTHECAE PRAEFECTO.

*Arretino Seminario & Collegio Eccleſiaſticorum Caſtilionenſi Epiſcopalibus alteram hanc editionem curantibus.*

## *TOMUS NONUS.*

ARRETII MDCCLXXVI.

Typis MICHAELIS BELLOTTI Impreſs. Epiſcop. ſub ſigno PETRARCAE.

*SUPERIORIBUS PERMITTENTIBUS.*

# DE
# LITERARUM FORTUNA
# IN ITALIA
## POST ANNUM CHRISTI MC.
# ET DE ACADEMIARUM
## SIVE
# GYMNASIORUM
## ERECTIONE.
# DISSERTATIO
## QUADRAGESIMAQUARTA.

# DISSERTATIO

## QUADRAGESIMAQUARTA.

QUo in loco per Italiam fuerint Artes ac Diſciplinae liberales uſque ad Annum Milleſimum Centeſimum, in proxime antecedenti Diſſertatione vidimus. Res nunc poſcit, ut perſcrutemur, quae earum fortuna fuerit Saeculis ſubſequentibus. Jam in Gallia, ac praeſertim Lutetiae Pariſiorum jacentes antea Literae vires receperant, eâ famae celebritate, ut vel ipſi Itali illuc proficiſcerentur eruditionis cauſsâ. Egregium teſtem dabo moris hujus Landulphum a Sancto Paullo, cujus Hiſtoriam Mediolanenſem evulgavi Tomo V. Rer. Italicarum. Narrat ille Cap. 13. ſe una cum Anſelmo de Puſterla, & Olrico Vicedomino, qui poſtea Archiepiſcopalem

A Cathedram Mediolanenſem unus poſt alterum conſcenderunt, in Galliam perrexiſſe, atque in iis Scholis ultra annum ſe literis operam dediſſe. *Anſelmo*, inquit, *de Puſterla, & Olrico Vicedomino Mediolanenſi adhaeſi, quibus duobus domi & foris, ut manifeſtum eſt, utilis & rectus fui. Cum Anſelmo namque per annum & dimidium*

B *Turoni, & Pariſiis in Scholis Magiſtri Alfredi & Gulielmi, legi, & legendo, ſcribendo, multiſque aliis modis Anſelmo multam commoditatem dedi.* Rurſus idem Cap. 17. haec habet: *Suggeſſerunt Olrico Mediolanenſi Vicedomino & Anſelmo de Puſterla cognominato, ire ad praecipuum Magiſtrum Anſelmum de Monte Leoduni; quibus duo-*

C *bus fuit gratum ſecum ducere me Landulphum Presbyterum. Et quum apud ipſum Magiſtrum, & fratrem ejus Rodulphum ſtuderemus, nuntiatum eſt &c.* Acta haec fuere ineunte Saeculo XII.

hoc

A hoc eſt, circiter Annum Chriſti MC
VIII. Sed jam inquiat heic aliquis:
Reſtitutis in Italia Scholis ac Lite-
ris praecedenti Saeculo XI. uti ſupra
ſtatuimus, quid rei hoc eſt, quod I-
talici homines tunc a Gallia mutua-
rentur eruditionem tanto cum ſuo
incommodo, & alibi quaererent, quod
domi haberent? Et cur dimiſſis A-
B cademiis, ſive Gymnaſiis Italicis,
quae nunc Univerſitates appellantur,
Pariſienſes Scholae a noſtris tunc pe-
tebantur? Certe Henricus Pantaleo
de Vir. Illuſtrib. German. Part. 2.
auctor eſt, a Carolo M. *duo celeber-
rima Gymnaſia Literarum inſtituta fuiſ-
ſe, alterum in Occidentali Francia, Pa-
riſiis, alterum Papiae in Italia, quae
C liberaliter dotavit, atque Viris doctiſſi-
mis ornavit*. Idem quoque affirmavit
Jacobus Middendorpius de Academ.
celebr. Lib. 4 Guido Pancirolius de
Clar. Leg. Interpret. Bulaeus in Lib.
de Pariſ. Univerſ & noviſſime An-
tonius Gattus in Hiſtor. Gymnaſii Ti-
cinenſ. ut alios omittam. Ad haec,
ſi fides multis Scriptoribus, *Bononien-
D ſe* Gymnaſium uſque a temporibus
Theodoſii II. Auguſti originem ſuam
deduxit. Cironius verò in Lib. V.
Decretal. & Bulaeus, Bononienſis A-
cademiae inſtitutionem referendam eſ-
ſe ad Carolum M. contendunt. Con-
tra Papirius Maſſonius *Patavinam*,
non autem Bononienſem, erectam ab
eodem Carolo memoravit, ſcribens
E in Annal. Franc. *Pariſienſis, Patavi-
na, & Ticinenſis Academiae Karolum
Magnum parentem ſuum appellant*. Si
Academiis iſtis a tanto tempore glo-
riabatur Italia, mirum videatur, cur
Pariſienſes ac Turonenſes Scholae ſub
initium Saeculi XII. ab Italica gen-
te, propriis contemtis, anteferrentur.
Atque hactenus ejuſmodi interroga-
tionem diſtuli, cui ſuus eſſe locus poterat, & quidem juſtiore titulo, in antecedenti Diſſertatione. Quei enim tantus languor Saeculo IX. & X. in Italia Literas invaſiſſet, ſi haec jam publicis ornata fuiſſet Academiis?

Itaque tempus eſt, ut veritatem fidentiſſime a fabulis nunc liberemus. Quod igitur innui in Notis ad Capitulare Lotharii I. Part II. Tomi I. Rer. Italicar pag. 152. nunc repeto. Literarum quidem ſtudium in Gallia, & Germania, immo & Ticini, quanto potuit ardore animi, Carolus Magnus procuravit: majora etiam praeſtitit Lotharius I. Auguſtus illius nepos in Italico Regno, excitatis Scholis in quibuſdam Civitatibus, ad quas reliquarum pueri erudiendi confluerent. Epiſcopales quoque Scholae, & Coenobiales antiquis Seculis inſtitutae fuerunt; idque vel in ipſa Italia factum facile conſentire poſſumus. Sed nihil horum, Academiae ſeu Univerſitatis faciem unquam retulit, ſi quod hiſce nominibus nunc ſignificamus, cum Seculis iis conferatur. Unus Magiſter unam Scholam tunc conſtituebat, & humiliorum quidem plerumque Artium. Ticini unus Dungalus, Eporediae unus Epiſcopus, uti ex praelaudata Lotharii I. Lege conſtat, munere docendi publice fungebantur. In reliquis Civitatibus non diſpar modulus fuit. Parium ferme Scholarum ſpecimen nunc ipſa Caſtella ſervant. Ad haec (rurſus moneo) putida nimium eſt fabula, inſtitutam fuiſſe a Theodoſio II. Bononienſem Academiam: & quale ſit Privilegium ſub ejus nomine confictum, ſupra in Diſſertatione XXXIV. *de Diplomat.* prodidi. Neque hercle exſpectarunt eruditi Bononienſes, ut hanc veritatem a me edocerentur, quum nemo inter eos probe cordatus jam exſiſtat,

qui

qui quanquam in editis Libris taceat, in privatis tamen colloquiis, aut in intimis praecordiis non fateatur, ne a Carolo quidem Magno, nedum a Theodoſio, arceſſendam eſſe ſui Gymnaſii originem. Idem de Romano, Ticinenſi, Patavino, Piſano, ceteriſque conſtantiſſime pronuntiandum, quippe ad tempora longe poſteriora nativitas Academiarum apud Italos eſt contrahenda. Immo tantam vetuſtatem, ac omnium diſciplinarum complexionem tam antiquam ſibi tribuere ne Pariſienſis quidem Academia jure poteſt, vel Turonenſis, Fuldenſis, Oſnabrugenſis, & ſi qua eſt alia, quae a multis Seculis floreat, aut olim floruerit. Aliud enim eſt reſtituere Literas, & aperire Scholam alicujus diſciplinae, aliud omnium Scientiarum Lycaeum efformare. Liceat ſane Scholas eorum temporum appellare ſemina Academiarum longe ſerius inſtitutarum: ſed neutiquam cum iis confundendus ritus ac inſtitutio Saeculorum proxime ſuccedentium. Quo autem tempore in Italia emerſerit primo Academia Scientiarum ac Artium, & quae haec fuerit, nobis edicendum. Bononienſis illa fuit, quae ut vetuſtate, ita & celebritate nominis, & copiâ Virorum illuſtrium, ceteris Italicis praeferenda eſt, & quae cum ipſis exteris de antiquitate ſaltem certare aliquâ ex parte poſſit. Rationem enati Bononienſis Gymnaſii ne ipſi quidem Bononienſes certo norunt, quod eos Hiſtoria & monumenta ad hanc rem opportuna deficiunt. Ego rem, quàm breviſſime potero, perſcrutabor.

Vulgatiſſima ſunt Conradi Abbatis Urſpergenſis verba, ubi de Lothario II. Auguſto circiter Annum MCXXVI. loquitur: *Eiſdem temporibus Dominus Wernerius Libros Legum, qui dudum neglecti fuerant, nec quiſquam in eis ſtuduerat, ad petitionem Mathildis Comitiſſae renovavit: & ſecundùm quod olim a divae recordationis Imperatore Juſtiniano compilati fuerunt, paucis fortè verbis alicubi interpoſitis, eos diſtinxit.* Proinde Sigonius in Libris de Regno Italiae haec ſcripſit: *Primus autem Bononiae Irnerius Jus Civile exponere coepit, ut Odofredus memoriae prodidit, primuſque Gloſſas, ut vocant, in illud ſcripſit.* Tum Urſpergenſis auctoritate utitur, illum tamen corrigens, quod *Mathildis* rogatu Irnerium id muneris ſuſcepiſſe ſcripſerit, quae multo ante Lotharii Imperium e vita migrarat. Verùm nullâ caſtigatione dignus eſt heic Urſpergenſis. Certum quippe reor, *Irnerium*, ſive *Warnerium* floruiſſe, ac Leges interpretatum fuiſſe Bononiae tum vivente Mathildi Comitiſsâ, tum multis poſt ejus mortem annis. Conſule Ottonem Morenam in Hiſtor. Laudenſ. ad Annum MCLVIII. Tomo VI. Rer. Italicarum. Vide etiam infra in Diſſertatione LIII. *de inſtitutione Militiae*, Placitum ab Henrico IV. habitum Gubernuli in agro Mantuano, cui interfuit *Warnerius Bononienſis Judex*, ante alios honoris cauſsâ nominatus. Vide & alterum in Diſſertatione XXXI. *de Placitis*, ubi rurſus occurrit, nondum a latere Imperatoris diviſus. Hic idem ipſe *Warnerius* fuiſſe omnino dicendus, cujus apud Urſpergenſem mentio, & quem a Populo Bononienſi arbitror miſſum ad Henricum Auguſtum aut honoris, aut negotiorum cauſsâ. Celebratum fuit Placitum illud *Anno MCXVI. die VI. Maji*, hoc eſt, paucos poſt mortem Comitiſſae Mathildis menſes, ad cujus petitionem propterea potuit *Warnerius* interpretationem

nem Legum aggredi in patria ſua. Atque haec exordia videntur Academiae Bononienſis, levia quidem primis annis, quum in uno Juris Civilis Interprete & Doctore tota primum Academiae ſors conſtiterit, ſed quam tamen ſenſim majores auſus & incrementa ſunt ſubſequuta, more ingentium fluviorum, quorum humilis plerumque eſt origo. Doctores ipſi Bononienſes in Reſponſo ad Bartholdum Nihuſium, edito in ejus Anticritico, non alium agnovere primum Bononiae Legum Expoſitorem, quàm Irnerium. Eorum verba ſunt: *Ab Anno Centeſimo Vigeſimo Octavo ſupra Milleſimum, Bononiae Juris publicae profeſſioni exordia dediſſe, priſcorum tradunt memoriae.* Neque ſecus habet inſcriptio poſita Irnerio in Bononienſi Gymnaſio. Hoc & alii affirmarunt, quos commemorare nihil attinet, uti neque Trithemium, a quo Irnerii ſive Wernerii aetas perperam differtur ad tempora Henrici VI. Auguſti, hoc eſt, uſque ad Annum Chriſti MCXCI. Quare vides, ad quae tempora hactenus collocatus fuerit tum Irnerius, tum Juriſprudentiae renovatum apud Bononienſes ſtudium.

In hac & ego ſententia eram, quum Praefationem ſcripſi in Leges Langobardicas a me editas, Parte II. Tomi I. Rer. Italic. Ibi quoque communem hactenus ſententiam amplexus fui, ſtatuentem, Pandectas, ſive Digeſtorum Libros, in Italia per aliquot ante Secula neglectos, aut deperditos, tandem in depopulatione Amalphis Anno MCXXXVII. ſive ut Pagius contendit, MCXXXV. a Piſanis fuiſſe repertos, quorum antiquiſſimus ac venerandus Codex Piſas tunc advectus, nunc Florentiae adſervatur. Et ſane hucuſque traditum & creditum eſt, tantummodo

A circiter eadem tempora Digeſtorum ſtudium ac uſum in Scholas penetraſſe, quum antea qui Legibus Romanis in Italia vivebant, Codice quidem Juſtinianeo, ejuſque Novellis ac Inſtitutionibus, non autem Digeſtis, uterentur. Verùm D. Guido Grandius, Camaldulenſis Abbas, & publicus in Piſano Lycaeo Matheſeos

B Profeſſor, vir tum ex Mathematicis, tum ex eruditione ſua ubique Clariſſimus, in Epiſtola ad Cl. V. Joſephum Averanum, Anno MDCCXXVI. Piſis editâ, & inſequenti Anno cum Additamentis recusâ, haec omnia in dubium revocavit, & pro ſuo quidem more judicioſe atque nervoſe. Sed & ante Grandium Dona-

C tus Antonius Aſtenſis Anno MDCCXXII. Neapoli Librum edidit, nondum mihi inſpectum, cui titulus: *Dell' uſo, e autorità della Ragion Civile nelle Provincie dell' Imperio Occidentale,* in quo contendit, falsò proditum hactenus fuiſſe, Pandectas olim Piſanos, nunc Florentinos (liceat enim ſemel, quod aliquot prae-

D clari Viri fecerunt, maſculino genere vocabulum hoc efferre) Piſanis ad Amalphim in praedam contigiſſe; ſtatuens, eorum uſum in Italia perduraſſe ac fuiſſe, longe antequam Pandectarum Codex Piſanus agnoſceretur. Ad haec eximium locum in Acceſſionibus Roberti de Monte ad Chronicon Sigeberti, a Dacherio editis,

E animadvertit doctiſſimus Grandius, cui ſi acquieſcamus, antevertenda eſt uno ferme Seculo Academiae Bononienſis inſtitutio. Ita ergo ſcribit Robertus ad Annum MXXXII. de Beato Lanfranco, poſtea Cantuarienſi Epiſcopo, cujus in proxime praecedenti Diſſertatione fuit mihi ſermo: *Lanfrancus Papienſis & Garnerius ſocius ejus, repertis apud Bononiam Legibus*

*gibus Romanis Juſtiniani Imperatoris, operam dederunt, eas legere & aliis exponere.* Equidem, ut verum fatear, dubium, ancipitemque in iſta controverſia me ſentio, quando tantam inter Urſpergenſem ac Robertum de Monte diſcordiam intueor, quum ille ad Annum MCXXVI. ſub Lothario II. ac ſi mavis ad Annum MCII. ſub Comitiſſa Mathilde, *Irnerii*, ſive *Guarnerii*, ſeu *Warnerii* aetatem ac labores ſtatuat, alter verò ad Annum MXXXII. Etſi aliquantulum vetuſtior Robertus de Monte, quàm Abbas Urſpergenſis, uterque tamen multis poſt Lanfranci mortem annis floruit, & ſcripſit, ita ut cur uni potius quàm alteri fidem adhibeas, aut neges? Urſpergenſis autem multos e praecedentibus Hiſtoricis ad manum habuit, dum ſuam contexeret Hiſtoriam. Praeterea Milo Criſpinus, Cantor Beccenſis in Vita ejuſdem Beati Lanfranci Cap. I. haec tantùm ſcribit: *In primaeva aetate patre orbatus, quum ei in honorem & dignitatem ſuccedere deberet, relictâ Civitate, amore diſcendi, ad ſtudia Literarum perrexit: ubi plurimo tempore demoratus, omni ſcientiâ ſaeculari perfecte imbutus rediit.* Si Lanfrancus *in primaeva aetate* ad ſtudia Literarum profectus eſt, & quidem *amore diſcendi*, quei nobis a Roberto exhibetur aliorum in ſtudio Legum Magiſter? Rurſus, ſi primus inter Italos repertas apud Bononiam Leges Magiſter fuiſſet interpretatus, cur hanc ejus laudem non noviſſet, non depraedicaſſet Milo Beccenſis Monachus, atque illius aequalis? Hiſce adde, nos nuper vidiſſe *Warnerium Judicem Bononienſem* ab Henrico IV. Auguſto magni factum, qui procul dubio vivente Mathilda Comitiſſa floruit. At non plura ego de hujuſmodi controverſia. Quod tamen paene certum reor, nequaquam ab Anno MCXXVIII. cum Doctoribus Bononienſibus deducenda eſt origo Scholae in Civitate Bononienſi. Teſtem nempe habeo, qui id mihi perſuadeat. Is eſt Anonymus Auctor Poëmatis *Cumani*, ſive *de Bello & excidio Urbis Comenſis*, quod inluſtratum a Cl. V. Joſepho Maria Stampa Clerico Regulari Somaſchenſi, in Tomo V. Rer. Italicar. evulgavi: Ibi Poëta res geſtas, eaſque a ſe viſas deſcribit; inquit enim:

-------------- *Falſa tacebo,*
*Quaeque meis oculis vidi, potius referabo.*

Ille ergo acta Anno MCXIX. referens, Populoſque recenſens a Mediolanenſibus accitos adversùs Comenſes, verſu 211. in haec verba loquitur:

*Docta ſuas ſecum duxit Bononia Leges.*

Scribit ille rurſus ad Annum MCXXVII. verſu 1848. Bononienſium copias Mediolanenſibus ſeſe adjunxiſſe:

*Docta Bononia venit & huc cum Legibus una.*

Si circiter Annum MCXXX. Comenſis Poëta tam expreſſis & grandibus repetitis verbis *doctam* appellat, eamque laudat uti Juriſprudentiae Romanae Magiſtram *Bononiam*, hinc intelligas neceſſe eſt, jam longe antea ibi fuiſſe coeptam, immo conſtabilitam diſciplinae Legalis Scholam, ejuſque praerogativae famam jandiu evulgatam fuiſſe per univerſam Italiam. Non exiguo annorum ſpatio opus fuit Bononienſibus, ut jure in ſuis Nummis inſcriberent BONONIA DOCET. Attamen jam circiter Annum MCXXX. eorum Ci-

vitas *docta* appellabatur. Itaque perſpicuum puto, amovendam eſſe a temporibus Lotharii II. Auguſti Scholae Bononienſis originem, atque aetatem Irnerii ſive Wernerii, primi Legum in Bononienſi Civitate interpretis, recte componi cum aetate Comitiſſae Mathildis, ipſumque etiam per complures Seculi Undecimi annos praeeſſe potuiſſe Scholae apud Bononienſes, hoc eſt in patria ſua inſtitutae.

A

Nam quod eſt ad Pandectas, etſi fama ante quadringentos annos apud Piſanos vigeat, pretioſum ac vetuſtiſſimum Codicem eos complectentem. in direptione Amalphiae Anno MCXXXV. a Piſanorum copiis fuiſſe repertum, ac inde Piſas advectum; quippe Frater Raynerius de Gracchiis, Ordinis Praedicatorum, in ſuo Poëmate caliginoſo, quod evulgavi Tomo XI. Rer. Italicarum, diſertis verbis ejus rei mentionem fecit circiter Annum Chriſti MCCCXL. attamen fieri etiam potuit (quod contendit Cl. P. Grandius) ejuſmodi famam non ſat ſolidis fundamentis nixam fuiſſe. Ad haec etiamſi daremus, Anno MCXXXV. incidiſſe in Piſanorum manus Pandectarum Codicem (qua de re inter praelaudatum Abbatem Grandium & Bernardum Tanuccium tunc in Academia Piſana doctiſſimum Juris Interpretem controverſia efferbuit) minime inde conſequitur, ſtatuendum eſſe atque credendum, praecedentibus Seculis Codices omnes & uſum Pandectarum prorſus exci diſſe, itaut Piſano illi unico debeamus totam Digeſtorum in Italia reſtitutionem. Quiſquam alius eorum Codex ſuperfuiſſe apud Italos potuit. Et revera Irnerius longe ante eum annum, ipſo Urſpergenſi teſte, Pandectas Bononiae diſcipulis expoſuerat, & Gloſſis ornarat. Rariſſimi autem facti fuerant in Italia Digeſtorum Libri; & qui ex Juris peritis ditiores erant, totam ferme ſupellectilem Romanae Juriſprudentiae conſtituebant in Codice Juſtinianeo, Novellis, atque Inſtitutionibus. Sed ut intelligas, vel poſt declinationem Imperii Romani, & ante Annum MCXXXV. quo Amalphitanus Codex repertus fuiſſe traditur, alii in Italia haberentur Pandectarum Libri, en tibi exemplum, quo evincatur, Anno DCCLII. Italicos illos, qui Lege Romanâ vivebant (cujuſmodi fuere Clerici, & Monachi plerique) Digeſtorum auctoritatem adhibuiſſe in ſuis controverſiis. Hinc etiam videas, Bononienſes minime exſpectaſſe Piſanum Pandectarum Codicem Amalphitanis ereptum, uti praeter tot alios Cl. V. Henricus Brencmannus in Hiſtor. Pandectar. Trajecti ad Rhenum Anno MDCCXXII. typis editâ cenſuit, quo ad illuſtrandos & explicandos Digeſtorum Libros uterentur. Fragmentum autem, quod heic ſum daturus, pars eſt Apologetici a Juriſconſulto eorum temporum concinnati pro Epiſcopo Arretino contra Senenſem, ob celebratiſſimam litem inter eos agitatam de Paroeciis aliquot controverſis. Membrana mutila & principio carens, unde hoc fragmentum deſcripſi, adſervatur in nobili Archivo Capituli Canonicorum Arretii; & eſt apographum, quantum quidem mihi videbatur, ante ſexcentos, aut ſeptingentos annos exaratum. Cur verò Chartam ſpectare ad Annum Chriſti DCCLII. fidenter affeverem, ipſe Lector intelliget, ſi Acta ejuſdem controverſiae ſcrutetur, quae in Diſſertatione LXXIV. *de Parochiis* congeram, ubi Stephani II. Papae Bulla Anno eodem data innuit *Sancti*

*ſti Ampſani Corpus*, violenter a Senenſi Epiſcopo aſportatum: quod idem facinus hoc ipſo Libello inſectatur anonymus Juriſconſultus, Leges *Codicis Juſtinianei*, & *Digeſtorum* adversùs Senenſem Epiſcopum intorquens. En ipſum antiquitatis vene- A randae fruſtulum purum putum, quale in pergamena inveni. Niſi tot alia veterum Juris peritorum monumenta edax tempus abſumſiſſet, ſaepe etiam Digeſtorum mentio nobis occurreret.

## Fragmentum Libelli contra Senenſem Epiſcopum pro Arretino confecti, ubi Digeſtorum auctoritas adhibetur, Anno 752.

.............................................. *ſacrilegio proximum eſt, nedum Sanctorum, verùm etiam quorumlibet hominum Sepulcrorum violationem, nemini Juris perito non eſt indubitatum; Poteſtateſque loci, ſi hoc vendicare neglexerint, infamiâ laborare, ut in Codicis Libro Nono, Titulo de Sepulcro violato:* Si quis Sepulcrum laeſurus attigerit, locorum Judices, ſi hoc vendicare neglexerint, pene nomine........ quam viginti Librarum auri in Sepulcrorum violatores ſtatutâ penâ damnari. *Preterea* locus ipſe in quo Sepulcrum reponitur, publicetur, *ut in eodem Titulo*. Et ſi fortè detractum aliquid de Sepulcro ad Domum ejus Villamque aſportaſſe reperiretur, Villa, ſive domus, aut edificium, quodcumque eſto, Fiſci juribus vendicetur. *Ergo Senenſis Epiſcopus non poteſt petere jura Eccleſiae non ſuae, preſertim cum neglexiſſet dare vindictam, & ob hoc infamiâ laborare; cum etiam in eo, quod ratum habuit, mandaſſe intelligatur, ut in* Digeſtis *rathiabitio mandato comparatur, cum rathiabitionem etiam in maleficiis locorum habere valet. Ergo idem jubere maleficium, & rathum abere, poſtquam factum eſt. Satis autem habet ratum, qui in Eccleſia, cui preeſt, ſacrilegio rem ablatam tenet. Item in Octavo Libro Codicis legitur:* Si quis in tanta fu- B roris pervenerit audacia, ut poſſeſſionem rerum apud Fiſcum, vel apud quoslibet homines conſtitutarum ante eventum judicialis arbitrii violenter invaſerit, dominus quidem conſtitutus poſſeſſionem, quam abſtulit, reſtituat poſſeſſori, & dominium ejuſdem rei amittat. Sin verò alienarum rerum poſſeſſionem invaſit, non ſo- C lùm ea poſſidentibus reddat, verùm etiam eſtimationem earundem rerum reſtituere compellatur. *Quod autem hec Queſtio procedere debeat, Nonus Codicis Liber teſtatur Titulo ad Legem Juliam de Vi publica & privata:* Si quis ad ſe fundum & quodlibet aliud afferit pertinere, ac reſtitutionem ſibi competere poſſeſſionis pu- D tat: *inter cetera:* quod ſi omiſsâ appellatione vim poſſidenti intulerit, ante omnia calumnie cauſam examinari precipimus. *Liber quoque* Digeſtorum *concordat, ut prius de Criminali diſcetetur. Quando autem inſcriptum habet, datam fuiſſe ſententiam, ut ſacramenti pars ita ſe tueretur, & per Senenſes remanſiſſe, habetur in Quarto* E *Libro Codicis, Titulo de rebus creditis generaliter de omnibus juramentis, inter cetera:* Si Judex appellationis praeſidens bene eidem illatum jus jurandum a parte ante recuſatum pronunciaverit, res ſecundùm quod judicata eſt, permanebit.

Ad

Ad eadem tempora referenda eſt informis Charta, cujus exemplum vidi in Archivo Eſtenſi, & qualem A reperi, licèt multis lacunis & erroribus Librarii intermixtam, omnium oculis ſubjicio.

## Donatio complurium bonorum facta ab Eudochia Sanctimoniale Monaſterio Sanctae Mariae in Coſmedin, Ravennae ſito, Anno, ut videtur, 767.

*IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Anno Deo propitio Pontificatus Domini Johannis ſummi Pontificis & univerſalis Pape........ Deo coronato in Italia, Anno V. die Sextodecimo Menſis Novembris, Indictione V. Ravennae. Exemplum ex autentico de Cartula Donationis, quam olim fecit Eudochia Ancilla Dei Domno Aneſtaſio Presbitero Regulae venerabilis Monaſterii Sanctae Mariae in Coſmedin juris ſui in perpetuum.*

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei & Salvatoris noſtri, Imperante.... piiſſimo P. P. Auguſto Conſtantino a Deo coronato magno Imperatore, Anno....... Principatus ejuſdem tranquillitatis Anno Vigeſimo Quarto, ſed & Leone Imperatore ejus filio Anno Quintodecimo........ Tercio Menſis Marcii, Indictione...... Ravennae..... & merita, ac etiam beatiſſima venerabilis Regulae........ in Coſmedin, in qua nunc Deo protegente, & ibi Domino gubernante,* Domnus Aneſtaſius *Presbiter & Monacus atque* Abbas *praeeſſe videtur. Ego quidem in Dei nomine Eudochia ſupraſcripta Deo dicata ancilla Dei donatrix veſtra..... omni renunciatione animae meae atque quondam parentum meorum praeſens praeſentis ſalutis....... & donationis ſcripturarum ratio nos promovet, illa ſemper conſiderare atque diſponere que animarum meritis dominus ejus creaturam hominem ſolum..... etiam humana conditio..... in opportuno tempore divinis parere man-* B *datis & laudibus deſervire. Ideo firmam ſpem & fiduciam habentes & apertam divinis promiſſionibus inaeſtimabilem beatitudinem animae meae, ac pro venia delictorum meorum; in quantum vires exigunt, & ſpontanea mea voluntate nullo penitus cogente neque compellente, vel vim inferente; ſed noſtrae propriae deliberationis & arbitrio do & dono,* C *cedo, trado...... praedicto Monaſterio Sanctae ſemperque Virginis Dei Genitricis Mariae, quae vocatur in Coſmedin, poſſidendum, ideſt fundum Centu Colonna, qui vocatur Ronco, & fundum Viſiano, qui vocatur Teudota, & fundum Luciano, qui vocatur Polito, necnon & fundum Cardeto: hec omnia in integrum inter affines...... lateribus ab* D *uno latere fundum Gazolo, ex alio latere fundum Gaibano, ſeu a tercio fundum latere limite, qui vocatur Sclarano, atque a quarto latere alio limite, qui ad Raſiola, vel omnibus ad eoſdem fundos pertinentibus. Et inſuper do & dono in ſupraſcripto venerabili loco Monaſterio Sanctae Mariae, quae vocatur in Coſmedin, hoc eſt fundum Mignonis* E *integrum, & fundum qui vocatur Quingeri, & Caplizaria, ſeu fundum Fabrigo, & fundum Cuſteduda pertinentem uſque a limitem mundum. Et inſuper dono in ſupraſcripto venerabili Monaſterio Sanctae Mariae, quae vocatur in Coſmedin, ideſt fundum Caſale Pauli, quod eſt Conio, & fundum Farnuli, & fundum Molarito, Vetuccia, & tres uncias particulares integras,*

*gra: , quae ſunt poſitae in fundo, qui* A
*vocatur Gaciolo : quae omnia michi ve-*
*niunt ex ſucceſſione parentorum meorum,*
*cum terris, vineis, campis, pratis, pa-*
*ſcuis, ſilvis, ſaleƈtis, ſacionalibus, ar-*
*buſtis, arboribus, fruƈtiferis & infru-*
*ƈtiferis, & cum omnibus ad eaſdem*
*pertinentibus conſtituta territorio Faven-*
*tino, Cornelienſe, Plebe Sanƈti Marti-*
*ni in Lablusi; vel omnia ſicut ſuperius* B
*leguntur, retento michi uſufruƈtu quin-*
*decim dierum, quod peſſim venerabili*
*ſupraſcripto Monaſterio Sanƈtae Mariae,*
*quae vocatur in Coſmedin, ut leges cen-*
*ſent, & eorum..... conſtare, quod hoc*
*eſt per Legem retinere, quod eſt trade-*
*re. Poſt vero tranſaƈtos quindecim dies*
*uſufruƈtuarie pro prefato venerabili Mo-*
*naſterio Sanƈte Marie, que vocatur in* C
*Coſmedin, congregationique ejus, ſupe-*
*rius nominatas res in integrum..... ſicut*
*ſuperius legitur, mea in te decrevit vo-*
*luntas, habeas, teneas, poſſideas per*
*jus vere dominiumque tuum, congrega-*
*tioniſque ejus in perpetuum poſſidendum*
*ad uſum & ſuſtentamentum..... deſer-*
*vierint...... ſalario, in ibidem perma-*
*nendum, non vendendum, nec donandi,* D
*aut aliis largiendi, aut per commuta-*
*cionem........ vel ingenium, ſed ſem-*
*per...... ſalario, in ſupraſcripto vene-*
*rabili Monaſterio in perpetuum perma-*
*nendum pro remedio anime mee & de*
*quondam...... diƈtionem, & ad futu-*
*ra eterne vite eſſe participes contra quam*
*eciam donacionem me a preſenti die....*
*policeri permanendum..... non per me,* E
*neque per aliquamcumque oppoſitam per-*
*ſonam...... procuratoris...... non ad*
*eundum Judicium, & non duplican-*
*dum..... ratione contraire, quia Legi-*
*bus cautum eſt, ut quod ſemel donatum*
*vel conceſſum fuerit, & maxime in ve-*
*nerabilibus locis, nullo modo revocetur*
*contra hujus donationis me a preſenti*
*die Cartulam...... legitur, jurata voce*

*dico per divina omnia, & per ſcripta ſacra ſanƈta Evangelia, quae corporaliter obſculans tango, Sedeque Sanƈta Apoſtolica, & Imperatorum ſalutem, atteſtatione confirmo, me contra preſcriptam donationem mea propria & ſpontanea voluntate optuli in ſupraſcripto Monaſterio numquam eſſe ventura, ſed perpetuis temporibus inleſam atque immaculatam conſervare & cuſtodire promitto, excluſo me meoſque hinc......* Legum beneficia, juris, & faƈti ignorantia, foris, lociſque, preſcriptione alia, Senatoque Conſulto, quod de mulieribus preſtitit, beneſitio retraƈtandi, nec non & de Religioſitati abitus, & quod de Reliƈtis ſunt per Legem indulta donantibus.

*Et hoc procurare decrevit, ut nullam habeatis licentiam vos ſupraſcriptis Aneſtaſius Presbyter, & Erguminus, tuique ſucceſſores, vel Congregationes deſerviendum cujuſque in perpetuum in ſepe diƈto Monaſterio fuerit quoquo tempore per qualecumque ingenium prenominatas fundoras cum omnibus ad eaſdem fundis pertinentibus, ſicut ſuperius legitur, ex parte vel ex tota, neque per commutationem neque per benfiteotico titulo, neque per nullo contraƈto a ſalario ſupraſcripto Monaſterio quicquid majoris vel minoris perſona dare aut donare, aut de jure ſupraſcripto extraneare. Sed imperpetuum fiat pro candela & alimonia Congregationis Monaſterii fruges, quas ſibi Deus annualiter preparaverit, prout fata ſum, indulgentiam peccatorum meorum, vel requiem animae meae. Quam vero inrevocabilem donationis Cartulam, ſicut ſuperius legitur, abſque ullo modo, vi, metu, & circumſcriptione ceſſante, Vitalliano Tabellario hujus Civitatis Ravenne noſtro.... dum diƈtavi, & ſubter manu propria ſignum Sanƈtae Crucis feci, teſtibuſque a me rogatis obtuli ſubſcribendam, &*

*eam*

A *eam vobis ſupraſcripte Congregationi predi....... eſtis liberalibus mancipalibus alegare malueritis, liberam tribuo & concedo ex more licentiam allegandi, de quorum & de quibus omnibus bonis ſupraſcriptis ſtipullo. Imperantibus Dominorum piiſſimis Auguſtorum P. P. Auguſtorum Conſtantino Anno Quadrageſimo Octavo, Principatus ejuſdem Anno* B *Vigeſimo Quarto, ſed & Leone ejus filio Anno Quintodecimo, die..... Marcii, Indictione Quinta, Ravenne.*

*Signum ✠ manus ſupraſcripta Eudochia donatrix noſtra, relicta quondam Baſilius preſens ad omnia ſupraſcripta, cum relecta eſt & ſubſcripſit.*

*Conſtantinus Tribunus numerum Lenon huic Cartule donationis de ſupra-* C *ſcriptis fundis, & tres uncias factam in Aneſtaſio venerabilis Abbatis, & per eum in ſupraſcripto Monaſterio Sanctae Mariae in Coſmedin ab Eudochia religioſa femina, Ancilla Dei, ſupraſcripta donatrix, que me preſente ſignum ſancte Crucis fecit; & ei relecta eſt; rogatus ab eadem teſtis ſubſcripſi, & huic Cartule mei preſentia de ſupraſcri-* D *pta Evangelie traditam vidi.*

*Ego Marinus Domeſticus bandi primi huic Cartule donationis de ſupraſcriptis fundis & tres uncias, que ſuperius legitur facta in Aneſtaſio venerabili Abbati ab Eudochia Ancilla Dei ſupraſcripta donatrix, & hanc Cartam ſupraſcripta ſancta Evangelia traditam vidi.*

E *Ego Tephanus bandi primi Domeſticus de ſupraſcriptis fundis & tres uncias, ſicut legitur, traditam vidi.*

*Vitalianus Tabellio hujus Civitatis Ravenne ſcriptor hujus Cartule donationis, ut ſuperius legitur, poſt roborationem teſtium atque traditam complevi & abſolvi.*

✠ *Johannes filius Johannis Negotiatoris, huic paginae exempli, ut ſuperius legitur, quam vidi, & legere audivi, & pro recordatione ſcribere rogavi.*

✠ *Gerardus Teberti filius huic pagine exempli, ut ſuperius legitur, quam vidi &c.*

✠ *Georgius filius quondam Grimaldi huic paginae exempli &c.*

✠ *Ego verò Caſariola, Imperialis Aule Notarius facto & ſcripto ſigno me in hoc exemplo ſubſcripſi, quoniam ipſum concordare cum veteri exemplo comperi.*

✠ *Ego Guido Blancus, Imperialis Aule Notarius facto & ſcripto ſigno meo in hoc exemplo &c.*

✠ *Ego Aimizatus, Imperialis Aule Notarius facto & ſcripto &c.*

✠ *Ego Smeraldus, Imperialis Aule Notarius, hujus exempli ſcriptor, ut in exemplo veteri comperi, & eum legi, nihil addens neque minuens, quod ſententiam vel ſenſum mutet, niſi in compoſitione Literarum vel Silabarum eam ſcripſi atque complevi.*

In donatione iſta animadverteris; Sanctimonialem Eudochiam evictionem polliceri, renuntiando *juris & facti ignorantiae*, *praeſcriptioni*, *& Senatus Conſulto, quod de Mulieribus praeſtitit &c.* Nomine *Senatus Conſulti* nihil aliud ego ſignificari opinor, niſi *Vellejanum*, de quo titulus eſt Lib. XVI. Digeſtorum, l. *Et primo*. Quae mea conjectura ſi vera eſt, rurſus habemus, Seculo VIII. Ravennae uſurpatam fuiſſe auctoritatem Pandectarum, ſive Digeſtorum. Nam etſi in Codice quoque Lib. IV. Titulo XXIX. Leges habeantur ſpectantes *ad Senatusconſultum Vellejanum*, attamen veri videtur ſimilius, Pandectas ipſas innui, in quibus ipſum Senatusconſultum refertur. Sed ne in Gallia quidem deſiit unquam Digeſtorum ſive Pandectarum uſus, meque in

in eam opinionem compellit Vita Aldrici Epiſcopi Cenomanenſis, edita a Baluzio Tom. 3. Miſcellaneorum. Floruit ille Seculo Chriſti Nono, imperante Ludovico Pio. Et quum controverſia ferveret inter ipſum Antiſtitem, & Sigiſmundum Abbatem cauſsâ Monaſterii Aniſolae, inter Leges, quas ipſe Epiſcopus pro ſe laudavit, recenſentur *quinque Capitula de effectu ſententiarum, & finibus litium, Pauli ſententiarum Lib. V.* Infra etiam memorantur verba Pauli Lib. I. Sententiarum Tit. IX. Ivo quoque Carnotenſis Epiſcopus ante Amalphitanam direptionem Leges quaſdam e Digeſtis petitas laudavit. Aliis quoque hanc ipſam veritatem confirmarunt praelaudatus P. Grandius, & Clariſs. V. Virginius Valſecchius Monachus Benedictinus, & ipſe Piſani Lycaei ornamentum in Epiſtola edita *de Veteribus Piſanae Civitatis Conſtitutionibus;* ita ut fidenter affirmare jam quiſque poſſit, non exſpectaſſe Bononienſes, ut ſupra innuimus, Piſanum Pandectarum Codicem, Amalphitanis ereptum, ad illuſtrandos Digeſtorum Libros.

Hanc ergo laudem primam ſibi procuravit Bononienſis Civitas Seculo Undecimo, nempe Scholam Romani Juris illuſtrem aperire, qualem ceterae antea nunquam habuerant. An aliud quidquam diſcipulis illuc ea de cauſſa confluentibus tunc explicaretur, ex monumentorum inopia decernere nemo poſſit. Anonymus Poëta Novocomenſis tantummodo ob reſtauratum *Legum* ſtudium, doctam & celebrem Bononiam appellat. Et hoc quidem a Bononienſibus multa cum laude Saeculo Undecimo peractum. Sed altero Seculo, hoc eſt, Duodecimo eadem Civitas novum decus ſibi procuravit, cujus nunc nobis ingerenda eſt mentio. Hactenus ad Juris Civilis ſcientiam propagandam incubuerat Bononienſium cura ac induſtria. E publica re poſt aliquot annos viſum eſt, excolendum quoque in Scholis proponere Jus Canonicum. Scientiam profecto Canonum Eccleſia perpetuo optavit in Sacerdotibus, ac praeſertim in Epiſcopis, quum ad eorum normam & mores, & regimen Cleri, & judicia, uno verbo univerſa Eccleſiae politia, conformanda forent. Et nulla quidem erat olim Cathedralis Eccleſia, nullum ſaltem ex inſignibus Monaſteriis, ubi non haberetur Collectio aliqua Canonum. Parum fortaſſe in reliquis Literis ac diſciplinis exculti erant Epiſcoporum & Sacerdotum praecipui; at ii ſaltem Canonum ſtudium retinere conſueverunt: quod ſane multum contulit ad ſervandam illaeſam ignorantiae temporibus Fidem orthodoxam, Traditionem, ac Diſciplinam. Ex hiſce Codicibus MStis & vetuſtis multi adhuc ſuperſunt, & plerunque unus ab altero diverſus, quod ſubinde recentiores antiquis Collectionibus nova, aut ab aliis neglecta adjungerent. Potiſſimùm verò invaluit Iſidori Mercatoris Sylloge, quae quamquam ſpuriis mercibus abundet, attamen vix edita magno in honore praeſertim apud Italos fuit. Et ad hujuſmodi quidem Canones colligendos, & aliquo etiam ordine donandos, ut antiquiores omittam, in Germania Regino Abbas, & Burchardus Wormatienſis Epiſcopus inſudarunt, uti & in Italia Anſelmus Lucenſis Epiſcopus (ſi tamen is revera auctor eſt Collectionis in Codice Romano conſcriptae) & Deuſdedit Cardinalis circiter Annum MLXXXVII. & in Gallia felicius quàm reliqui praecedentes Ivo Carnotenſis Epiſco-

Epiſcopus circiter Annum M.. Collectiones minorum gentium non memoro; & potius innuam, mihi olim inſpectum fuiſſe in Ambroſiana Bibliotheca MStum Codicem, cujus antiquitatem ex characterum forma metiens ego, conjiciebam ſpectare poſſe ad Seculum XI. & fortaſſis ad X. Ibi Collectio ampla Canonum, ſed ſine Auctoris nomine, quales ferme ſunt & reliquae. Utitur ille Collector Canonibus Conciliorum, auctoritate Sanctorum Patrum, Decretalibus ab Iſidoro Mercatore confictis, & Capitularibus Regum Francorum. Ibi duo Tractatus leguntur, alter de gravibus mortalibuſque Peccatis ac criminibus, eorumque poenitudine & ſatisfactione. Incipit: *Quae ſunt autem gravia & mortalia peccata &c.* Alter eſt *de materia principalium Vitiorum, eorumque origine.* Incipit: *Humani generis Creator & Conditor Deus &c.* Hujus Opuſculi Auctor ſententias praeſertim adfert Caſſiani, Serapionis, aliorumque Patrum. Tum: *In nomine ſanctae Trinitatis incipit Liber Secundus ex Opuſculis vel inſtitutis Catholicorum Patrum breviter excerptus. Quibus modis cuncta per Chriſti gratiam humano generi remittuntur peccata.* Ibi leguntur *Canones Poenitentiales.* Ibi laudatur *Fructuoſus Epiſcopus*, & *edicta Sancti Apollonii de Jejunio quartae & ſextae Feriae.* Succedunt capita centum tredecim *e Capitularibus Domni Karoli praeclariſſimi Imperatoris.* Deinde *nomina Regionum continentium intra ſe Provincias centum duodecim, Italia, Gallia, Africa, Spania, Illyricus, Thracia, Aſia, Oriens, Pontus, Aegyptus, Britannia.* Infra habetur *Cap. de quatuor Synodis principalibus.* Succedit *brevis annotatio de reliquis Synodis*, quam heic evulgare conſtitui. Sed antea monebo, infra occurrere in eodem Codice Edictum Childeberti Regis cum hoc titulo: *Diſcretio Childeberti Regis Francorum viri inluſtri. Cum nos in Dei nomen omnes Kalendis Martii &c.* Plura non deſcribo, quum edita ſint Tomo I. Capitularium editionis Baluzianae. Denique ibidem Sermo legebatur, cujus en prima verba: *Fratres Presbyteri & Sacerdotes Domini cooperatores ordinis noſtri eſtis &c.* Deprehendi, Sermonem eſſe Leonis IV. Papae in Romana Synodo recitatum, quem habes Tom. VIII. pag. 35. Conciliorum editionis Labbeanae. Luce minime indignus, fortaſſis etiam uſui erit alicui Catalogus Conciliorum quorundam, cujus nuper mentionem feci.

## Index veterum aliquot Conciliorum Provincialium ante annos 700, ſcriptus in Codice Bibliothecae Ambroſianae,

*Prima annotatio Anquiranae Synodo, quae ante Nicaenam fertur fuiſſe; ſed propter auctoritatem majorem poſtponuntur, in qua Patres decem & octo ſtatuerunt Canones viginti quatuor, quorum auctor maxime Vitalis Antiochenus Epiſcopus exſtitit. In qua Patres tredecim ſtatuerunt Canones quatuordecim, quorum auctor maxime Vitalis Salaminus exſtitit. Tertia Gangrenſis, quae poſt Nicaenam legitur fuiſſe, in qua Patres ſexdecim ſtatuerunt Canones viginti propter quaſdam neceſſitates Eccleſiaſticas, maxime contra Euſtaſium, qui dicebat, quod nullus in conjugali gradu poſitus, nec ullus fidelis, qui non omnibus renuncia-*

nunciaret, quae poſſideret, ſpem ad Deum haberet, & multa alia ejus venenoſa, quae enumerare longum eſt. Quarta Sardicenſis, in qua Patres ſexaginta ſtatuerunt Canones viginti & unum, quorum auctor maxime Oſius Cordubenſis Epiſcopus, & Vincentius Capuanus Epiſcopus, & Januarius Beneventanus, & Calepodius Neapolitanus Sanctae Romanae Eccleſiae Legati exſtiterunt. Quinta Antiochena, in qua Patres triginta ſtatuerunt Canones viginti quinque, quorum auctor maxime Euſebius Paleſtinenſis Epiſcopus exſtitit. Sexta Laudicenſis, in qua Patres vigintiduo ſtatuerunt Canones quinquaginta octo, quorum auctor maxime Theodoſius Epiſcopus exſtitit. Septima Carthaginenſis, in qua Patres ducenti octodecim ſtatuerunt Canones viginti tres, quorum auctor maxime Aurelius Carthaginenſis Epiſcopus exſtitit. Etiam & Sanctus Auguſtinus Ipponenſis Epiſcopus in eadem Synodo legitur fuiſſe, temporibus Honorii Auguſti. Octava Africana ſub Theodoſio minore Auguſto, in qua Patres ducenti quatuordecim recitaverunt & firmaverunt Canones centum quinque, qui per diverſa Concilia Africanae provinciae, temporibus Aurelii Chartaginenſis Epiſcopi leguntur eſſe conſcripta. Nona Arelatenſis, in qua Patres ſexcenti ſtatuerunt Canones, quorum Auctores maxime Silveſter Urbis Romae Epiſcopus, & Sanctus Marinus Arelatenſis Epiſcopus exſtiterunt, temporibus Conſtantini Auguſti, ſicut quidam aſſerunt. Decima item Arelatenſis, in qua Patres decem & novem ſtatuerunt Canones, quorum auctor maxime Caeſarius Arelatenſis Epiſcopus exſtitit. Undecima item Arelatenſis, in qua Patres decem & novem ſtatuerunt Canones. Duodecima item Arelatenſis in Vico Ortenſico, in qua Patres undecim ſtatuerunt Canones, quorum auctor maxime Sanctus Caeſarius Arelatenſis Epiſcopus exſtitit. Tertiadecima item Arelatenſis, in qua Patres decem & novem ſtatuerunt Canones, quorum auctor maxime Sapardus Arelatenſis Epiſcopus exſtitit. Quartadecima Arauſicenſis, in qua Patres ſexdecim ſtatuerunt Canones, quorum auctor maxime Hilarius Epiſcopus exſtitit. Quintadecima Epaunenſis, in qua Patres viginti ſeptem ſtatuerunt Canones quadraginta, quorum auctor maxime Caeſarius Epiſcopus exſtitit. Sextadecima Agatenſis, in qua Patres trigintaquatuor ſtatuerunt Canones, quorum Auctor maxime Caeſarius Epiſcopus exſtitit. Decima ſeptima Aurelianenſis, in qua Patres ſeptuagintaduo ſtatuerunt Canones, quorum auctor maxime Aurelianus Arelatenſis Epiſcopus exſtitit. Decima octava item Aurelianenſis, in qua Patres triginta & unus ſtatuerunt Canones, quorum auctor maxime Melanius Redonenſis Epiſcopus exſtitit. Decimanona item Aurelianenſis, in qua Patres viginti quinque ſtatuerunt Canones, quorum auctor maxime Sanctus Albinus Andegavenſis Epiſcopus exſtitit. Vigeſima Arvernenſis, in qua Patres quindecim ſtatuerunt Canones, quorum auctor maxime Honoratus Brevitenſis Epiſcopus exſtitit. Vigeſima prima Matiſcenſis, in qua Patres viginti & unus ſtatuerunt Canones, quorum auctor maxime Priſcus Lugdunenſis Epiſcopus exſtitit. Vigeſima ſecunda item Matiſcenſis, in qua Patres ſexaginta quatuor ſtatuerunt Canones, quorum auctor idem Priſcus Lugdunenſis Epiſcopus exſtitit. Vigeſima tertia Lugdunenſis, in qua Patres quatuordecim ſtatuerunt Canones, quorum auctor maxime Philippus Viennenſis Epiſcopus exſtitit. Vigeſima quarta item Lugdunenſis, in qua Patres viginti ſtatuerunt Canones, quorum auctor maxime idem Priſcus Lugdunenſis Epiſcopus exſtitit.

*Sequitur item annotatio de Decretalibus Apoſtolorum. Silveſter Papa a Petro Trigeſimus Quartus, congregatis cum conſilio Conſtantini Auguſti in Urbe Romae ducentis ſeptuaginta ſeptem Patribus, poſt Nicaenam Synodum damnavit item Arrium, & ceteros Haereticos, & conſtitutiones pleraſque Eccleſiae neceſſarias ordinare ſtuduit. Siricius a Petro Quadrageſimus ſcripſit Decretalia capitula quindecim, propter quaſdam neceſſitates, Emeſio Tarraconenſe Epiſcopo conſulente. Innocentius a Petro Quadrageſimus Secundus ſcripſit quaſdam Epiſtolas ad Epiſcopos diverſarum Provinciarum, in quibus continentur Capitula Decretalia quinquaginta ſex. Zoſimus a Petro quadrageſimus tertius ſcripſit Epiſtolam Decretalem ad Heſtium Salonitanum Epiſcopum ſub tribus capitulis praenotatam. Caeleſtinus a Petro quadrageſimus quinctus ſcripſit Epiſtolam ad Venerium, & ceteros Galliarum Epiſcopos, in qua continentur Capitula vigintiduo. Leo a Petro quadrageſimus ſeptimus ſcripſit quaſdam Epiſtolas ad diverſarum Provinciarum Epiſcopos, in quibus continentur Capitula vigintinovem. Hilarius a Petro quadrageſimus octavus praeſentibus Epiſcopis & Presbiteris quadraginta quinque, ſtatuit capitula Synodica ſex. Felix a Petro quinquageſimus, praeſentibus Epiſcopis & Presbyteris octoginta & uno, capitula Canonum conſtituit viginti ſeptem pro rebaptizatis in Africa Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconibus. Gelaſius a Petro quinquageſimus primus capitula viginti ſeptem de inſtitutis Eccleſiaſticis. Anaſtaſius a Petro quinquageſimus ſecundus capitula Decretalia octo ad Anaſtaſium Auguſtum pro diverſis Eccleſiae cauſſis. Symmachus a Petro quinquageſimus tertius, una cum Epiſcopis, Presbyteris & Diaconibus centum triginta quinque, ſtatuit capitula Synodica quinque. Item ejuſdem in Decretali ſecundo capitula Synodica ſeptem, eadem neceſſaria, quae cum Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconibus centum octoginta & uno firmata ſunt. Gregorius Doctor a Petro ſeptuageſimus ſextus ſcripſit capitula Synodica ſex cum Epiſcopis viginti quatuor, temporibus Mauricii Auguſti. Item ejuſdem capitula undecim valde neceſſaria, ad Auguſtinum in Britannia, ipſo requirente, ſcripta. Martinus a Petro ſeptuageſimus ſeptimus conſtituit Synodum in Urbe Roma cum Patribus centum quinque contra Cyrum & ſocios ejus haereticos, damnans eos, qui unam Naturam & unam Opinionem in Filio Dei aſſerebant: quam tranſcribens miſit per orthodoxos viros in Orientem & Occidentem. Gregorius II. a Petro nonageſimus primus ſcripſit Capitula ſeptemdecim, omni Eccleſiae ſervanda cum Patribus triginta tribus, eaque ſub anathematis vinculo alligavit.*

Itaque Seculo Chriſti Duodecimo non deerant Canonum Collectiones, quae praeſto eſſent ad Eccleſiaſtica praecipue judicia inſtituenda. Attamen nulla hactenus erat, quae, ſive ordinem, ſive ubertatem materiae ſpectes, omnibus numeris lucubrata, atque expolita videretur. Fortè verſabatur Bononiae circiter Annum MCXXX. in Monaſterio Sanctorum Felicis & Naboris Gratianus Monachus doctiſſimus, ex Ordine Sancti Benedicti, Cluſii in Civitate Tulciae natus, qui hanc ſpartam adornandam ſuſcepit. Ejus Decretum celebratiſſimum prodiiſſe traditur circiter Annum MCLI., ac ſtatim avidiſſime in Gymnaſio Bononienſi exceptum fuit tanta cum laude Auctoris, ut is deinde *Magiſter* κατ' ἐξοχὴν appellaretur. Repete nunc, quae ſupra vidimus de Anſelmo de Puſterla, & Olrico Vicedomino, Clericis primo-

ribus

ribus Eccleſiae Mediolanenſis. Cur ad Scholas Turonenſes ac Pariſienſes circiter Annum MCVIII. ii perrexere, quando Bononienſis Academiae in dies creſcentis celebritas Italicam gentem literaturae cupidam ad ſe alliciebat? Sed animadvertendum eſt, in Bononienſibus Scholis primis annis locum fuiſſe Juriſprudentiae tantum civili. At in Galliis Seculo Chriſti Undecimo decurrente refloruerant liberales Diſciplinae, ſed praecipue ingeniorum Italicorum curâ. Idoneum teſtem habeo Guitmundum Monachum, qui ex Gallia in Italiam profectus, Sanctae Romanae Eccleſiae Cardinalis, & Epiſcopus Averſanus creatus dicitur ab Orderico Vitali. Fuerat ille diſcipulus B. Lanfranci Ticinenſis, Cadomenſis primum Abbatis, tum Archiepiſcopi Cantuarienſis, de quo in praecedenti Diſſertatione egimus, ac propterea illorum, quae heic referenda cenſeo, probe conſcius. Ita ergo ille Lib. primo *de Veritate Corpor. & Sanguin.* contra Berengarium. *Tunc temporis* (ideſt circiter annum MXL.) *Liberales Artes intra Gallias paene obſoleverant*, quum Berengarius errores ſuos venditare coepit. Subdit, illum inani eruditione ſuperbientem, *a Domno Lanfranco in Dialectica de re ſatis parva turpiter fuiſſe confuſum; quumque per ipſum Domnum Lanfrancum virum aeque doctiſſimum Liberales Artes Deus recaleſcere atque optime reviviſcere feciſſet, Berengarius deſertum ſe a diſcipulis dolens vidit*. Ex his intelligis, Lanfrancum Dialecticam calluiſſe; & quamvis etiam daremus, Artem hanc, immo & Phyſicae ac Metaphyſicae rudimenta, non uti res plane novas ab Italia per eum fuiſſe in Gallias advecta, is tamen earum diſciplinarum ſtudium amplificaſſe, & propagaſſe apud Gallos credendus eſt. Audi Malmesburienſem pag. 205. de eodem Lanfranco loquentem: *Publicas Scholas in Dialectica profeſſus eſt, ut egeſtatem Monaſterii Scholarum* (legendum puto Scholarium) *liberalitate temperaret. Exivit fama ejus in remotiſſimas Latinitatis plagas, eratque Beccum magnum & famoſum litteraturae Gymnaſium*. Teſtis quoque eſt Willelmus Gemmeticenſis Lib. 6. Hiſtor. Normann. Beccenſis Monaſterii, & Lanfranci Magiſtri famam *brevi per orbem terrarum penetraſſe. Accurrunt clerici, Ducum filii, nominatiſſimi Scholarum Latinitatis Magiſtri, Laici potentes, altâ nobilitate Viri*. Neque tantùm Dialecticam explicuiſſe cenſendus Beatus Lanfrancus, utpote qui, teſtante ſupra laudato Malmesburienſe, *teneriorem* quidem *aetatem in Saecularibus* (ideſt ſtudiis) *detrivit, ſed in Scripturis divinis animo & aevo maturuit*. Incrementum igitur non leve ab eo quoque acceperit puto Theologiae ſtudium in Galliis, ex quo tum ipſum, tum ejus diſcipulos, hoc eſt Alexandrum II. Romanum Pontificem, Guitmundum Cardinalem, & Averſanum Epiſcopum, Ivonem Carnotenſem Antiſtitem, alioſque Epiſcopos Theologicâ ſcientiâ claruiſſe patet, ac praecipue Sanctum Anſelmum Cantuarienſem Archiepiſcopum, patriâ & ipſum Italum. Certe Theologica ſtudia in Gallia ac magna Britannia, poſtquam illuc profectus eſt Lanfrancus, emerſerunt, aut ſplendorem priſtinum reſumere coeperunt, ita ut vel tum ex Italia in Galliam proficiſcerentur, qui eruditione divinarum rerum exacte imbui percuperent. Illuc etiam Hildebrandus, poſtea ſub nomine Gregorii VII. Papa celebratiſſimus, adoleſcens perrexit, fortaſſis ad

ad audiendum Lanfrancum. Paulus A Bernriedenſis, in ejus Vita edita Tomo III. Rer. Italicarum, Cap. X. haec de eo habet: *Jam verò adoleſcentiam ingreſſus, profectus eſt in Franciam inſtantiâ eruditionis.* Idem quoque fecerat Alexander II. ejus praedeceſſor, qui, ut ſupra innui, ſub eodem Lanfranco ſacris literis eruditus fuit. B Atque hinc intelligas, non immeritò ſcriptum fuiſſe ab Alberico Monacho Trium Fontium, in Chronico ad Annum MLX. *Philoſophiam, ideſt Sapientiam, perveniſſe ad Gallias in diebus illuſtrium virorum Lanfranci & Anſelmi.* Hiſce Albericus jungit *Berengarium, & Managaldum*, illum Haereticum, hunc verò laudatiſſimis iis duobus Italis minime C comparandum.

Quod ergo enixius in Gallia temporibus iis, quàm apud Italos, Theologiae & Dialecticae opera daretur, atque ibi celebriores Magiſtri haberentur (ex quibus plerique diſcipuli fuerant Lanfranci & Anſelmi Italicorum) propterea in Galliam diu confluere D perrexerunt quicumque ex Italicis ad ſacrorum ſtudiorum laudem inhiabant. Quum verò circiter Annum MCVIII. teſte eodem Alberico de Tribus Fontibus ad Annum MCXV. *florerent in Francia apud Laudunum nominatiſſimus ille Magiſter Anſelmus, qui Gloſſaturam interlinearem primus exhibuit, & frater ejus Radulphus, & ipſe Magiſter Theologus* E *& Catalaunenſis Epiſcopus:* cauſſam habes, cur Anſelmus de Puſterla & Olricus Vicedominus, ambo deinde Mediolanenſes Archiepiſcopi, ſupra a Landulpho de Sancto Paullo memorati, relictis patriis laribus in Galliam ſe contulerint. Et profectò per reliquum Saeculum Duodecimum, & per ſubſequens Decimum tertium, gloriam Theologiae Pariſienſes Scholae ita ſibi vendicarunt, ut Lycaeum illud certatim nobiliora Italicorum ingenia peterent eruditionis cauſsâ, ibique etiam ad alios docendos adhiberentur. Quare quum periculoſae opiniones Gilberti Porretani, Pictavienſis Epiſcopi, Anno MCXLVI. delatae fuiſſent ad Eugenium III. Papam, is Ottone Friſingenſi teſte Lib. primo, Cap. 46. de Geſtis Friderici I. reſpondit: *Se Gallias introire, ibique de hoc verbo, eo quod propter Literatorum Virorum copiam ibidem manentium, opportuniorem examinandi facultatem haberet, plenius velle cognoſcere.* Sed quod beneficii Italiae noſtrae Gallia tunc detulit, ingenti foenore Galliae ipſi non ſerò Italia rependit. Nam circiter Annum MCXLI. Petrus Lombardus, patriâ Novarienſis, poſtea Pariſienſis Epiſcopus, celebrem Librum Sententiarum compoſuit, cui potiſſimùm, immo uni, locus deinde fuit non in ſolo Pariſienſi Gymnaſio, ſed in omnibus Theologorum Scholis. Ad haec apud eoſdem Pariſienſes tum pietate, tum doctrina incomparabiles viri Italici Thomas Aquinas, & Bonaventura Balneoregienſis * effuſſere, qui Libris editis Theologiam, ac Philoſophiam (reliqua praetereo) ita illuſtrarunt, ut neuter eorum noſtris jam laudibus indigeat. Quibus etiam acceſſit Aegidius de Columna Romanus, ſuis lucubrationibus & ipſe clariſſimus, qui non ſecus, ac alii in Pariſienſi Academia Philoſophiam, ac Theologiam per plures annos ſumma cum laude profeſſus eſt. Denique conſtat, Galliam Saeculo eodem duodecimo accepiſſe ab Italis Juris ſaltem Canonici Libros, quum in Juriſprudentiae

tiae

* Legendum videtur *effloruere*, ſeu *floruere:* nihil enim ſonat vox *effuſſere*.

tiae ſtudio prae Gallis excellerent tunc & poſtea Italici viri. Utrumque verò Jus teſtatur Gervaſius Dorobernenſis Anglicus Scriptor ex Italia penetraſſe in magnam Britanniam. Ejus verba ſunt circiter Annum MCXLIX. *Regnante Henrico I. Leges, & Cauſidici in Angliam primo vocati ſunt, quorum primus Magiſter Vacarius. Hic in Oxenfordia Legem docuit.* Anglici autem ac Normannici Scriptores concordi calculo tradunt, hunc natione *Langobardum* fuiſſe. Idem quoque de Germania dicendum.

Quoto autem Anno primum Bononienſes in ſuum Gymnaſium invexerint univerſae Philoſophiae, Theologiae, ac Medicinae Magiſtros, ignorare me fateor. Per totum Saeculum Duodecimum quidquid monumentorum ad Bononienſe Gymnaſium ſpectans, congerere Sigonius potuit in Hiſtoriam Bononienſem, de Juriſprudentia tantùm ibi exculta fidem facit. Illud contra perſpectum habeo, primum *Grammaticae, atque humaniorum Litterarum* Magiſtrum accitum fuiſſe circiter Annum MCCVIII. *Boncompagnum Florentinum*, ut pluribus oſtendi Tomo VI. Rer. Italicar. in Praefatione ad ejus Opuſculum de Obſidione Anconae. Praeterea ſupra laudatus Sigonius ad Annum MCCXIX. commemorat Honorii III. Papae literas ad Epiſcopum Bononienſem datas, *ut Theologiae ſtudium in Urbe aleret, neque Religioſos aut Juri Civili, aut Phyſicae operam dare permitteret*: quae indicare videntur, Theologiam quoque ac Phyſicam praeter Leges in Bononienſem Academiam jandiu antea inmigraſſe. Ceterum quum Ordines Praedicatorum, & Minorum, ac deinde Eremitarum Auguſtinenſium Seculo Tertiodecimo per omnes fere Urbes invaluerint, familiares coeperunt eſſe per Italiam Theologiae quoque, ac Philoſophiae Scholae: qua de re nihil attinet eruditum Lectorem monere. Atque hactenus ut prima, ita & unica Bononia florentiſſimum Gymnaſium in Italia ſe habere gloriabatur, ceteris Civitatibus ejuſmodi praerogativa carentibus. Fama loci, atque inſignium Magiſtrorum, quales fuere Bulgarus, Martinus Goſſia Anconitanus, Hugo & Albericus de Porta Ravennate, Bononienſes, Lotharius & Joannes Boſſianus Cremonenſes, Hugolinus, Azzo, Accurſius, aliique (de quibus Pancirolius in Lib. de Clar. Leg. Interpret. multa commentatus eſt) eo proceſſit, ut ex univerſis Italiae Urbibus adoleſcentes Bononiam confluerent, Juriſprudentiam inde domum reportaturi. Privilegiis ac immunitatibus etiam non paucis illuc alliciebantur. Odofredus, qui Anno MCCLXII. Leges in ea Urbe interpretabatur, Bononienſis Academiae celebritatem hiſce deſcribit: *Vidi ego Bononiae aetate Domini Azonis, quum Scholares poterant vitare forum in cauſſa criminali; & aderant eo tempore ferme decem millia Scholarium.* Tanta juvenum affluentia, quorum pleriſque marſupium bene turgebat, explicari non poteſt, quanto emolumento Bononienſium rebus fuerit, quantumque incrementi ob eam cauſſam & Civitas, & Reipublicae illius potentia Seculo XIII. praeſertim coeperit. Tunc in finitimas Urbes eorum vires ſaepe ſe exonerarunt, & nihil minus cogitabant Bononienſes, quàm totam Flaminiam, ſive Romandiolam imperio ſuo adjungere. Ne verò quiſquam ex Liberalium Artium profeſſoribus illuc ad Leges interpretandas accitis adeo invidendam Urbis felicitatem minueret, ſacramento quiſque

ſque adigebatur, nuſquam niſi Bononiae ſe Juriſprudentiae Scholam habiturum, neque auctorem unquam futurum, ut Bononienſis Schola minueretur, & ubi reſciret id per alios tentandum, ſe primo quoque tempore Conſulibus aut Praetori id proditurum. Exempla proferam ex ipſius Bononienſis Reipublicae Archivo depromta.

## Sacramenta a variis Legum Interpretibus praeſtita, quibus conſtringebantur, ne extra Bononienſe Gymnaſium ſcientiam Juris traderent, Anno 1189.

*Milleſimo Centeſimo Octuageſimo Nono, Kalendis Decembris, Indictione VII. Conſules Bononiae, ſcilicet Dominus Gerardus Rolandini, Jacobus Bernardi, Cazzanimicus Boccaderunco, Rambertus de Albaro, & Jacobus Alberti de Urſo, voluntate & conſenſu totius Conſilii promiſerunt* Domino Lotherio Cremonenſi, *quod neque ipſi, neque aliquis ſucceſſor eorum, cogent praedictum Lotherium, aliquod ſacramentum facere, per quod magis ſit diſtrictus Communi, neque eum prohibebunt vel cogent, regere Studium in Civitate Bononiae. Et tunc in continenti juravit praedictus Lotherius ſecundùm tenorem infraſcriptum:* Ego juro Dominus Lotherius, quod ab hoc die in antea non regam Scholas Legum in aliquo loco, niſi Bononiae. Nec ero in conſilio, ut Studium hujus Civitatis minuatur. Et ſi ſcivero, aliquem ipſum minuere velle, Conſulibus vel Poteſtati, qui pro tempore erunt, quamcitius potero, nuntiabo, & bona fide deſtruam. Conſulibus, vel Poteſtati, qui pro tempore erunt, bona fide conſilium, & adjutorium dabo de omnibus, quae a me petierint, & credentiam eis tenebo.

*Ego Guido, Friderici Imperatoris, & nunc Communis Bononiae Notarius, juſſu & voluntate praedictorum Conſulum, & totius Conſilii ſcripſi.*

*Presbyter Griffus, Ugolinus de Vado, Henrigettus Bonazuntae, Saul, & Baruncinus de Pillano, ad legendam & auſcultandam hanc praeſentem novam Chartam cum veteri interfuerunt, & hujus rei teſtes rogati fuerunt.*

*Ego Willielmus, ſacri Palatii, & nunc Communis Bononiae Notarius, ſecundùm quod vidi ſcriptum per manum Guidonis Notarii Communis Bononiae ſcripſi & exemplavi, nec aliquid in fraudem addidi vel diminui, Anno Domini MCXCVIII. duodecimo Kalendas Auguſti, Indictione I.*

Anno 1198.

*Anno Domini. Milleſimo Centeſimo Nonageſimo Octavo, Indictione I. Pridie Kalendas Novembris, in Bononia, in pontili hoſpitii Domini Uberti Bononiae Poteſtatis, coram Domino Ugolino de Goſio Judice, Petro de Romancio, Rodaldo Rubeo, Palmerio Cauſidicis, & aliis multis,* Dominus Johanninus Praeceptor, *tactis ſacroſanctis Evangeliis,* juravit, quod de cetero in aliquam aliam Terram non leget Scientiam Legum Scholaribus, niſi in Bononia. Et quod non dabit operam nec conſilium nec adjutorium, quod Scholares in aliam Civitatem debeant morari, nec Studium de Bononia Legum debeat diminui: *& conſilium Poteſtati & Judicibus de Communi, vel Rectoribus, qui pro tempore fuerint, bona fide dabit, cum ab eo petierint.*

*Ego Joannes Pileti Notarius Communis, & Domini Uberti Poteſtatis Bononiae, interſui, & ſcripſi.*

Anno 1198.

*Anno Domini. Milleſimo Centeſimo Nonageſimo Octavo, III. Kalendas Januarii, praeſentibus teſtibus, Domino Blanco videlicet, & Domino Bandino Gaetani filio, Domino Lamberto quondam Galli, Domino Rolando Soavis filio, Domino Ugolino Grotti filio, Domino Lotherio Legum perito, Domino Rogerio de Sarturano, Domino Guidone Graſſo, Martino Aſoli, Uberto de Baiſio, Marſiliotto, Guidone Accariſii, Henregetto de Cornaclino, Conſulibus Juſtitiae, Alberto Girardigillae, & Sellario Maſſario Communis Bononiae*, Dominus Bandinus Familiaris, *eodem modo & eodem tenore* juravit obſervare, quemadmodum Dominus Lotherius Doctor Legum obſervare juravit, *excepto quod non juravit coram Hominibus Conſilii coadunati ad ſonum campanae, vel ad campanam ſonatam.*

*Ego Willielmus, ſacri Palatii, & nunc Communis Bononiae Notarius, huic ſacramento interſui, & ut ſupra legitur, rogatus, ſcripſi.*

Anno 1199.

*Anno Domini. Milleſimo Centeſimo Nonageſimo Nono, Indictione II. die Lunae XI. menſis Octubris, in Bononia, in Pontili quondam Domini Bulgari, coram Domino Uberto Vicecomite Bononiae Poteſtate, Domino Rogerio ejus Judice, Raynaldo Ferrarienſe, Lanfranco, & Johanne Servientibus Poteſtati*, Dominus Guillielmus de Porta Placentinus, *ad ſancta Dei Evangelia corporaliter* juravit, quod in aliam Terram Scientiam Legum non leget Scholaribus, niſi in Bononia de cetero. Et quod non dabit operam nec conſilium nec adjutorium, quod Scholares in aliam Civitatem debeant mo-

A rari, nec Studium de Bononia Legum debeat minui. *Et conſilium Poteſtati & Judicibus de Communi vel Rectoribus, qui pro tempore fuerint, bona fide dabit, cum ab eo petierint. Sequenti die in ſupraſcripta domo, coram praedictis Poteſtate & ſuo Judice Paſcipovero, Gerardo Capoano, Rodaldo Rubeo, Ugolino Simonis, & aliis*, Do-

B minus Cazzavillanus Juris Doctor *eodem modo* juravit *in totum. Eodem die & loco, coram Poteſtate, Rogerio ejus Judice, Jacobo Lucenſi Padoano, Lanfranco, Johanne, & Andrea Servientibus Poteſtati*, Dominus Ruffinus de Porta Placentinus juravit *eodem modo, ut Dominus Cazzavillanus, in totum, tactis ſacroſanctis Evangeliis.*

C *Ego Johannes Pileti, Notarius Communis, & Domini Uberti Vicecomitis Bononiae Poteſtatis, interſui & ſcripſi.*

Anno 1213.

*In nomine Domini. Milleſimo Ducenteſimo Decimo Tertio, Indictione I. die VIII. exeunte Octubri, coram Domino Armanno Judice, & Domino Giberto Rubeo Judice, & Blanco Notario, &*

D *Orabona Notario, & Maranello Notario, & aliis*, Dominus Guido Boncambii, & Dominus Jacobus Balduini, Cives Bononienſes, & Dominus Oddo de Landriano Mediolanenſis, omnes Legum Doctores, *ante Dominum Guazonem Judicem Domini Matthaei Bononiae Poteſtatis*, juraverunt *ad ſancta Dei Evangelia*, quod

E de cetero in aliqua Terra non legent Scholaribus Scientiam Legum, niſi in Bononia, & quod non dabunt operam, ut Scholares in alia Civitate debeant commorari. Nec in hoc conſilium vel adjutorium praeſtabunt, immo curabunt bona fide, quod Studium in hac Civitate augeatur. *Et quod ipſi dabunt conſilium Poteſtati, & Judicibus de Communi, & Rectoribus*

*Bononiae, qui pro tempore fuerint, bona fide, ſi ab eis petierint.*

*Actum in Palatio Communis Bononiae.*

*Item IV. die, exeunte Octobri, in Palatio Communis Bononiae, coram Domino Armanno Judice, & Domino Ambroſio Judice, & Corradino Judice, & Arpinello, & Bulgarino Procuratoribus,* Dominus Benintendi Legum Doctor, Civis Bononienſis *ante praefatum Dominum Guazonem Judicem Domini Matthaei de Corrigio Bononiae Poteſtatis,* juravit eodem modo, *ut dicti Domini. Item in Palatio Communis Bononiae, primo die intrante Novembri, coram Simone de Maccagnanis, & Bulgarino Guidonis Guizzardi, & Lamberto de Baccellerio, & Ildebrandino Notario, & aliis,* Dominus Pontius Caſtellanus Legum Doctor juravit eodem modo, *ut praedicti Domini.*

*Ego Simon, ſacri Palatii, & nunc Communis Bononiae Notarius, omnibus praedictis interfui, & mandato dictorum Dominorum Guazonis, & Domini Matthaei Poteſtatis, praedicta juramenta ſcripſi.*

Verùm impedire nequibant Bononienſes, quin ex eorum Gymnaſio identidem prodirent Diſcipuli feliciter docti, & ad ſubeundum Magiſterii munus aptiſſimi, quamquam Bononienſes iidem ad docendum in Urbe ſua retinerent aut advocarent, quos excellentiores noverant. Quamobrem tunc & aliae Italicae Civitates perſpicientes, quantae utilitatis foret apud ſe habere Gymnaſium, & ne alibi quaerendum ſuis Civibus eſſet, quod domi poterant obtinere: Magiſtros & ipſae primò Juriſprudentiae, tum reliquarum diſciplinarum ſibi procurare coeperunt. Id Saeculo Chriſti Duodecimo ab aliquibus tentatum, ſed enixius & alacrius Seculo inſequenti Tertiodecimo. Inter primos fortaſſis id praeſtitere Mutinenſes, neſcio an honeſtâ quadam aemulatione, an eo etiam conſilio ducti, quod ſatius videretur juvenes ſuos arcere a commercio Urbis, cujus potentia in dies creſcens univerſis finitimis metum non levem jam incutiebat. Juriſprudentiae laude circiter Annum MCLXX. eminebat *Pyleus*, non Modoëtienſis, ut nonnulli tradidere; ſed, ipſo teſte, *ex patre Mutinenſi* in agro Bononienſi natus, & poſtea inter Cives Mutinenſes, ut par erat, cooptatus, Bononiae Leges interpretabatur. Hunc inter ceteros ad ſe ſtipendio annuo centum Marcharum argenti, hoc eſt, uti Pancirolius ſupputatione facta colligit, ſummâ ferme ſexcentorum ſeptuaginta Aureorum, invitis Bononienſibus, ad ſuum Gymnaſium Mutinenſes deduxere, ubi per multos annos auditoribus ſuis Leges explicuit, Libroſque Juris per quam celebres edidit. In Chronico Parmenſi, Tomo IX. Rer. Italicar. Anno MCCXLVII. juſſu Friderici II. Auguſti *pars Imperii Mutinae omnes Scholares de Parma, qui tunc erant Mutinae ad ſtudendum, cepit, miſitque omnes in manibus Imperatoris.* Alios quoque eodem Seculo Decimo tertio eximios viros Mutinenſis Reſpublica conduxit, Legum interpretes in ſui Gymnaſii ornamentum, ac praecipue circiter Annum MCCL. celebratiſſimum virum *Azonem* tunc adoleſcentem, centum ei Marchis argenti aſſignatis, ut ipſe teſtatur in Rubr. Codice de Municip. & Origin. ubi ait, ſe *in tranquillitate mentis & corporis, Mutinae* Juriſprudentiam tradidiſſe, in Urbe videlicet, *quae Juris alumnos ſemper diligere conſuevit.* Ea autem erat tem-

temporibus iis celebritas Gymnaſii Mutinenſis, ut frequentes etiam ex aliis Urbibus eò confluerent ſtudiorum cauſsâ diſcipuli. Conduxerunt etiam Mutinenſes *Albertum Galeotti Parmenſem*, *Guillielmum Durantem*, *Speculatorem* appellatum, celeberrimum inter Canonici Juris interpretes virum, & *Guidonem de Suzaria*, quem ipſe Durantes *Mutinenſem* appellat, non quod Mutinae lucem viderit, ſed quod Civis Mutinae creatus fuerit, atque heic Leges explicuerit. In Archivo Reipublicae Mutinenſis adhuc ſervantur Acta MSta, quum idem Guido Civitate donatus eſt Anno MCCLX. die VI. Aprilis, ut Juriſprudentiam in publicis Mutinae Scholis traderet. Tunc ille ſeſe ſacramento obſtrinxit, dum vita ſuppeteret, Mutinae habitaturum, *ad* A *regendum & docendum in Legibus & facultate Legali, & Scholares, & Cives Mutinae, & alios forenſes eum audire volentes, bona fide & ſine fraude ordinare, & continue, ut moris eſt, docere & legere in Legibus, & Legali Scientia, dum tamen a Scholaribus Civibus & Comitatinis Mutinenſibus nihil accipiat causâ docendi pro ſalario vel mer-* B *cede. Et dare operam efficacem in Studio Scholarium augmentando, & Mutinae retinendo toto tempore vitae ſuae.* In eum finem Mutinenſis Senatus ei ſtatim numeratas voluit bis mille & ducentas quinquaginta Libras Mutinenſium, quarum pars impendenda erat in emendis *poſſeſſionibus & terris in diſtrictu Mutinenſi*. Monumentum C ipſum ex Tabulario Mutinenſis Reipublicae eductum addere placuit.

## Pacta inter Mutinenſem Populum & Guidonem de Suzaria, publicum Mutinae Legum Interpretem, ſtabilita Anno 1260.

*IN Chriſti nomine. Anno a Nativitate ejuſdem MCCLX. Indictione III. die Dominico VI. Aprilis.* Dominus Guido de Suzaria, Doctor Legum, *ſolempni ſtipulatione promiſit Fratri Venerio de Ordine Fratrum Minorum, Syndico Communis Mutinae ad hoc ſpecialiter conſtituto, eſſe Civem Mutinae perpetuò: & juravit facere Cittadinantiam, & ſtare & habitare cum familia ſua continue in Civitate Mutinae, donec vixerit*, ad regendum & docendum in Legibus & facultate Legali, *a feſto Sancti Michaëlis proximi in antea*. Et Scholares Cives Mutinae, & alios forenſes, eum audire volentes, bona fide & ſine fraude ordinare, & continue, ut moris eſt, docere & legere in Legibus, & Legali ſcientia, niſi juſto Dei impedimento remanſerit; dum tamen a Scholaribus D Civibus & Comitatinis Mutinae nihil accipiat causâ docendi pro ſalario vel mercede. *Et quod dabit conſilium Poteſtati & Anzianis, qui ſunt, & qui pro tempore fuerint, quoties fuerit requiſitus ab eis, bona fide & ſine fraude, vel ab aliquo eorum in negotiis Communis Mutinae, & pro negotiis pro Communi in Civitate Mutinae ſine pretio & numeratione. Et dare operam ef-* E *ficacem in Studio Scholarium augmentando, & Mutinae retinendo toto tempore vitae ſuae. Et quod nullo tempore alibi reget, niſi in Civitate Mutinae, neque docebit, nec alibi umquam in aliquo tempore habitabit. Et quod non praeſtabit patrocinium in Civitate Mutinae, vel diſtrictu niſi pro ſuis Scholaribus forenſibus, aliquo modo vel ingenio.*

genio. Et haec omnia & ſingula ſupraſcripta & infraſcripta dictus Dominus Guido pro ſe & ejus heredibus attendere & obſervare promiſit praedicto Syndico ſtipulanti & recipienti pro Communi Mutinae, & vice & nomine dicti Communis Mutinae, & numquam in aliquo contra facere vel venire, ſub obligatione omnium ſuorum bonorum praeſentium & futurorum, & ſub ſtipulata poena mille Librarum Imperalium, & quae poena toties inſolidum committatur, & peti & exigi poſſit cum effectu, quoties contra factum fuerit in aliquo capitulo ſupraſcripto vel non obſervato. Et poenâ commiſsâ vel non, exactâ vel non, omnia & ſingula ſupraſcripta & infraſcripta in ſua permaneant firmitate cum obligatione poenae. Et haec omnia & ſingula ſupraſcripta & infraſcripta attendere & obſervare promiſit ſine dampno & diſpendio dicti Communis. Omne vero dampnum & diſpendium, quod dictum Commune inde haberet, vel aliquo modo faceret, dicto Syndico pro ipſo Communi, & ipſi Communi reddere & reſtituere & reficere ſolempni ſtipulatione promiſit, credendo de dampno & expenſis ipſi Syndico, & cuilibet alteri perſonae pro Communi Mutinae, eorum nudo & ſimplici verbo, abſque onere ſacramenti, & teſtium probatione. Renuntiando praedictus Dominus Guido in omnibus & ſingulis ſupraſcriptis & infraſcriptis actioni & exceptioni doli mali, conditioni ſine cauſa, vel ex injuſta cauſa, & in factum, & alii ejus juri generali vel ſpeciali ſibi competenti; pro quo vel cum quo ſeu cujus occaſione poſſet venire contra praedicta vel infraſcripta vel aliquod praedictorum vel infraſcriptorum, & jus competiturum per pactum & ex certa ſcientia remiſit. Promittendo nullam in contrarium opponere exceptionem. Et ſi contra praedicta vel aliquod praedictorum veniret vel non obſervaret, & aliquid fuerit conſecutus, id totum in duplum reddere & reſtituere praedicto Syndico vel alteri pro Communi Mutinae ſolempni ſtipulatione promiſit, & ut ſua auctoritate dictum Commune Mutinae poſſit intrare & apprehendere bona dicti Domini Guidonis, quae habet & habiturus eſt, licentiam & poteſtatem dicto Syndico, vel alteri pro Communi Mutinae recipienti, & ipſi Communi dedit & conceſſit. Conſtituens ſe ea bona nomine dicti Communis in precario poſſidere. Et omnia & ſingula ſupraſcripta & infraſcripta dictus Dominus Guido attendere & obſervare, tactis ſacroſanctis Scripturis corporaliter, juravit.

Pro quibus omnibus & ſingulis ſupraſcriptis praedictus Syndicus nomine & vice dicti Communis, & pro ipſo Communi, ex licentia & auctoritate conceſſa ipſi Syndico a Poteſtate Mutinae & Anzianis, ipſi Poteſtati, & Anzianis conceſſa per Conſilium generale Communis Mutinae, ſolemniter ſtipulatione promiſit, dare & ſolvere dicto Domino Guidoni duo millia ducenta quinquaginta Librarum Mutinae, ſcilicet mille Libras Mutinae in denariis numeratis. Quarum centum Libras Mutinae hinc ad Kalendas Madii proximi, & ducentum Libras Mutinae hinc ad medium Menſem Madii proximi, & ſeptingentas Libras Mutinae hinc ad medium Menſem Julii proximi. De quibus mille Libris idem Dominus Guido facere poſſit quicquid de ſua proceſſerit voluntate, & in ſua vita expendere pro beneplacito voluntatis ſuae, & in quoſcumque uſus voluerit, erogare, & ad quoſcumque ſuos heredes voluerit tranſmittere tam ex teſtamento quàm ab inteſtato ſine contradictione Communis Mutinae, & cujuslibet ſingularis perſonae inquietatione & moleſtatione. Et mille du-

*ducentas quinquaginta Libras Mutinae promiſit dicto Domino Guidoni ſolempni ſtipulatione dare & ſolvere uſque ad Kalendas Septembris proxime venientis*. Quas mille ducentas quinquaginta Libras dictus Dominus Guido dare debet in poſſeſſionibus & terris in D.ſtrictu Mutinae & in Civitate, *in quibus locis magis ſibi placuerit, & ſibi expedierit, de voluntate & conſenſu dicti Syndici. Quas terras & poſſeſſiones ex dictis denariis emptas, ſive emendas, dictus Dominus Guido & ſui heredes ex teſtamento & ab inteſtato habeant & teneant & poſſideant, & faciant quicquid velint ſine contradictione Communis Mutinae, & moleſtatione cujuslibet perſonae, ſalvo eo, quod dictus Dominus Guido non poſſit dictas Terras vendere ſeu Poſſeſſiones in vita ſua. Heredes tamen ſui, & quilibet ſui ſucceſſores ex teſtamento & ab inteſtato poſſint dictas terras vendere & alienare per quemcumque titulum voluerint, tam inter vivos quàm in ultima voluntate, ſine contradictione & moleſtatione Communis Mutinae, & cujuslibet perſonae. Poſſit etiam dictus Dominus Guido in vita ſua obligare dictas Terras & poſſeſſiones ſine inquietatione & moleſtatione Communis Mutinae, & cujuslibet perſonae. Promiſit inſuper ſupradictus Syndicus dicto Domino Guidoni ſtipulanti, quod de ipſis terris & poſſeſſionibus non cogetur per Commune Mutinae nec per aliquem Officialem, nec aliquo alio ingenio ſeu modo, ſolvere Coltas, neque ratione dictarum poſſeſſionum, neque ratione perſonae ſuae, nec ratione aliorum bonorum, quae ipſe Dominus Guido haberet, neque aliquas alias factiones ſubire ſeu praeſtare toto temporae vitae ſuae. Et de praedictis omnibus & ſingulis ſupraſcriptus Syndicus promiſit dicto Domino Guidoni ſtipulanti curare & facere fieri Inſtrumentum publicum per Conſilium generale Communis Mutinae, & promiſſionem juratam, & Statutum ad ſenſum & voluntatem dicti Domini Guidonis, ſecundùm quod melius poſſunt valere, infra tres dies, poſtquam Poteſtas fuerit requiſitus per ipſum Dominum Guidonem, ſeu per ejus Nuntium. Et haec omnia & ſingula promiſit eidem Domino Guidoni ſtipulanti ſolemniter attendere & obſervare ſub poena mille Librarum Imperialium; qua ſoluta vel non ſoluta, commiſſa vel non commiſſa, omnia & ſingula ſupraſcripta in ſua permaneant firmitate, & in quolibet & pro quolibet Capitulo non obſervato poena committatur & exigatur, & toties committatur, quoties fuerit contrafactum. Et pro iis omnibus & ſingulis ſupraſcriptis attendendis & obſervandis dictus Syndicus obligavit dicto Domino Guidoni omnia bona Communis Mutinae, & ſe pro eo poſſidere conſtituit, & renuntiavit actioni & exceptioni doli mali, & in factum conditioni ſine cauſa, vel ex injuſta cauſa, & omni juri, & legum auxilio generali, ſpeciali, & communi, expreſſo & non expreſſo, competenti & competituro, quod Communi poſſet prodeſſe, & dicto Domino Guidoni obeſſe; & jus competiturum expreſſe per pactum remiſit. Et ſi dictus Dominus Guido morte vel caſu fortuito non veniret ad dictum terminum in Civitate Mutinae ad regendum, ut promiſit, promiſit dicto Syndico reſtituere omnes praedictos denarios, exceptis trecentum Libris, quae trecentum Librae ſint ſuae.*

*Actum in Palatio veteri Communis Mutinae ſolempniter: praeſentibus, & ad hoc vocatis & rogatis teſtibus, Domino Conradino de Miliarinis, Domino Battezato de Battezatis, Domino Valentino Populi, Domino Janello Domini Gibertini de Beſollis, & Domino Bartholomaeo de Campogaliano.*

*Ego*

*Ego Albertus Bezalus, Regalis Aulae Notarius, interſui, & rogatus ſcribere ſcripſi.*

Quod eſt ad Guidonis ejuſdem Libros, Pancirolium conſule. Is deinde ob egregiam ſcientiae famam, Neapolim accitus eſt a Carolo I. Apuliae & Siciliae Rege: quod Ricobaldus teſtatur, ubi deſcribit infelix fatum Conradini Regis, inquiens in Pomario, Tomo IX. Rer. Italicar. pag. 137. *Diu de eo judicio acto, plurimorum erat ſententia, & maxime Guidonis de Sucaria* (ſcribe *Suzaria*) *eo tempore praeſtantiſſimi Legum Doctoris, Conradum non eſſe mortis reum.* Praeterea in Statuto Mutinenſis Reipublicae manu exarato, & ſpectante ad Annum MCCCXXVII. decernitur: *Ut nullus Scholaris hujus Civitatis ſolvere cogatur dona promiſſa alicui Magiſtro Legum vel Decretorum, etiamſi promiſerit. Scholares verò forenſes, qui ſunt vel fuerint in Civitate cauſſa ſtudii, habeantur tamquam Cives, & pro Civibus quantùm ad eorum commodum & favorem.* Alterum Statutum Anno MCCCXXVIII. efformatum vidi, in quo Mutinenſes conſtituerunt invitare *unum bonum Legiſtam ſive Doctorem forenſem ad legendum Leges in ipſa Civitate, ad ſalarium centum quinquaginta Librarum Mutinenſium pro quolibet anno. Et unum Doctorem ſive Lectorem terrigenam conventatum in Artibus, ad legendum Medicinam ad ſalarium centum Librarum Mutinenſium. Et unum Lectorem forenſem ad legendum Summam Notariae, & Inſtitutam, ad ſalarium quinquaginta Librarum Mutinenſium.* Quae heic *Summa Notariae* dicitur, *Rolandina* eſt, cujus Auctorem putavit Cl. Du-Cangius Rolandinum Patavinum Hiſtoricum, ſed perperam, quum ipſam concinnarit Rolandinus Paſſagerius Bononienſis, Patavino ſynchronus. Atque ex hiſce Mutinenſium Scholis praeter alios prodiit *Nicolaus Matarellus*, patriâ Mutinenſis, & Bartolo veluti ſuus praeceptor ſaepe laudatus, qui non tantùm Mutinae, ſed & Bononiae ac Patavii ſumma cum laude Leges interpretatus, Libris etiam editis claruit, de quo legendus Vedrianus noſter in Libro de Doctoribus Mutinenſibus. Acta Mutinenſis Populi die nonâ Aprilis Anno MCCCVI. haec ferunt: *item ſi placet Conſilio, quod unus Ambaxator expenſis Communis, & ad ſalarium contentum in Statuto Communis Mutinae, mittatur ad Civitatem Paduae, & Univerſitatem Scholarium, & prout aliter fuerit neceſſarium, ex parte Communis Mutinae, quod eis placeat precibus & amore Communis Mutinae dare & concedere licentiam Sapienti Viro Domino Nicolao de Matarellis Profeſſori Legum, ſtandi Mutinae per totum Menſem Aprilis ad complendum officium Defenſoris Populi Mutinenſis, in quo fuit electus &c.* Sed quoniam de *Patavina Univerſitate* injecta eſt mentio, liceat dicere, ante Annum MCC. illius quidem originem perquiſitam a me fuiſſe, ſed nullo certo teſte adhuc fuiſſe repertam. Neque tamen dubito, quin & ante illum Annum literatis Viris praeſtantiſſima illa Civitas abundarit; ſed qui aemularentur Bononienſis Gymnaſii inſtitutum, nuſquam occurrunt, ita ut Sertorius Urſatus Lib. 3. Hiſtor. Patavin. & ante eum Antonius Ricobonus in Libr. de Gymnaſ. Patavin. ideo originem Academiae illius vetuſtatis tenebris obliteratam affirmarint, quod nullum ejus veſtigium in antiquis Hiſtoriis ac Monumentis oſtendere poſſent. Ego natum Patavinum Gymnaſium

ſium

ſum poſt Annum Chriſti MCC. reor. Tradunt autem Patavinae Hiſtoriae quaedam, a me editae, Fridericum II Auguſtum, quum Anno MCCXXII. infenſo foret animo in Bononienſes, jus eis Gymnaſii ademiſſe, ac Patavium tranſtuliſſe. Et ne de hac re dubitatio intercedat, vide Hiſtoriam Miſcellam Bononienſem, in qua ad Annum quoque MCCXXV. Fridericus II. Auguſtus Bononienſibus Scholis interitum afferre conatus eſt.

A Ad idem quoque perſuadendum inſervire poterit Diploma ejuſdem Auguſti datum Anno MCCXXVII. per quod *revocat Conſtitutionem factam de Studio & Studentibus Bononiae*; unde agnoſcas, antea jus Academiae illuſtri Urbi ademtum fuiſſe, & Patavium, ac Neapolim, uti veriſimile eſt, fuiſſe translatum. B Accipe Literas ipſius Friderici e Regeſto MSto vetuſtiſſimo Reipublicae Bononienſis deſcriptas.

## De remiſſione & concordia facta inter Imperatorem & Lombardos, & de Conſtitutione revocata ſuper Studio Bononienſi, Anno 1227.

FRidericus *Dei gratiâ* Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hierusalem & Siciliae Rex, *Rectoribus Civitatum Mediolani, Placentiae, Bononiae, Alexandriae, Taurini, Laudi, Faventiae, Pergami, Mantuae, Veronae, Paduae, Vincentiae, Tarviſii, Cremonae, Marchioni Montisferrati, Comiti Gotifredo de Blandrato, aliiſque Locis, & perſonis quibuslibet de Lombardia, Marchia, & Romaniola, quae nuper contra Majeſtatem noſtram & Imperium commiſerunt offenſam, fidelibus ſuis gratiam ſuam & bonam voluntatem. Cauſam offenſae, quam nuper contra Celſitudinem noſtram, & noſtrum Imperium commiſiſtis, quia videbatur impedimentum afferre negotio Terrae Sanctae, in providentia & diſpoſitione Domini Papae, ac fratrum ſuorum venerabilium Cardinalium poſuimus abſolute. Eorum igitur proviſione ſuper hoc plenius intellecta, pro reverentia Jeſu Chriſti, & ipſius Terrae Sanctae negotio, vobis univerſis & ſingulis de innata nobis clementia remittimus omnem rancorem, malevolentiam, injurias, & offenſas, omniaque banna, conſtitutiones, ſententias, & ordinamenta, quae* C *fecimus vel impoſuimus per nos vel per alium, aliuſve pro nobis impoſuit vobis, ſeu alicui de Civitatibus, locis, & perſonis ejuſdem, & quaecumque ex eis, vel ob ea ſecuta ſunt, penitus revocamus*. Et ſpecialiter Conſtitutionem factam de Studio & Studentibus Bononiae: *univerſos & ſingulos, qui occaſione alicujus praedictorum laeſi vi-* D *dentur, reſtituentes in integrum in omnibus & per omnia, ſuo ſtati atque famae. Remittendo infamiam omnem & poenam, quae ſecutae ſunt ex aliquo praedictorum: ita quod ea, quae per eos medio tempore acta ſunt, non obſtantibus ſupradictis, robur obtineant, quod aliàs debuerant obtinere. Ad haec Civitates, Loca, & perſonas veſtras re-* E *cipimus in noſtrae gratiae plenitudinem, & vobis reddimus firmam pacem. Reſervantes tamen nobis contra praedictum Marchionem Montisferrati omnia jura, omneſque actiones, quae nobis competunt tam de debito, quo noſtrae Celſitudini eſt adſtrictus, quàm de Terra, quae propter ipſum debitum nobis extitit obligata. Faciemus etiam reſtitui captos occaſione praedictae offenſae cum bonis ſuis, ac alia, quae occaſione hu-*

*juſmodi*

*juſmodi capta ſunt vel detenta. Faciemus fieri patentes Literas ex parte legitimi filii noſtri* Henrici Romanorum Regis *illuſtris, qui pacem & remiſſionem iſtam ratam habebit & firmam, quodque remittet vobis omnem rancorem, malivolentiam, injurias, & offenſas. Ad plenam autem certitudinem hujus rei, praeſentes Literas juxta ipſius Domini Papae beneplacitum fieri juſſimus, ſigillo Majeſtatis noſtrae munitas..*

*Datum Cataniae, primo die Februarii, Quintaedecimae Indictionis.*

*Ego Henricus, miſeratione divinâ Bononienſis Epiſcopus, hoc exemplum ex authentico ſumtum cum originali, ſigillo Imperiali roborato, auſcultavi diligenter & vidi, unde ad perpetuam memoriam & certum teſtimonium me ſubſcripſi, & ſigillo meo ſigillari mandavi, Anno Domini MCCXXVII. die XI. intrante Junio, Indictione XV.*

Sed quamvis reſtituta Bononienſibus antiqua jura fuerunt, Patavini ex jam conquiſitis minime exciderunt. Oſtendere poſſumus vividam Artium Liberalium Academiam Anno MCCLXII. in eorum Urbe. En quae poſtremo Cap. Hiſtoriae ſuae habeat Rolandinus illius Urbis Hiſtoricus, editus Tomo VIII. Rer. Italicarum: *Perlectus eſt hic Liber coram infraſcriptis Doctoribus* (ſive *Rectoribus*) *& Magiſtris, praeſente etiam Societate laudabili Bazalariorum* (ideſt eorum, qui *Bacilieri* appellabantur) *& Scholarium Liberalium Artium de Studio Paduano*. Tum enumerat *Regentes* eodem Anno MCCLXII. *in Padua* tres *profundos & peritos Doctores in Phyſica, & ſcientia Naturali*. Unum *in Loyca*, *ſex in Grammatica, & Rhetorica*. En Gymnaſium nobile jam tum Patavii. Certe non numerantur heic Theologi, Juriſtae, ac Medici. Sed fortaſſis ad audiendam Hiſtoriam ſuam Rolandinus non omnes adhibuerit Gymnaſii Doctores. Nam cur Patavini Juriſprudentiam neglexiſſent, quam, ut vidimus, Mutinenſes jam excolebant, uti & Regienſes, & Ferrarienſes in ſuis Scholis? Ferrarienſes inquam: in eorum enim perantiquo Statuto MSto, quod Eſtenſis Bibliotheca ſervat in membranis, Anno MCCLXIV. decretum hoc vidi: *Quod omnes docentes in Scientia Legum, & Medicinae, & in Artibus Grammaticae, & Dialecticae, ire ad exercitum, aut aliquam facere cavalcatam, non cogantur. Quod Statutum vendicat ſibi locum in Doctoribus continue docentibus*. Certe ineunte Seculo XIV. Juriſprudentiae Magiſtri minime deſiderati ſunt in Patavino Gymnaſio, cujus gloria majores in diem progreſſus habuit ad noſtra uſque tempora: idque curâ & ſtudio Sereniſſimae Venetae Reipublicae, cui ſummopere cordi eſt egregios quoſque viros illic alere, & undique grandibus praemiis accire. Ita Seculo XIII. inſtaurata eſt Academia Romana ac Neapolitana. Namque Anno MCCXXIV. uti memoriae prodidit Richardus de Sancto Germano, Fridericus II. Imperator *pro ordinando ſtudio Neapolitano ubique per Regnum miſit literas generales*. Ita Anno MCCXLIII. *Innocentius IV. Papa conceſſit Placentinis Privilegium de Studio generali*. Nempe complurae tunc Civitates certatim ſibi procurabant Scholas, & jus laureae conferendae, tum in juvenum ſuorum commodum, tum etiam quod e Scholarium exterorum confluxu non parum emolumenti in Civitates Literarum magiſtras, exemplo Bononiae & Pariſiorum, fluebat. Propterea ſubſequenti Seculo XIV. Academia Ticinenſis, Piſana, Peruſina, Senenſis, Taurinenſis

nenſis

nenſis (ut alias, ne nimius ſim, omittam) eruperunt, quarum majori antiquitati, ſi rite ab aliquo oſtendatur, ego nihil detractum velim. Nicolaus de Jamſilla, Tomo VIII. Rer. Italicarum, haec alia de Frederico II. addit: *Ipſe verò Imperator Liberalium Artium, & omnis approbatae Scientiae Scholas in Regno ipſo conſti-* A *tuit, Doctoribus ex diverſis Mundi partibus per praemiorum liberalitatem accitis &c.* Quo autem ritu olim Doctores advocarentur ad Gymnaſii munera ſubeunda, indicabit nobis Charta Patavina, quam Anno MCCXX. conſcriptam agnovi ex Praetoris nomine, tunc Patavinam Civitatem regente.

## Praetoris Patavini Literae, quibus Jacopinum de Ruffinis Parmenſem, Militem, ac Juriſconſultum invitat ad explicandum Jus Civile in Gymnaſio Patavino, Anno 131c.

E*Ximiae ſapientiae ac eloquentiae viro*, Domino Jacopino de Ruffinis de Parma, utriuſque Militiae tam legalis quàm cinguli Militaris *nobilitate praeclaro*, Ptolomaeus de Curteſiis de Cremona, Poteſtas, Anciani, Conſilium, & Commune Civitatis Paduae, *ſalutem & optati honoris & felicitatis augmenta. Ex famae veſtrae praeconiis, quae ſcientiae ingentis in vobis theſauros perlucidos latere non ſinit in partibus Italiae, ac per circumpoſitas regiones, nos permoti, & deſideranter impulſi, &* Rectores Studii Paduani *nobiſcum* cum Doctoribus & Scholaribus univerſis, *perſonam veſtram condignam, &* noſtrae Univerſitati *acceptam nuper elegimus, & electionem ipſam de more noſtro confirmavimus in noſtro Conſilio generali*, ad regendum & legendum extraordinarie in Civitate Paduae in Jure Civili, *ſecundùm modum & formam Statuti noſtri, & conſtitutiones* Scholarium Studii Paduani, *a feſto Sancti Michaëlis proxime venturo, quod Menſe Septembris praeſentis die penultima celebratur, uſque ad tres annos proxime acceſſuros*, ad ſalarium Librarum quadringentarum Denariorum Venetorum parvorum, in Groſſis argenteis *vobis dan-* B *dum pro quolibet anno in duobus terminis videlicet medietatem ad Calendas Novembris, & aliam medietatem ad feſtum Purificationis Beatae Mariae Virginis, quod eſt die ſecundo Februarii, de pecunia noſtri Communis, ut in Statutis noſtris plenius continetur. Ideoque ſapientiam veſtram attenta prece requirimus & precamur, quatenus electionem* C *praedictam de vobis factam honore veſtri, & amore Communis & Studii Paduani, acceptare dignemini. Nam & diſcretum virum Guillielmum Floriani, Nuntium & Syndicum noſtrum, & totius Univerſitatis noſtrae, ſufficienter inſtructum ad vos mittimus ad dictam noſtram acceptationem recipiendam, & promiſſionem veniendi, &* legendi Paduae, D *ut dictum eſt* in Legibus extraordinariè, *modis praedictis, & ad promittendum vobis, ſi acceptaveritis, Salarium ſupradictum.*

Quod eſt ad aliarum Artium, ac diſciplinarum culturam Saeculis rudibus in Italia, illud mihi praefari liceat: nimirum non ſatis liquere poſſe, quanta ab Italicorum ingeniis E tunc & tentata & peracta fuerint, quod plerique ex eorum Libris aut propter incuriam majorum, atque ob inteſtina bella e Guelphorum & Gibellino-



bellino-

bellinorum factionibus nata, aut aliis ſupervenientibus infortuniis exciderunt. Aliquid tamen innuam. Itaque primo certum eſt mihi, non paucos ex Italis fuiſſe, qui *Trivio* tunc ſtuduerint, nonnullos etiam, qui *Quadrivio*. Quid hiſce nominibus ſignificaretur, explicat Hugutio Grammaticus, Epiſcopus Ferrarienſis, ſcribens: *Nota, quod Grammatica, Rhetorica, & Dialectica dicuntur Trivium, quâdam ſimilitudine, quaſi triplex via ad eloquentiam.* Nomine autem *Quadrivii*, uti idem Hugutio, & longe ante eum Boëthius prodidere, deſignantur *Arithmetica, Geometria, Muſica, Aſtronomia*. In Vita Sancti Meinwerci Epiſcopi Paderbonenſis, Cap. XI. haec legimus: *Claruit hoc ſub Imado Epiſcopo, ſub quo in Patherbrunenſi Eccleſiâ publica floruerunt Studia; quando ibi Muſici fuerunt, & Dialectici enituerunt, Rhetorici, plerique Grammatici: quando Magiſtri Artium exercebant Trivium, quibus omne ſtudium erat circa Quadruvium: ubi Mathematici claruerunt, & Aſtronomici habebantur, Phyſici, atque Geometrici: viguit Horatius magnus, & Virgilius &c.* Magni olim aeſtimati, qui *Trivium* in literis confecerant: pluris, qui *Quadrivium*. Laurentius Vernenſis ſive Veronenſis, Lib. 2. de bello Balear. Tomo VI. Rerum Italicarum ait.

*His inerat clarus cum Conſule Guido Dodone,*
*Ordine Levita, Trivii ratione peritus.*

Arnulphus autem Mediolanenſis in Praefatione ad Hiſtoriam, a me editam Tomo IV. ejuſdem Collectionis, inquit: *Fateor, me nunquam conſcendiſſe curules Quadrivii rotas.* Ita Petrus Damiani eo ipſo Seculo ſcribebat ad Hugonem Abbatem Cluniacenſem Lib. 6. Epiſtol. 3. de adoleſcentulo ad eum miſſo: *Rudem imperitumque ſuſcipiens, ad propria poſtmodum cum gemina Trivii vel Quadrivii uxore remittat.* In praecedenti Diſſertatione Glabrum Radulphum audivimus Saeculo Undecimo tradentem, tunc Italicam gentem prae ceteris addictam fuiſſe *Grammaticae*, quo nomine Eruditionis Secularis complexum deſignare ſolebant. Haec non uno in loco tradebatur. Ante Annum Chriſti MCXV. a Donizone in Vita Comitiſſae Mathildis Libro Primo, Cap. Decimo, commendatur Parma Civitas a Liberalium Artium Studio. Dubitare de hac re viſus eſt Clariſſimus Vir & Monachus, Amicus quondam meus, P. D. Gaſpar Berettus, Benedictinus, Diſſertatione Chorographica Tomo X. Rer. Italicar. pag. 121. Sed aperta ſunt Donizonis verba, ſcribentis:

*Chryſopolis dudum Graecorum dicitur uſu,*
*Aurea ſub Linguâ ſonat haec Urbs eſſe Latinâ,*
*Scilicet Urbs Parma, quia Grammatica manet alta,*
*Artes ac Septem ſtudioſe ſunt ibi lectae.*

Ibi traditas *Septem Artes* vide: ideſt *Trivium*, & *Quadrivium*. Certe omni *Liberali ſcientiâ peritus fuit* Petrus Damiani Ravennas, ut auctor eſt in ejus Vita Johannes Monachus diſcipulus ejus. Porro eumdem Petrum audi Opuſculo 36. Cap. 14. de ſe adoleſcente iſta tradentem: *Quum apud Parmenſe Oppidum* (Urbem infra appellat) *degerem, ibique Liberalibus Artium Studiis inſudarem, quiddam me contigit noſſe &c.* Literis autem operam

ram dabat Petrus Damiani circiter Annum MXXV. hoc eſt, centum paene annos ante Donizonem. Quare nil mirum, ſi Benedictus Monachus Cluſenſis Italus circiter Annum MXXVIII. (ut habetur in aculeata & ſtomachoſa Declamatione Ademari Cabanenſis editâ a Mabillonio in Appendice ad Tom. IV. Annal. Benedictinorum) glorianter ſane diceret: *In Francia eſt Sapientia, ſed parum, nam in Longobardia, ubi ego plus didici, eſt fons Sapientiae*. Ita audax Grammaticus. Effulſit autem inter Grammaticos illius aevi *Papias*, ut verbis Trithemii utar, *natione Lombardus, vir in ſaecularibus literis eruditiſſimus, Grammaticus omnium ſuo tempore clariſſimus, Graeco & Latino ſermone ad plenum inſtructus, in divinis quoque Scripturis non mediocriter exercitatus*. Tradit idem Trithemius, ſe legiſſe Librum *Epiſtolarum ejus ad diverſos*, & Librum *de ordine dicendi*, & Librum *de Linguae Latinae vocabulis*, hoc eſt inſigne *Gloſſarium*, ſive *Elementarium doctrinae rudimentum*, uti illud appellat Albericus Monachus Trium Fontium in Chronico edito per Leibnitium. Paria de eo habet Jacobus Philippus Bergomenſis in Supplement. Chron. aeque verò ille ac Trithemius cenſens, Scriptorem hunc floruiſſe circiter Annum Chriſti MCC., ſed errore intolerando. Albericus enim hiſce longe antiquior ejus aetatem ſtatuit ad Annum MLIII. inquiens: *quod probatur per numerum annorum, ubi agit de aetatibus Saeculi in prima litera, & enumerando pertingit uſque ad hunc*. Gloſſarium illius a Bonino Mombritio editum Anno MCCCCXCVI. nunc autem ſupra fidem rariſſimum, magno uſui fuit celeberrimo Du-Cangio in contexendo ſuo Gloſſario Latino. Papiam excepit nuper laudatus *Hugutio Piſanus*, Epiſcopus Ferrarienſis, de quo Ricobaldus in Chronico ad Annum MCXC. agit, ſcribens, ab eo compoſitum fuiſſe *Librum Derivationum*, ſive Gloſſarium, aut Dictionarium, quod in multis Bibliothecis MStum adſervatur, & ſaepe adhibitum fuit a ſupra laudato Du Cangio. Horum Grammaticales labores auxit Frater *Johannes de Balbis* Genuenſis, Ordinis Praedicatorum, Anno MCCLXXXVI. Libro confecto (cui titulum fecit *Catholicon*) non ſemel typis edito. Circiter eadem tempora Wadingus in Libro de Scriptor. Ordinis Minorum arbitratur, conſcriptum fuiſſe *Mammotrectum*, in quo Libro voces Bibliorum explicantur, eumque tribuit Marcheſino ex Ordine Minorum, Regii Lepidi nato. Typis excuſus eſt Anno MCCCCLXX. Moguntiae, teſte Du-Cangio. Prima inſuper Latina Dictionaria, purgatam Latinitatem redolentia, ut ſatis conſtat, Italicis ingeniis Reſpublica Litteraria debet.

Ad Poëſeos culturam quod attinet, illud ſtatuendum eſt, nullum fuiſſe tempus, barbaris etiam in Italia regnantibus, quo non floruerint Poëtae, non ii quidem eximii, ſed pro modulo ſuae aetatis ferendi, ac nonnulli minime contemnendi. Suos habuit Gallia, ſuos Germania, Hiſpania, Britannia, & reliquae Occidentis Provinciae. Neque ſuis Italia caruit. Seculo Octavo (ut aliquot e minus antiquis omittam) *Paullum Diaconum, & Paulinum Aquilejenſem Patriarcham* laude etiam Poëſeos effulſiſſe novimus. Seculo Nono *Theodulfum* Italum, poſtea Epiſcopum Aurelianenſem, *Hildericum Abbatem Caſinenſem, Theophanium, & Erchempertum*, Monachos ejuſdem Coenobii,

 alte-

A alterum *Hildericum Philoſophum*, cujus Carmen exhibet Anonymus Salernitanus Cap. 135. Paralipomen. Parte II. Tomi II. Rerum Italicarum, & *Johannem Diaconum* Sanctae Romanae Eccleſiae. Saeculo Decimo *Anonymum* Auctorem Panegyrici Berengarii Imperatoris, *Liutprandum Epiſcopum Cremonenſem*, *Laurentium Monachum Caſinenſem &c.* B E ſubſequentibus Seculis neminem excerpo, ne copiâ obruar, quorum partem non mediocrem memoratam videas a Polycarpo Leyſero in Hiſtor. Poëtar. Medii Aevi: & aliquot etiam complectitur Collectio mea Scriptorum Rerum Italicarum. Satius erit, nonnullos heic recenſere Italicae gentis C Poëtas minus notos, quorum etiam Opera pleraque jam periere. In Codice Bibliothecae Ambroſianae, manu ante annos quadringentos exarato, occurrit mihi prolixum Carmen, in tres partes diviſum, cui titulus *Ecloga* inter Pſeuſtin paſtorem, & Alethiam virginem, de ſacris Hiſtoricique rebus canentes, cujus en D primi verſus:

*Aethiopum terras jam fervida torruit aeſtas,*
*In Cancro Solis dum volvitur aureus axis.*

Sunt verſus conſonis vocibus compoſiti, quorum deinde Auctorem de- E prehendi *Theodulum* Italicum Poëtam *Graecâ & Latinâ Linguâ eruditum*, uti eum appellat Sigebertus Cap. 134. de Scriptorib. Eccleſiaſticis, qui & hujus Libri meminit. Illius quoque mentio eſt apud Honorium Auguſtodunenſem Lib. 3. Cap. 13. Fortaſſis autem floruit Saeculo Decimo, non autem Quincto, ut Trithemius ſcripſit. Editum fuit Carmen a Goldaſto in Manuali Biblico. Subſequuntur in eodem Codice Fabulae, ſeu Apologi metro ligati, non utique Phaedri, aut Avieni; in quibus etſi non vulgarem verſificandi facilitatem ac perſpicuitatem alicubi invenerim, multa tamen minus Latina Auctorem indicant mediae aetatis. Sint ne haec edita, & num eidem Theodulo tribuenda, an alteri Poëtae, eruditis inveſtigandum relinquo. Specimen dabo, quod nemini legere grave futurum puto, & quod Avienum minime decet.

### DE LUPO ET AGNO

*Eſt Lupus: eſt Agnus. Sitit hic, ſitit ille. Fluentum*
*Limite non uno quaerit uterque ſiti.*
*In ſummo bibit amne Lupus: bibit Agnus in imo.*
*Hunc timor impugnat, verba movente Lupo.*
*Rupiſti potumque mihi, rivoque decorem.*
*Agnus utrumque negat, ſe ratione tuens.*
*Nec tibi, nec rivo nocui: nam prona ſupinum*
*Neſcit iter, nec adhuc unda nitore caret.*
*Sic iterum tonat ore Lupus: mihi damna minaris.*
*Non minor, Agnus ait. Cui Lupus: immo facis.*
*Fecit idem pater ante tuus, ſex menſibus actis,*
*Quum bene patrizas, crimine patris obi.*
*Agnus ad haec: tanto non vixi tempore. Praedo*
*Sic tonat: an loqueris, furcifer? hunc que vorat.*
*Sic nocet innocuo nocuus, cauſamque nocendi*
*Invenit. Hi regnant qualibet Urbe Lupi.*

Aliorum

Aliorum Poëtarum nomina, quorum potior pars ad Italiam ſpectat, exhibuit mihi alter Ambroſianae Bibliothecae Codex, hunc titulum praeferens: *Liber virtutum, & allegationum Auctorum, fere aureus nuncupatus, compoſitus, & cumulatus per nobilem Dominum Johannem de Grapanis Civem Mediolani, qui ab Illuſtriſſimo Domino Duce Mediolani propter hujuſmodi floridi Operis onus extitit recompenſus non exiguâ praelibati Domini benignitate, humanitate, liberalitate, & exemtionis gratiâ, ut clarius patet ex Literis Dominicalibus &c.* Tum ſubjiciuntur *nomina Librorum, vel Auctorum, ex quibus compilatum eſt hoc compendium. Videlicet, Job Hiſtoriologus religioſus: Liber Geneſis religioſus &c.* Ego nonnullos alios delibabo, omiſſis notioribus. *Chronica de Nugis Philoſophorum: Auctor Libelli de formula honeſtae vitae: Maximianus Poëta: Amarius verſilogus: Verſificator fabularum Aeſopi: Auctor Libelli, qui dicitur Pamphilus: Auctor Libelli, qui dicitur Facetus. Auctor Libelli, qui incipit;* Graecorum ſtudia: *Auctor doctrinae rudium: Baldo religioſus: Gualterius de Caſtellione verſilogus: Matthaeus Vindocinenſis Doctor Grammaticus: Henricus Samarienſis verſilogus Doctor Grammaticus: Gualfredus Anglicus verſilogus: Bertrandus: Jacobus Beneventanus verſilogus: Urſo Januenſis verſilogus: Vilichnius verſilogus: Richardus Judex Venuſinus verſilogus: Auctor Libelli de Moribus Medicorum: Auctor Libelli, qui incipit,* Aſtrolabi: *Bellinus Doctor Grammaticus: Montenarius Paduanus: Proverbia metrica extra ordinem Librorum vagantia: Proverbia vulgaria.* Qualis autem ejuſmodi Poëtarum guſtus foret, ut Lectori aliquod indicium ſuperſit, paucula haec excerpſi.

Gualterius de Caſtellione Libro 4. *Alexandreidos.*

*- - - - - - - - - - - - - quae rara tyrannis*
*Semper ineſt, fregit pietas generoſa decorem.*

Libro Primo:

*O quam difficile eſt ſtudium non prodere vultu!*

Editum eſt Gualterii Poëma.

Matthaeus Vindocinenſis:

*Venditur arbitrium, dum vivitur ex alieno*
*Sumtu. Pane tuo veſcere. Liber eris.*

Et haec edita puto in Hiſtoria Tobiae Auctoris ejuſdem.

Richardus Judex Venuſinus Lib. 6. *de pertractatione nuptiarum*, Cap. 28.

*Saepius audivi, quod poſt convivia non eſt*
*Conſilium. Compos ſtat bene nemo ſui.*
*Eſt hebes ingenium, dape multâ ventre receptâ.*
*Non eſt perfectae tunc rationis homo.*
*Turbatur cerebrum: ceſſat diſcretio mentis.*
*Cui ſatur eſt venter, ſpiritus alter ineſt.*

Idem:

*Pacem ſermo bonis gignit, & gaudia moeſtis*
*Cordibus infundit, triſtitiamque levat.*
*Ignis aquâ, verbiſque bonis extinguitur ira &c.*

Hujus Richardi Poëma MStum vidi in altero Codice Bibliothecae Ambroſianae, quod ab hiſce verbis incipit:

*Cedere*

*Cedere ſaepe ſolet noſtro Sapientia ludo &c.*
*Judex Ricardus tale peregit Opus.*

Auctor, qui dicitur *Pamphilus*.

*Occultare nequit ſua lumina maximus ignis:*
*Occultare poteſt nec ſua vota Venus.*
*Et ſua non ſemper ſequitur primordia finis.*
*Inceptum caſus ſaepe retardat opus.*

Henricus Samarienſis Lib. 3.

*Jam facies habitum mentis ſtudiumque fatetur;*
*Et mens quidquid agat, nuntiat illa foris.*
*Interni ſtatus liber eſt, & pagina vultus &c.*

Auctor iſte alibi in eodem Codice appellatur *Henricus Sanvirienſis*. In Florentino agro natus, ſcripſit circiter Annum MCXCII. Carmen in Libros quatuor diviſum, cujus dimidiam partem Chriſtianus Daumius Anno MDCLXXXIV. evulgavit, tum Leyſerus integrum edidit Anno MDCCXXI. in Hiſtor. Poëtar. Medii Aevi pag. 453.

Auctor Libelli *de formula honeſtae vitae*.

*Nam prudens falli non poteſt, fallere non vult.*

Auctor *de Moribus Medicorum*.

*Ignari Medici demit medicina ſalutem;*
*Dum prodeſſe putat, ſemper obeſſe ſolet.*

Jacobus Beneventanus Cap. 50.

*Ad ſe ſynceram pars vitioſa trahit.*
*Sic taxillorum ludum vitare memento,*
*Nullam jacturam ferre quod inde queas.*
*Ludum quemque fuge, per quem tua perdere poſſis.*

In altero Codice Ambroſiano, ubi ſunt Carmina Henrici Samarienſis, legitur etiam *Magiſtri Jacobi Tractatus*, ſive Carmen. At minime ſubiit animadvertere, an idem Auctor eſſet, atque iſte Beneventanus. En priores duos verſus Carminis illius:

*Uxor erat quaedam cerdonis pauperis, uxor*
*Pulcra nimis, qua non pulcrior ulla fuit.*

Auctor, qui incipit: *Aſtrolabi:*

*Providet ante diem quid recte dicere poſſit*
*Vir ſapiens. Stultus immediata profert.*
*Nolo, virum doceas uxoris crimen amare.*
*Opprobriis aures propriis dat nemo libenter.*

Baldo *Fabulâ Vigeſimâ:*

*Non ultra vires diſcant praeſumere viles:*

Bellinus in *Speculo vitae:*

*Expertus novi, quam multos nummus honorat,*
*Et ſine denariis nil reputatur homo.*

Montenarius:

*Furari famulos dominus compellit avarus.*

Auctor

Auctor Libelli, qui dicitur *Facetus*, Cap. 2.

*Expendat large ſine murmure, quando docebit,*
*Juxta ſuum poſſe, ne ſua damna fleat.*

Meminiſſe etiam juvat alterius Ambroſiani MSti Codicis, in quo habetur *Albertani Cauſidici Brixienſis Opus de doctrina dicendi & tacendi, compoſitum Anno MCCXLV. de Menſe Decembris, ad Stephanum & Vincentium filios: Item Liber Conſolationis & Conſilii: De amore & dilectione Dei & Proximi: De forma vitae: De Amicis, rebuſque corporalibus: De amore rerum incorporalium &c.* Haec autem argumenta pertractat ſententiis tum ſuis, tum ex ſacrarum Literarum, Scriptorumque profanorum penu congeſtis, & metro ligatis. Ibi idem Auctor appellatur *Magiſter Albertanus de Sancta Agatha.*

Atque haec paucula accedant veluti mantiſſa ad Hiſtoriam Poëtarum Latinorum a Lilio Gregorio Gyraldo, a celeberrimo Voſſio, atque a nuper memorato Leyſero contextam. Ceterum neminem ex eruditis ignorare puto, Italicis potiſſimùm ingeniis debere nos tum Latinae Linguae, tum Poëſeos Latinae reſtaurationem, Italoſque ſi non antiquitate, certe praeſtantiâ Poëtarum, vulgari Italicâ Linguâ utentium, reliquis Europae Populis praeceſſiſſe. Teſtem offero, ut alios praetermittam, meam ipſam Scriptorum Rerum Italicarum Collectionem, ex qua intelliges, quam mature, hoc eſt ipſo Seculo XIV. decurrente, Italica gens curarit, ut priſtinum colorem reciperet Latinae Linguae facies; quod opus Seculo ſubſequente complerunt.

A Ad Hiſtoriam quod attinet, uſque ad Seculum a Chriſto nato Undecimum, ad eam conſcribendam pauci ex Italis ſeſe contulere, aut ſaltem pauca eorum monumenta ſuperſunt. At ipſo Seculo Undecimo, acriuſque ſubſequentibus, ab Ingeniis Italicis pertractata eſt Hiſtoria. Cujus rei teſtem jam dedi locupletiſſimam meam

B *Rerum Italicarum* Collectionem, Tomis Viginti ſeptem in folio Mediolani abſolutam. In hanc rem paucula nunc addo. Commemoratum vidi a Ricobaldo Ferrarienſi Chronicon quoddam *Mileti*. Monuit autem me per literas Cl. V. Apoſtolus Zenus, Paravii exſiſtere apud Canonicos Regulares in Aſceterio Sancti Johannis

C de Viridario *Breviarium Mileti in Chronicis*. Conſtat illud ex tabulis Chronologicis, in quibus Anni Aerae vulgaris a Nativitate Domini progrediuntur uſque ad Annum Chriſti MCCXXVIII. addito Indictionum curſu, atque Annis Pontificum Romanorum & Auguſtorum. Praeter iſtorum nomen, ſi poſtremos excipias,

D nihil aliud ad Hiſtoriam ſpectans ibi adnotatur. Sed profectò pleniorem Hiſtoriam Miletus reliquit, quando *Breviarium* Opuſculum illud appellatur, ac diſerte Ricobaldus nuper laudatus ex eo refert Baptiſmum Conſtantini *ultimis vitae diebus*. Philippus Labbeus e Societate Jeſu in nova Bibliotheca MStorum Librorum com-

E memorat Libellum *de Locis Sanctis*, cujus haec prima verba ſunt: *Miletus ſervus Chriſti*. An ad eundem Miletum ſpectet Opuſculum iſtud, nemo facile ſtatuat. Floruiſſe illum Anno MCCXXVIII. opinor. Porro neſcio, quei in mentem venerit doctiſſimo Voſſio Lib. 4. pag. 518. de Hiſtoric. Graecis, ubi Mileti hujus mentionem facit, eum inter Hiſto-

ricos

ricos Graecos recenſere. Quin Latinis literis ille ſcripſerit, nulla mihi dubitatio eſt. Viſum quoque mihi fuit in Bibliotheca Ambroſiana *Chronicon Fratris Jacobi de Aquis, Ordinis Praedicatorum*, quod inſcribitur *Imago Mundi*. Is poſtquam nonnulla delibavit e *Magiſtro Petro Pictavienſi*, a quo Chronicon conſcriptum fuiſſe tradit, exordium ſuae narrationi facit a Cajo Caligula Imperatore, eamque proſequitur uſque ad Caeleſtinum V. Papam, & initium Bonifacii VIII. ita ut dignoſcamus, ipſum floruiſſe Anno Chriſti MCCXCVI. Ego, quod multis ineptiis ac fabulis illud Opus ſcateat, ſtiloque humili ac barbaro conſcriptum fuerit, veluti parùm utilem foetum ſuis tenebris reliqui. Nonnulla tamen inde excerpi poſſent, ſuum uſum habitura in Italica Hiſtoria. Vide Benevenutum de Sancto Georgio in Hiſtor. Montisferrati, qui Jacobi iſtius narrationem de origine Marchionum Montisferratenſium refellit. Voſſius ſupra laudatus *Petrum Pictavienſem* floruiſſe ſcribit *circa Annum Milleſimum Trecenteſimum*. Vetuſtior plane fuerit neceſſe eſt, quando Hiſtoriâ illius eſt uſus Frater Jacobus Aquenſis, qui ſuam circiter Annum MCCXCVI. contexebat. Atque haec obiter de Hiſtoria dicta ſint.

Praeterea tribuenda eſt Italicorum induſtriae, ac ſtudiis, Graecae Linguae apud Occidentales reſtitutio. Nullum quidem ferme Seculum occurret, quo ab Italia penitus exſularit praeſtantiſſimae illius Linguae peritia, quum una Roma nunquam non aluerit aliquem Graece doctum, aptumque ad interpretandos Graecorum Libros. Leguntur adhuc in Codicibus MStis antiquae ejuſmodi verſiones aliquot, ac praecipue Operum
A Johannis Chryſoſtomi, quas & ego non ſemel prae manibus habui. Nam praeter antiquiſſimas quarundam Homiliarum ejuſdem facundiſſimi Patriarchae interpretationes ab Aniano & Mutiano factas, *Johannes Burgundius*, Judex & Civis Piſanus circiter Annum MCL. vir Graecae Linguae ſcientiſſimus, (de quo Cl. V.
B Guido Grandius Abbas Camaldulenſis egit in Epiſtol. de Pandectis num. 19.) multo plures ex iis Homiliis, pariterque & alia Opuſcula Gregorii Nyſſeni, & Johannis Damaſceni, Latio donavit. Quo etiam tempore ſplenduit hoc eodem ornamento illuſtris, *Hugo Etherianus, natione Tuſcus*, uti ejus frater ac diſcipulus
C *Leo*, a Trithemio laudatus. Adde & antiquiores. Sigebertus in Lib. de Scriptor. Eccleſiaſtic. memorat *Leonem II.* Papam, *Paulum Diaconum* Neapolitanum, *Anaſtaſium ſanctae Romanae Eccleſiae Bibliothecarium*, *Pelagium Diaconum*, & *Petrum Subdiaconum* ejuſdem Eccleſiae, qui Graeca in Latinum tranſtulere. Ita Saeculo
D Chriſti Nono Neapolis *Johannem Diaconum*, Saeculo Decimo Ticinenſis Urbs protulit *Liutprandum*, poſtea Epiſcopum Ticinenſem, ambos Graecae Linguae peritiſſimos. Seculo autem Undecimo ſupra vidimus floruiſſe Mediolani viros Graece ac Latine doctos; ibique pariter ineunte Seculo Duodecimo Mediolanenſem Ca-
E thedram tenuit *Chryſolaus*, ſive *Groſſulanus*, ut habet Landulphus a Sancto Paulo, *vir Graecâ & Latinâ eloquentiâ inſignis*. Sed potiſſimum Seculo Chriſtianae Aerae Sexto curâ Caſſiodorii, e Senatore Monachi & Abbatis, viri celeberrimi, & de re Literaria optime meriti, in Latinum converſi fuere non pauci Graecorum Libri. Auctor ille eſt in Libro de

Inſtitu-

Inſtitution. Divinar. Literar. ſe elaboraſſe, ut *Epiphanius vir diſertiſſimus* in Latinam Linguam transferret Socratis, Sozomeni, ac Theodoreti Hiſtorias, & varia Didymi, & Sancti Epiphanii opera; *Mutianus* Homilias aliquot Chryſoſtomi; *Bellator Presbyter* Homilias Origenis &c. *Expoſitores*, inquit Caſſiodorius Cap. 9. *quantos vel invenire priſcos potuimus, vel nuper per amicos noſtros de Graeca Lingua transferri, vel nova cudi fecimus*. Eo quoque urgente multa tranſtulit *Dionyſius Exiguus*. Sed quando huc venimus, liceat mihi exerere alicujus pretii notitiam, cujus participem Johannem Hudſonium, virum inter magnae Britanniae eruditos Clariſſimum olim feci per literas, antea quam is evulgaret Opera Joſephi Hebraei. Petierat ille a me, ut quid ſentirem de inſigni Codice Ambroſianae Bibliothecae, ubi *Antiquitatum Judaicarum* Libri Latine redditi continentur, ad ſe perſcriberem. Codicem illum non tam veneranda vetuſtas ſumme commendat, quam Chartae raritas; quippe is ex papyro ſeu philyra Aegyptiaca compactus, edacitatem temporis hucuſque evaſit. Mabillonius pag. 12. Itinerar. Italic. poſtquam plurimi aeſtimandum Codicem hunc pronuntiavit, haec ſubdit: *Quem utique cum edita Rufini verſione libenter contuliſſemus, ſi eam Mediolani recuperare nobis licuiſſet*. Guilielmus Cave in Hiſtor. Literar. de Rufino ſcribens, Mabillonii conſilium fruſtratum hac in re fuiſſe vehementer dolet, atque *utinam*, ait, *quod in animo habuit, cum edita Rufini verſione contuliſſet Vir eruditiſſimus*. Rem ego, quum Mediolani agerem, olim praeſtiti, hoc eſt vulgatam ſub Rufini nomine Joſephi verſionem cum eodem Codice contuli, & utramque ſimul conſentire ſtatim animadverti. In eo Codice nulla Rufini vulgo crediti interpretis mentio: quod Puteanus, Hottingerus, & alii arbitrati eſſe videntur. Primo loco ibi leguntur nonulla Lib. VI. ac X. fragmenta, tum pleraque e Libris VII. VIII. & IX. deſumta. Nimirum vitio illius, qui folia compegit, Hiſtoriae inverſus eſt ordo, & quaedam ex Libro Octavo praepoſita ſunt Septimo, & nonnulla ex Nono praeeunt Octavum. Ita verò cum vulgatis Libris MStus Codex concordat, ut vel ipſi errores utrobique occurrant. Cujuſmodi mihi videtur eſſe, quod Lib. VIII. Cap. V. viſitur, ubi *Dionis* Hiſtorici mentio eſt. Is in Graecis Codicibus Διός appellatur, ac proinde *Dius* reddendus fuit, non *Dion*. Fortaſſe Joſephi Interpres unum norat Dionem Caſſium celebrem Hiſtoricum, eumque illic memorari cenſuit, quum tamen Caſſius longe poſt Joſephi tempora in vivis egerit. Praeter aliquam in Capitum diſtinctione differentiam, habet Ambroſianus Codex ſingulis praefixam Epitomen: quae ſane in Graecis exemplaribus legitur, ſed in editis deſideratur.

Rufino tributam dixi ejuſmodi verſionem; atque in ea opinione fuere Gerardus Johannes Voſſius, Mabillonius, Caveus, Du-Pinius, aliique Clariſſimi viri. Philippus verò Labbeus de Scriptorib. Eccleſ. in opinionis vulgatae ſubſidium uſus eſt vetuſtate Codicis Ambroſiani, ita ſcribens: *Rufinus Joſephi Judaicarum Antiquitatum Libros viginti reddidit Latine, quae excuſa habentur ſaepius: eorumque exemplar dicitur aſſervari Mediolani in Aede Sancti Ambroſii* (ita ille pro Ambroſiana Bibliotheca) *Longobardicis ſcriptum literis*. Conradus

dus quoque Geſnerus in Biblioth. de Rufino haec habet: *Joſephum convertit in Latinum, cujus originalis eſt Mediolani in Sancti Ambroſii fano, Longobardis characteribus curioſiſſimis*. Verùm aliter ſenſiſſent docti * antea Viri, ſi hac in re diligentius expendiſſent Gennadii ſilentium. Rufini lucubrationes univerſas minutiſſime deſcripſit ille in Catalogo Illuſtrium Virorum, enumerans Latio per eum donata quaedam Baſilii Magni, Nazianzeni, Clementis Romani, Euſebii Caeſarienſis, Xyſti Philoſophi, Evagrii, Origenis, ac Pamphili volumina. Sed ne gry quidem de Joſephi interpretatione. Deinde nemo non agnoſcat, quantum diſſimilitudinis in ſtilo intercedat inter germana Rufini Opera, vulgatamque Joſephi verſionem. Eleganti plane ingenio praeditus Rufinus in iis, quae ſcriptis mandavit, non vulgari eloquentiae ſtudio eſt uſus. At in Joſephi verſione non elegantiam tantum deſideres, ſed etiam Romani ſermonis caſtimoniam, quum tanta plerumque verbis & ſenſibus rubigo, ac etiam barbaries, inſit, ut interpretem facile perſentias iis ſcripſiſſe temporibus, quibus Latina Lingua cum barbaris vocibus ac gentibus communione initâ exſpirabat. Neque ejuſmodi infelicitatem ſtili ignoravit, qui Frobenianae editioni verſionis hujus Anno MDLIV. Praefationem addidit. *Tam multa*, inquit, *occurrunt, ut mibi ſuboriatur ſuſpicio, quoſdam ſuos pannos alieno operi intertexuiſſe, aut hanc interpretationem non eſſe Rufini; aut ſi eſt Rufini, non eſſe illius, cui certamen fuit cum Hieronymo*. Iſaacus verò Caſaubonus in Exercitatione Prima, num. 34. ad Apparat. Annal. Cardinalis Baronii, quamquam Rufino interpretationem hanc abjudicare non fuerit auſus, eandem tamen multis in locis ad inſaniam uſque appellat ineptam. Cujus rei cauſſam hanc adfert, *quod corruptiſſimos nactus Codices, & judicio Critico deſtitutus, quidquid invenit, exprimere eſt conatus*. Sed quis jam tandem illius verſionis Auctor? Caſſiodorus, ſive Caſſiodorius (uti ſcribendum contendit V. Cl. Scipio Maffaeus Marchio Veronenſis, qui primus illius *Complexiones* hactenus deſideratas in lucem deduxit) Caſſiodorius, inquam, de quo nuper fuit ſermo, hanc ipſam aetate ſua, hoc eſt poſt medium Seculum Sextum ſtruendam curavit. Accipe, quid ille ſcribat in Libr. de Inſtitut. divinar. Literar. Cap. 17. *Joſephus paene ſecundus Livius in Libris Antiquitatum Judaicarum late diffuſus eſt, quem pater Hieronymus ſcribens ad Lucinium Boeticum, propter magnitudinem prolixi operis a ſe perbibet non potuiſſe transferri. Hunc tamen ab amicis noſtris, qui eſt ſubtiliſſimus & multiplex, magno labore in Libris viginti duobus converti fecimus in Latinum*. Sed cur Libros XXII. Antiquitatum Judaicarum Senator appellet, qui XX. tantum in cunctis Codicibus numerantur, ſi quiſquam petat, reſpondeo, in hanc ſummam cadere duos quoque Libros ab ipſo Joſepho contra Appionem Grammaticum conſcriptos; nam & illi περὶ ἀρχαιότητος Ἰουδαίων, *de Antiquitate Judaeorum* inſcribuntur, & cum Libris Viginti Judaicarum Antiquitatum veluti Apologia connectuntur. Addit Caſſiodorius: *Qui etiam* (Joſephus) *& alios Libros Captivitatis Judaicae mirabili nitore conſcri-*

* Nunquid ob id non docti etiam poſtea? Forſan ex pluribus Typographiae mendis unum eſt hoc. Verbum *antea* poſt *diligentius* infra conlocari debuit.

*ſcripſit. Quorum translationem alii Hieronymo, alii Ambroſio, alii deputant Rufino: quae dum talibus adſcribitur, omnino dictionis eximiae merita declarantur.* Loca haec vidit Voſſius Lib. 2. Cap. 11. de Hiſtoric. Latinis, & tamen non ſat ſibi cavit a quodam errore, quem praeterire nolim. *Satis*, inquit ille, *mirari non poſſum, jam tempore Caſſiodori dubitatum fuiſſe, utrum Rufinus, an alius vertiſſet Libros de Bello Judaico. Immo creditum eſt, tranſlationem eorum Librorum non exſtare, ita ut Caſſiodorus eos verti curarit ab amicis.* Utique Caſſiodorii temporibus, cuinam adſcribenda foret interpretatio Latina Librorum *de Bello Judaico*, dubitatum fuit: at illam verſionem periiſſe is nunquam ſomniavit, eoque minus aliam ab amicis ſuis elucubrandam ipſe curavit. Quod de *Judaicis Antiquitatibus*, Librisque Joſephi *contra Appionem* Senator retulit, male ad Libros *de Bello Judaico* Voſſius pertinere exiſtimavit. Itaque jam perſpicuum eſt, non Rufino Aquilejenſi amplius, ſed Caſſiodorii amicis, puta Epiphanio, Mutiano, ac Bellatori, tribuendam eſſe vetuſtam *Antiquitatum Judaicarum* verſionem, neque juſtam Caſaubono aliiſque cauſſam fuiſſe, cur eumdem Rufinum tam acerbe propter opus non ſuum exciperent, ac veluti ineptiſſimum ac futiliſſimum Auctorem traducerent. Ceterum quum Rufinus a nonnullis antiquitus creditus fuerit, Caſſiodorio teſte, Interpres Librorum *de Bello Judaico* (quod tamen Gennadio minime viſum eſt) hinc etiam factum, ut recentiores incaute, & prorſus ſine ullis tabulis, eum verſionis quoque *Antiquitatum Judaicarum* auctorem fuerint commenti. Atque haec omnia nos denique monitos faciunt, Ambroſiani pretioſiſſimi Codicis aetatem, non a Rufini temporibus, ſed a Caſſiodorii, eſſe arceſſendam; quanquam ſimilitudo characterum in aliis Codicibus a me adnotata mihi perſuaſerit, ſerius quoque Codicem illum fuiſſe exaratum, & ſpectare potius ad Seculum Vulgaris Epochae Octavum.

Alteram quoque vetuſtiſſimam Graeci Scriptoris verſionem invenire olim mihi videbar in altero Ambroſiano Codice: cujus rei Hiſtoria Literaria expoſcit, ut aliquam mentionem heic faciam. Scilicet ſeſe mihi obtulit Codex membranaceus in folio, licèt mendis alicubi ſcatens, tantae tamen vetuſtatis, uti characterum forma prodebat, ut ante octingentos, immo & nongentos annos, exaratum opinarer. In Ambroſianam Bibliothecam e Bobienſi, curâ celeberrimi Cardinalis Friderici Borromaei, tranſlatus fuerat. Ibi Sermones ſeu Homiliae non paucae legebantur, quarum Auctor in fronte Libri *Sanctus Severianus* inſcribebatur, Epiſcopus videlicet Gabalitanus, qui circiter Annum Chriſti CCCXC. ſummâ eloquentiae laude claruit inter Graecos, ac primum amicitiâ, tum diſſidiis inter ipſum & Sanctum Johannem Chryſoſtomum famoſus evaſit. Multa de eo habet Eccleſiaſtica Hiſtoria; multa, qui de Scriptoribus Eccleſiaſticis egere. Ad ejuſmodi Sermones exſcribendos e veſtigio advolavi, editurus aliquando ad publicae eruditionis incrementum, quum eum parentem habeant, qui Gennadio Cap. 21. de Viris Illuſtribus, appellatur *in Homiliis declamator admirabilis*. Verùm in medio curſu haeſi, & mihi e manu calamus excidit, ubi ſingulos ferme Sermones illos deprehendi jam editos ſub nomine *Sancti Petri Chryſologi* Archiepiſcopi Ravenna-

natis. Sed quis, inquies, illorum A revera Auctor fuit, Chriſologus-ne, an Severianus? Ego ante omnia ſtatuendum heic cenſeo Catalogum Sermonum, in Ambroſiano Codice exſiſtentium, & Severianum Auctorem praeferentium. Praecedit ibi revera Catalogus Sermonum LXXXVIII. e quibus tamen XIX. in Codice deſiderantur. B

Capitula Sermonum Sancti Severiani. Ideſt:

*De homine a nativitate caeco.*

*De Reſurrectione Domini ſecundùm Matthaeum, Sermones II.*

*De Reſurrectione Domini ſecundùm Marcum, Sermones II.* C

*De Reſurrectione Domini ſecundùm Lucam, Sermones II.*

*De Evangelio ſecundùm Joannem.*

*De muliere peccatrice ſecundùm Lucam, Sermones III.*

*De eo quod dicit:* Ego ſum paſtor bonus.

*De Matthaeo de Avaritia.*

*De muliere a profluvio ſanguinis curata.* D

*De ſervo Centurionis.*

*De Jejunio Quinquageſimae.*

*De Jejunio & Eleemoſynis.*

*De laude . . . . . . . . . . . .*

*De Matthaeo Publicano.*

*De Natale Eccleſiae.*

*De laude Epiſcopi.*

*De ordinatione Epiſcopi.* E

*De Natale Domini ſecundùm carnem, Sermones II.*

*De fuga Domini in Aegypto.*

*De Paſcha Sermo.*

*De Patre & duobus filiis, Sermones IV.*

*De Villico iniquitatis Sermones II.*

*De ſcandalis, quod impoſſibile ſit ut non veniant.*

*De Evangelio:* ſi peccaverit in te frater.

*De Paſcha idem.*

*De Arbore fici.*

*De Reſurrectione Domini ſecundùm Joannem Sermones III.*

*De Divite & Lazaro.*

*De Epiphania.*

*De Kalendis Januarii.*

*De Fide, cum Praefatione, Sermones III.*

*De Unitate Baptiſmi.*

*De inlicito Baptiſmo.*

*De aequalitate Chriſti & Spiritus Sancti.*

*De Oratione Dominica expoſitio.*

*De Symbolo & Oratione pro Pentecoſte, Sermones XII.*

*De Kalendis Januariis.*

*De Jejunio Sermones V.*

*De juſſione Domini, transfretare Diſcipulos.*

*De regione Geraſenorum.*

*De eo, quod Dominus dormiebat in navi.*

*De profluvio ſanguinis mulieris.*

*De infirmitate mulieris annos XVIII.*

*De Zacharia Sermones II.*

*De diverſis parabolis.*

*De Chriſto cum Diſcipulis aſcendente in navi.*

*De Apoſtolo tractatuum Sermones IX.*

*Sunt omnes Sermones LXXXVIII.*

Sed cuinam reapſe ejuſmodi Sermones tribuendi ſunt? Ego difficile controverſiam dirimi poſſe cenſeo. Severianus antiquiſſimi Codicis auctoritatem pro ſe habet, eumque Librum celebris Bibliotheca, unde prodiit, ſatis commendat. Dedi in Diſſertatione proxime praecedenti Catalogum vetuſtiſſimum Bobienſis Bibliothecae. Ibi inter alios recenſetur *Liber Sancti Severiani*. Eundem puto, atque invectum in Ambroſianam Biblio-

bliothecam, de quo nunc mihi eſt ſermo. Jam verò conſtat, idque etiam monui in Praefatione ad Sermones Sancti Maximi a me evulgatos Tomo IV. Anecdotorum Latinorum *, ſcilicet olim permixtos facile fuiſſe Sanctorum Patrum Sermones, dum quiſque Homiliarum Librum ſibi pararet. Hinc confuſae Ambroſii, Auguſtini, Maximi, Chryſoſtomi, Leonis, aliorumque Homiliae in antiquis Codicibus. Fieri pari ratione potuit, ut congerentes Petri Chryſologi Sermones, cum iis Sermones quoque commiſcerent Severiani Gabalenſis Epiſcopi Seculo V. latinitate donatos. Et antea quidem Chriſologi editores adnotarunt ad ejus Sermones 149. & 152. eos a quibuſdam *Beato Severiano Epiſcopo* tribui. Et quamquam id immerito factum ſcribant, nulla mihi tamen dubitatio eſt, quin idem Sermo 149. Severianum Auctorem habuerit. Neque obſtat Chryſologi ſtilus floridus, & horum Sermonum facies Latina, nihil nativitatis Graecae praeſeferens. Nam & Severiano non diſpar fuit ſtilus, atque ipſe quoque antithetis delectabatur, & conciſo dicendi genere. Lege eumdem Sermonem 149. impreſſum inter Opera Graeca Chryſoſtomi, & inſcriptum *de Pace*, ab antiquiſſimo Auctore translatum, atque ibi comperies non abſimile dictionis & ſententiarum genus, atque ibi verſionem e Graeco factam minime, ut puto, ſubodorabis. Mabillonius quoque pag. 124. Itinerarii Italici, poſtquam Ambroſiani hujus Codicis mentionem fecit, fragmentum adfert Sermonis ejuſdem Severiani in Caſinenſi Codice latentis. Ovum ovo ſimilius non utique deprehendas. Ad haec inter Libros, quos Deſiderius inclytus Caſinenſis Abbas Monaſterio ſuo comparavit, quos in Chronico Caſinenſi Lib. 3. Cap. 63. recenſitos habemus, occurrunt *Sermones Severiani*, utique Latinâ Linguâ donati. Praeterea olim non ſecus, atque temporibus noſtris, tam periti Graecorum Librorum interpretes fuere, ut nil Graecae originis in eorum verſionibus appareret. Cujuſmodi ſane dicendus eſt *Euſthatius, vir diſertiſſimus*, a Caſſiodorio laudatus Cap. primo, de Inſtitut. divinar. Literar. qui opera quaedam *Sancti Baſilii ita tranſtulit in Latinum, ut ingenium doctiſſimi viri facundiae ſuae viribus aequiparaſſe videatur*. Anianus quoque, & Mutianus Scholaſticus, Homilias non paucas Chryſoſtomi Latio donarunt Seculo Chr. Quincto & Sexto. At contra *Chryſologus* ex unius tantùm Codicis, quanquam antiquiſſimi, auctoritate contrariâ, minime videtur ſua poſſeſſione privandus. Jamque illius Sermones collecti Ravennae in honore erant circiter Annum Chriſti DCCXV. Nam, ut ſcribit Agnellus in Pontific. Ravenn. Tomo II. pag. 164. Rer. Italicarum, Felix Archiepiſcopus morti proximus Homilias ſuas comburendas juſſit inquiens adſtantibus: *Habetis Libros Chryſologi Petri, quos videtis, & invenietis. Hic luculentiſſime ſcripſit. Ipſum tenete. Utimini, ut vobis placet*. Quid? quod ne ipſi quidem Ambroſiano Codici nimium fidere poſſumus, quandoquidem ibi fragmenta tria leguntur, nondum edita, quae multo aequius Petro Chryſologo, quàm Severiano, conveniant. Ego illa in omnium commodum heic evulganda cenſui.

Fragmenta

* Nobis Tom. XI. P. II.

# Fragmenta Homiliarum Severiano Gabalitano Epiſcopo tributarum in Codice Ambroſiano.

A

## Incipit de jejunio Quinquageſimae.

*Suſcepturi ſanctum Quinquageſimae de more jejunium, ſcire debemus, quia quod corporibus humanis nitrum praeſtat, hoc jejunium confert mentibus Chriſtianis, ſenſuum ſordes mundat, delicta lavat animorum, diluit cordis crimina, maculas cordis tollit, & ad candorem* B *caſtitatis hominem totum miro ſplendore perducit: & ſicut ver omnes tempeſtates premit & compeſcit tumultus, ſerenat faciem coeli, dat pacem terris, ac totum Mundi corpus brumali ſepultum morte vitalem vocat & ſuſcitat ad vigorem. Atque ita jejunium conflictus omnes ſedat, membris pacem reddit, ac frigore negligentiae ſopitas atque mor-* C *tuas mentes ſuccendit, atque animat toto calore virtutem. Jejunium Frater eſt humanae gubernaculum vitae: regit totam noſtri corporis navem, cor in altitudinem levat. Arboris abſtinentiae funibus vela tendit, animorum remos aptat, & ſinceritatis ſinu amplo totum ſuperni Spiritus evocat & invitat impulſum, ac ſic inter iſtos Mundi fluctus* D *& diſcrimina iſta vitae ratem noſtrae carnis ad totam divini portus dirigit ac pervehit manſionem. Clamat Apoſtolus:* Nox praeceſſit, dies appropinquavit: abjiciamus opera tenebrarum, & induamus nos arma lucis, ſic ut in die honeſte ambulemus. Non in commeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in con-E tentione, & aemulatione, ſed induite Dominum Jeſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in concupiſcentiis. *Nox praeceſſit, dies appropinquavit. Dies eſt vitae forma, nox eſt imago mortis. Ad tenebras ducit illa, ad lucem reducit haec. Sepelit ſemper illa, ſuſcitat iſta ſemper........*

## Incipit de laude Epiſcopi.

*Grata vobis & votiva ſolemnitas ad veſtrum me conventum invitamento, Sancti Patres, gratanter adduxit, ut hic quod vobis erat ex Dei feſtivitate gratiſſimum, mihi fuerit & veſtra devotione jocundum, Sanctique Spiritus exhortante Pſalmiſta pari vobis cum gratulatione concinere indicens:* Ecce quàm bonum eſt & quàm jocundum habitare Fratres in unum. *Laeta dies eſt, ſerena temperies, ornatior Eccleſiae facies, ſimulque beatiſſimi Papae gratus aſpectus. Huc ergo convenit hodie delectabilis Eccleſiae multitudo, huc undique probata fraternitas, ut id, quod grato concipiebat auditu, frueretur aſpectu. Qui enim tam ferus eſt, aut ita religionis ingratus, ut* Gratum Pontificem *non requirat, in quem gratia nomen contulit, & meritum ſignanter expreſſit? & ita perſonam ſui decoris oſtendit, ut in publicam notionem ſpeciem produceret, quae latebat? eſſet enim celata gratia, ſibique nota tantummodo, ſuo vocabulo ſuoque munere ſignaretur, ut anulo ſigillum cera manifeſtat impreſſum. Nec patitur abſcondere quod accepit. Et ut auri metallo inſignia formantur Auguſti, parvoque tenetur in numero, quod maximo dilatatur imperio, ſic etiam ſacra praeſcitur Epiſtola, quam monetalis incudo ſignavit, & antea venetur a Judice quàm legatur. Idcirco competenter audit & dicit:* Signatum eſt ſuper nos lumen

vultus

vultus tui, Domine. *Tamquam Legatus Unigeniti Dei, datus in ſignum teſtamenti, in lucem gentium deſtinatus. Ergo, Fratres cariſſimi, ſequamur iſtum gratiae praevium quocumque Paſtorem, qui nos in amoenam Paradiſi regionem Pontifex electus inducat, & inter Euangelica* tonorum ligna *conſtituat, ut plantati juxta decurſus aquarum, fructu nectareo menſam noſtro demus in tempore. Habet enim Moyſi gramina, mannam caeleſtis annonae, nectareo rore conceptam, niveo ferculo candore digeſtam, multiplici prandium ſapore conditum. Habet itaque paſcua gratiae ſpiritalis, Apoſtolico rigatu pollentia, panem vivum, qui de coelo deſcendit, & calicem ſalutaris aeterni. Potens eſt enim ignire frigidos eloquio Prophetarum. Potens eſt etiam temperare ferventes. Eſt ille per Dei gratiam columna & nubes: nubes inter diem, columna ignis in nocte, quae & vitae noſtrae praeſtet umbraculum, & mortis exſtinguat horrorem. Fulget in tenebris, adſpirat in....... unoque miniſterio praecidentes umbra non deſit in die, cum deſit in nocte: diſcutit enim tenebras, & avertit ardorem, ne quis obſcuritate caecatus exorbitet, aut radiis adflictus intereat. Et cum ſingulis obviet, ac diverſa componat, utriſque placidus, utriſque fit gratus gemino munere natura praeſtantior aliud commutat ex alio. Nox in flamma, & dies in umbra ſuccedit, eaque procurante gratia nullum triſtitiae caligo confundit, nullus ullo furore candeſcit, unde meritò credimus & veritatem per Jeſum Chriſtum factam & gratiam, quae modò juſtitia, modò natio, nonnumquam beatitudo ſaepe miſericordia nuncupatur. Gratia juſtificat impios, & vocat ea quae non ſunt. Omnes enim peccaverunt & egent gloria Dei. Donat indignis, & uno momento latronem purificat & coronat. Eodem modo miſeretur inmeri-*

A *tis, & miſerationem ſuam tribuit otioſis. Abraham quippe patrem noſtrum gratia praevenit, ut crederet, heredemque fecit mundi ex ſterili, cum jam jamque pariter ſenio marcuiſſent. Ex auditu fides eſt. Fides autem per verbum Dei, ne quis aliquando glorietur in proprio, dum totum poſſideat alienum.* Quid habes, *inquit Apoſtolus,* B quod non accepiſti? *Commendat autem ſuam Caritatem Deus in nobis, ut amore ſervando depoſitum gratuito conſequamur imperium, & ſicut abundavit ex errore peccatum, ſuperabundet ex redemtione juſtitia. Stipendium peccati mors, ab Apoſtolo dicitur, & gratia Dei vita pronuntiatur aeterna. Quid eligas, agnoviſti. Civis eſſe debes, ex* C *barbaro deponere piraticam, ſubire militiam, tyrannicum adverſari ſtipendium. Si regalem concupiſcis annonam, cur una cervice duo juga portare contendis? Aliud tibi Diabolus, aliud Chriſtus impoſuit. Illum amarum ſemper & grave: ſuave ſemper & leve iſtum, Chriſto docente, cognoſcimus:* Jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum le- D ve eſt. *Unum ergo projice, ne ſub utroque deficias, & incerto labore diſtractus alterum patiaris infeſtum, cum nequeas alterum habere propitium, magiſque ſub jugo peccati moriaris oppreſſus, ubi fueris a gratia Salvatoris abjunctus. Ab hac ergo gratiâ quiſque diſceſſerit, ipſe ſibi praeſtat ingratiam, parique modo gratus offenditur, cum ſe* E *contumax experiatur ingratum. Nunc itaque quoniam Gratus eſt Pontifex, & grata conſecratio Sacerdotis, affectum Grato reddite, Gratumque gratificate Pontificem. Tu quoque, venerabilis Papa Grate, Deo grate, Clero grate, Fidelibus & Populis univerſis omnibus omnia factus, ama pervigil, & excita dormientes, amplectere proprios, invita extraneos, eſto creditor inopum, debitor*

*electo-*

*electorum, ut ad patrem gratum grata multitudo filiorum conveniat, & a ſancto Patre Grato nullus umquam diſcedat ingratus. Explicit.*

## Incipit de ordinatione Epiſcopi.

N*Emo miretur, ſi ſancta Eccleſia, ſi virgo materque numeroſas ſoboles caeleſti foecunditate diffundet, ipſa ſibi parturiat, generet, pariat ipſa rectores, quando....... concubitus neſcia, obſcoenitatis ignara, corruptionis expers ad formam pudicitiae, ad caſtitatis exemplum, ad Virginitatis inſigne, quae ſolo rore caeleſti ore concepit, ore parturit, ore germina caſta componit, ore ſibi Duces format, ore ſibi Reges ipſa generat & producit, ut proprio ſubjecta pignori caritatem doceat, obedientiam monſtret, vitae ordinem tradat, agendis rebus inſtituat diſciplinam, glorioſi operis oſtendat affectum. Subjecta, dixi, * propitio pignori, quia manet libertas voluntaria ſervituti; confuſa verò dominatio quidquid eſt libertatis amittit. Meritò ergo venerabilis Eccleſia velut apes illa oris ſui teſtimonio delegit ſibi & genuit ipſa Paſtorem juniorem ceteris, ut ei juxta propheticam vocem pro patre filius naſceretur.* Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii. Conſtitues eos principes ſuper omnem terram. *Juniorem dixi non ſapientiâ, ſed aetate. Ceterum gravitate, ſcientiâ, moribus, diſciplinâ omnem exhibet ſenectutem. Et quia hodierno germini aptavimus apis exemplum, quae producta de caſtris agmina voce movet, voce ducit ad ſedes proprias, ad locum dulciſſimi operis & quietis, jam nos tacere convenit, ut natus Paſtor ſuae vocis in divinis eloquiis det clamorem, quatenus agmen Domini cum ſuo moveat exortu ad alvearia propria comitante Domino mox revocet, mox reportet.* „ Qualiter „ autem, Fratres, cunabulis ab ipſis per ipſos aetatum gradus Eccleſiaſticis onus aſcendit effi iis, „ quia mihi dicere longum eſt, ſicut dixit Euangeliſta: aetatem habet ipſe; pro ſe loquatur. *Explicit.*

Haec inquam rectius Chryſologo, quàm Severiano adſcribantur. Nam *Gratus* ille *Epiſcopus*, cujus encomium heic habes, Latinum potiùs nomen quàm Graecum ſonat, ac proinde Latinum Epiſcopum Latinus Antiſtes laudaſſe videtur. In tertio quoque fragmento animadvertenda ſunt ea verba de novo Epiſcopo dicta: *Qualiter autem cunabulis ab ipſis per ipſos aetatum gradus Eccleſiaſticis onus aſcendit effi iis, quia mihi dicere longum eſt, ſicut dixit Euangeliſta: Aetatem habet ipſe: pro ſe loquatur.* Atqui ſermo 165. inter Opera Chryſologi, *de conſecratione Projecti Epiſcopi Forocorneltenſis*, de quo nulla dubitatio eſt, quin ſit Chriſologi, parem habet loquendi formam, nempe: *Qualiter autem cunabulis ab ipſis gradus Eccleſiaſticae militiae conſcenderit & effi iia, quia mihi dicere longum eſt, ſicut dicit Dominus* (rectius *Euangeliſta*) *aetatem habet: ipſe pro ſe loquatur.* Ergo Ambroſianus Codex ea praefert, quae perſuadere poſſint, reliquos etiam Sermones Petro Chryſologo, non autem Severiano, eſſe tribuendos. Sed de hoc ſatis ſuperque. Illud conſtat, non ita praefracte Codicibus MStis, etiam multa vetuſtate venerandis, fidem unquam eſſe habendam, quum Libri alicujus Auctorem praeferunt, ut meliori ſententiae locus minime relinquatur. Stilus enim, & alii Codices, & argumentum Libri, Scriptoreſque ibi laudati, & res, ac tempora, quae illic occurrunt, Critico homini perſuadere meritò poſſunt, ac interdum debent,

debent, ad alium Scriptorem pertinere Librum. Etenim quicumque veteres Codices non leviter verſat, aut Criticorum diſputationes ſolicite legit, facile intelliget, multa in Librorum quoque titulos vitia irrepſiſſe, ſive ex hominum incuria, ſive etiam ex malitia. Quod poſtremum innuiſſe me non poenitet: luculento ſatis exemplo ad aliorum eruditionem confirmatum volo. Edidit Matthaeus Raderus, vir celeberrimus e Societate Jeſu, Chronicon Paſchale, ſive Alexandrinum, Graece cum Latina Interpretatione, Anno MDCXV. Monachii. Praeſto illi fuit exemplum adſervatum (ut verbis Clariſſimi Du-Cangii in Praefatione ad idem Chronicon, Pariſiis Anno MDCLXXXVIII recuſum utar) *in Bibliotheca Auguſtana, manu Andreae Darmarii Antiquarii deſcriptum, proinde litera recentiori, ut teſtatur Raderus, & a Sylburgio triginta ſex aureis Solaribus emtum, & Hoëſchelio donatum, ab eodem Hoëſchelio Reipublicae deinde Auguſtanae oblatum, ex quo Iſaacus Caſaubonus pleraque excerpſit, quae non ſemel in Notis ad Capitolinum laudat. Iſtius porro Andreae Darmarii, quem Graecum Mercatorem indigitat, meminit idem Caſaubonus, a quo ſe emiſſe teſtatur Librum Julii Africani de Bellico apparatu, & fragmentum Petri Alexandrini de Paſchate; unde non modò illius aetas percipitur, ſed & dubietas oritur, an is ex Romano exemplari Chronicon exſcripſerit, ſiquidem ex Graecia mercator in Gallias venerat; niſi fortè fuerit ex illis Antiquariis Vaticanae Bibliothecae, fere ſemper natione Graecis, qui ex illius Codice haecce qualiacumque ſibi tranſcripſerit.* Haec fuſius referre placuit, ut Lector mature intelligat, Andream illum Darmarium lucrum ſibi e deſcribendis ac vendendis Libris conquiſiiſſe. Et ſane vix ulla eſt ex inſignibus Bibliothecis, in quam non irrepſerit aliquis ex illius Codicibus Graece ſcriptis. Habet ex iis aliquot Chriſtianiſſimi Regis Bibliotheca, teſte Clariſs. Montfauconio in ſua Palaeographia Graeca. Habet & nonnullos Ambroſiana: plures etiam Scorialenſis, & Sabaudienſis Bibliothecae; in quibus falſi tituli Graecis Libris appoſiti ſunt, ut cariori pretio venderentur. Et certe nunc homini detrahenda perſona eſt. Scilicet is fuit Falſarius perditiſſimus, qui ferme omnibus, quibus merces ſuas caro vendidit, fucum fecit. Eſt mihi Catalogus MStus rariorum Codicum Graecorum manu ſcriptorum Bibliothecae Regiae Eſcurialis, quem David Colvillus Scottus, vir doctiſſimus, ante annos centum exaravit. Accipe quid ille hanc in rem habeat, atque ex illius adnotatione proſice. *Petro*, inquit, *Alexandrino Epiſcopo attributa Hiſtoria Chronologica ab Adam uſque ad Heraclium juniorem, quae tamen manu Scriptoris recentioris attribuitur Marcellino vel Hippolyto: ſed nullius tamen eſſe poteſt; nam illi omnes Heraclium praeceſſere. Non eſt Georgii OEcumenii, ut ex collatione didici &c.* Poſt multa alia ſubdit: *Graece & Latine editus eſt Liber a Patre Matthaeo Radero Societatis Jeſu ex Bibliothecae Auguſtanae Codice, quem Andreas Darmarius deſcripſerat. Sed hic ille idem ſceleſtus fuit, qui utcumque illa ex Codice deſcripſerat in Hiſpania, & titulos illos proſtituerat. Virorum peſſimus, qui nihil aliud habebat, niſi proſtituere Libros fictis titulis, quos ſummo pretio divenderet Principibus. Innumera ſcelera illius detexi & notavi; qui praeter falſos titulos, quum aliquid deſcribendum erat, definito pretio integri Libri, omittebat multa hic atque*

*illis in medio opere; quum contra deſcribendum erat, ut numerarentur folia, infinita alia inſerebat, ut repleret paginas. Nec Graece ſciebat, & ne unam quidem paginam ſcribebat ſine pſeudographia. Uno verbo: ita ſceleſtus erat Andreas Darmarius Epirota, ut nihil illi credere debeamus, nec titulis ejus.* Haec David Colvillus, quae cautos literarum amatores efficere jam debent; neque enim ejuſmodi fumorum propolis atque impoſtoribus caruere Saecula antiquiora, quia nunquam deſiere, qui e fraudibus lucrum captarent.

Atque heic Lectorum examini titulum Codicis MSti, quem Ambroſiana Bibliotheca olim mihi obtulit, expoſitum volo. Membranaceus erat Codex, ſignatus literâ P. & numero 154. in folio; ſed non admodum antiquus, quum vitam etiam complectatur Sancti Nicolai Magni, a Leonardo Juſtiniano conſcriptam. Ibi Opuſculum eſt cum hocce titulo: *Diſputatio Sancti Leonis Papae contra Haereticos*. Ad tam grande nomen continuò cor mihi ſubſultavit, ſpe ſubortâ, potuiſſe latere illic aliquid ineditum eximii & eloquentiſſimi Pontificis. Verùm haeſi animo, ubi ſingula luſtravi, e quibus haec pauca decerpſi. *Errare Haereticos* (hoc eſt initium fragmenti diſputationis ejuſdem Sancto Leoni Magno Papae tributae) *haec maxime cauſſa facit, dum aut ignorant, aut nolunt advertere, in Domino noſtro Jeſu Chriſto ſicut unam perſonam, ita duas ſubſtantias eſſe, Deum ex Deo Patre, & Hominem ex homine Matre. Et quae de ſe ipſo Dominus ſecundùm diſpenſationem carnis aſſumtae loquitur, deputant divinitati, ut eſt illud: Pater major me eſt &c.* Et infra legitur: *Nam nos ſicut eum Deum legimus, ita nec majorem nec* A *minorem Deum uſquam legimus, nec credere religioſa mente debemus. Sed idem adhuc perſiſtit & dicit: Fieri non poteſt, ut non Filius minor Patre credatur, quia ex Patre eſſe dignoſcitur &c.* Tum plurima e Scripturis ſacris adfert, quibus & Filii & Spiritus Sancti divinitas confirmatur. Sub finem verò haec habet: *Dicere etiam Haere-* B *tici ſolent de Baptiſmo, quod in eo melius ſit illorum Baptiſma, quam noſtrum, quia qui de illis ad nos convertuntur, non eos rebaptizamus, ſed per manus impoſitionem reconciliamus; illi verò ſi quos de noſtris ſeducere poſſunt, inconſideranter rebaptizant. Qui interrogandi ſunt: Baptiſma iſtud, quod dant, ſuum eſſe dicunt an noſtrum? Si* C *noſtrum eſt: quare illud....... praeſumunt ſimiliter nos baptizando? Si illorum eſt, quare illud violant iterando? Sed nos reverentiam habemus Dominicis verbis; & quemodo ipſe juſſit: Ite &c. baptizamus in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Sed illos ſi....... certum eſt baptizare. Nam ſi ſic baptizarent illi, quomodo credunt in nomine* D *Patris majoris, & in nomine Filii minoris, & in nomine Spiritus Sancti multo minoris: tunc demum non iterabimus Baptiſmum, ſed dabimus; quia non ſecundùm regulam, quam Dominus tradidit, baptizabunt &c.* Infra haec addit: *Sicut panem jam ſemel coctum ſi quis mittat in aquam, & velit recommiſcere & coquere, perdit priſtinam* E *dignitatem, & in nigredinem terramque convertitur, ſic talis efficitur quicumque in ſe permittit Baptiſmum iterari. Et ideo debet unuſquiſque ad mortem Baptiſmum ſuum Deo adjuvante ſervare, ſi vult ad Regna Coelorum fideliter pervenire. Nam quicumque ſe rebaptizari permittit, ipſe blaſphemat in Spiritu Sancto, dum ſe negat Chriſtianum, & per aquam & Spiritum Sanctum*

*ctum*

*ctum fuiſſe renatum: & neceſſe eſt, ut illam, quam memoravimus, divinam ſententiam comminantis excipiat: Quique blaſphemaverit in Spiritu Sancto, non ei remittetur neque in hoc Saeculo, neque in futuro. Explicit.* Plura minime deſcripſi; quamvis enim convenire plane temporibus Sancti Leonis Magni argumentum videam, quum palam tunc impeteretur ab Haereticis divinitas Filii Dei, & Donatiſtae nondum penitus ſublati Baptiſma iterandum crederent: attamen florentiſſimum Leonis ſtilum heic minime ſentio, ita ut titulo Codicis illius non acquieverim, & iſta potius referenda opiner ad alium aliquem e Patribus, qui Seculo Chriſtianae Aerae Quincto, aut ſaltem poſt Concilium I. Conſtantinopolitanum OEcumenicum floruerit. Quis verò ille fuerit, ultra inquirendum non duco. Poſſent & alia id genus exempla bene multa referri. Sed in ſemitam revocari tandem me ſentio.

Etſi multa ſint Italicorum veterum merita in excolenda Graecorum Lingua, majora tamen fuere poſteriorum. Exploratum quippe eſt apud omnes, Seculo Chriſti XV. ex Graecorum doctorum commercio ita profeciſſe Italicam gentem, ut per univerſum hoc Regnum Literae Graecae ſummo conatu, mirabilique ſucceſſu excultae tunc fuerint: quo exemplo reliqua Europae Regna permota, ſenſim ad hujuſmodi ſtudium ſe contulere, & conſtantius deinde retinuere. Ceteris etiam praeivit Italia in conficiendis Lexicis Graecis, aut Graeco latinis: nam ante alios in hoc Opus inſudarunt Johannes Craſtonus Placentinus, Guarinus Phavorinus Camers, & alii. Neque minus de Arabicis Literis olim bene merita ſunt Italicorum ingenia. Ex quo A-

A rabum, ſive Agarenorum, aut Saracenorum gens, Seculo praeſertim Aerae noſtrae Septimo ſeſe in Aſiam & Africam ingenti armorum felicitate effudit, potioreſque deinde Hiſpaniarum regiones Seculo Octavo, tum Siciliam ipſam, & quaedam Regni Neapolitani Oppida ac Urbes Seculo Nono, ſuo imperio adjecit: non glo-
B riae minus quàm potentiae avida, in ſtudium quoque Literarum incumbere coepit. Itaque a Graecis, quorum innumerabilem copiam, aut finitimam, aut in regionibus occupatis ſubjectam ſibi habebat, multos Libros accepit, eoſque in Arabicam Linguam convertit; atque adeo diſciplinas varias Saeculares ſuas fecit, videlicet Medi-
C cinam, Dialecticam, Metaphyſicam, Geometriam, Arithmeticam, quam Algebram appellabant &c. ut & inter Chriſtianos non vulgarem famam eruditionis ſibi conciliarint, & ad eorum Libros legendos, & in Latinum etiam ſermonem transferendos multi deinde Europaei convolarint. Sunt qui affirmant, Carolo ipſo Ma-
D gno imperante, immo & ejus juſſu, complurium Arabicorum Librorum verſiones a Chriſtianis fuiſſe factas, eâque ratione & Ariſtotelis, & Hippocratis & Galeni, aliorumque Medicorum, inſuper & Mathematicorum, atque Aſtronomorum Libros ex Arabico converſos, verſari coepiſſe inter manus Literatorum Chri-
E ſtum colentium. Quàm certis tabulis id ii affirment, infra ediſſeram. Interim ajo, quidquid Dialecticae ante Annum Chriſti Milleſimum in Scholis noſtris fuit, ex Apulejo, Martiano Capella, Severino Boëthio, aliiſque Latinis deſumtum fuiſſe. Medicis etiam, quorum nunquam fuit inopia, non defuere Latini Libri. Caſſiodorius enim circiter Annum Chri-

Chriſti DLX. in Libro de Inſtitut. Divinar. Literar. ad ſuos Monachos Latinos ſcribit: *Legite Hippocratem, atque Galenum Latinâ Linguâ converſos, ideſt Therapeutica Galeni ad Philoſophum Glauconem deſtinata, & Anonymum quemdam, qui ex diverſis Auctoribus probatur eſſe collectus. Deinde Aurelii Coelii de Medicina, & Hippocratis de herbis & curis, diverſoſque alios medendi Arte compoſitos, quos vobis in Bibliothecae noſtrae finibus reconditos, Deo auxiliante, dereliqui.* Inter hoſce ne Cornelium quidem Celſum, Hippocratem ſcilicet Latinum, deſideratum fuiſſe, credere par eſt, ut alios praeteream antiquos Medicos Latinos ab Aldo Manutio, & Henrico Stephano editos. Optandum quoque eſſet, ut hiſce adjungerentur, Latio tamen prius donati, Scriptores nonnulli Graeci, de *Chirurgia* tractantes. Viſus quippe olim mihi fuit in Medicea Bibliotheca MStus Codex, complectens Chirurgiam *Hippocratis, Galeni, Oribaſii, Heliodori, Aſclepiadis, Archigenis, Dioclis, Amyntae, Apollonii, Nymphiodori, Ruffi Epheſii, Sorani, Aeginetae, Palladii.* Non ſemel etiam ſolicitavi eruditiſſimum & Graecae Linguae peritum Virum Antonium Cocchium Florentinum, publicum Medicinae Profeſſorem, ut ſpartam hanc adornaret in omnium commodum, propriumque decus. An ille ſpem hac de re mihi factam impleturus ſit, tempus prodet. Latent etiam in Bibliothecis nonnulli ex Medicis Latinis Saeculorum Barbaricorum; alii quoque typis editi pugnant cum blattis, quos tamen contemnere minime decet. Unum commemorabo Guilielmum Placentinum, qui Anno Ch. 1275. Veronae complevit Medico Chirurgicum Opus, cui titulus *Summa conſervationis & curationis, quae Gulielmina dicitur.* Eſt mihi impreſſus Liber Venetiis Anno Ch. 1502. Inter cetera, quae ibi non perfunctoriè legenda ſunt, eſt Cap. XLVIII. Lib. I. Chirurgiae cum hoc titulo *De puſtulis albis & ſciſſuris & corruptionibus, quae fiunt in virga & circa praeputium propter coitum cum Meretrice vel foeda, vel ab alia cauſſa.* En Morbi, quem Gallicum nos Itali appellamus, ſat aperta veſtigia Saeculo XIII. quanquam communis opinio originem illius referat ad finem Decimiquinti. Memini me legere in Tranſactionibus Anglicis Diſſertationem, in qua contenditur, longe antequam vulgo cenſeatur, Morbum hunc vires ſuas exercuiſſe in magna Britannia. Neque abſimilis mihi creditur is, quo laboravit Anno Ch. 1399. Nicolaus Marchio Eſtenſis Dominus Ferrariae, Mutinae &c. Princeps ad libidinem pronus, & tunc juvenili aetate fervens. Ut enim ſcribit ad illum Annum Jacobus de Delayto Tom. XVIII. pag. 358. Rer. Italicar. *Dominus Nicolaus Marchio paſſus fuit in inguine unum tuberem, ſive angum, qui fuit ita rabidae moleſtationis, quod dubitantibus quibuſdam ex Medicis, ne foret morbus naturae peſtilentis, de ſalute ipſius Domini accidit non modica dubitatio. Sed divinâ gratiâ redactus cum medelis ad mollificationem & ſaniem, & demum ſciſſus, nihil attulit diſpendii formidati, & idem Dominus in optimam valetudinem evaſit in brevi.* Cur vero, advenientibus Gallis Neapolim ſub finem Saeculi XV. exaſperatus adeo fuerit hic Morbus, ut ſcaenas turpiſſimas, morteſque non paucis pepererit, & familiaris deinde evaſerit, rabie tamen illius in dies decreſcente: Medicis inquirendum relinquo.

Ad

Ad Caſſiodorium redeo, qui & ipſe ſcripſit, atque ad poſteros tranſmiſit Opuſcula ſua de Dialectica, de Arithmetica, de Muſica, de Geometria, de Aſtronomia. Diſſimulare tamen nolim, Paulum I. Romanum Pontificem, circiter Annum DCC-LVIII. quoſdam Libros miſiſſe ad Pippinum Francorum Regem, ut eſt in Epiſtola 25. Codicis Carolini. *Direximus*, inquit, *excellentiſſimae praecellentiae veſtrae & Libros, quantos reperire potuimus, ideſt Antiphonale, & Reſponſalem, inſimul Artem Dialecticam Ariſtotelis, Dionyſii Areopagitae Libros, Geometricam, Orthographiam, Grammaticam, omnes Graeco eloquio Scriptores*. Ita apud Du-Cheſnium Tom. 3. Scriptor. Francorum: quibus ex verbis intelligere poſſumus, *Ariſtotelis Dialecticam* longe maturius, quàm creditur, verſatam fuiſſe inter manus Francorum. Verùm in editione Gretſeri, ac Lambeciana (Vide Part. II. Tomi III. Rer. Italicarum) diſertis verbis legitur *Artem Grammaticam Ariſtotelis*, non verò *Dialecticam*. Neque aliter quàm *Grammaticam* praefert eximius Codex MStus Caeſareae Bibliothecae, unde Epiſtolae illae emerſere. Quare hinc nequaquam evincas, Dialecticam Ariſtotelis tunc in Latinum fuiſſe converſam, eoque minus ex Arabico. Johannes Monachus Italus, qui circiter Annum DCCCCL. Vitam Oddonis Abbatis Cluniacenſis ſcripſit apud Mabillonium Seculo Quincto Actor. Sanctor. Benedictinorum, pag. 157. cum abiiſſe *Pariſius, ibique Dialecticam Sancti Auguſtini Deodato filio ſuo miſſam perlegiſſe, & Martianum in liberalibus Artibus frequenter lectitaſſe* ſub Remigio Autiſſiodorenſe Monacho. Sub nomine Dialecticae Auguſtinianae viri docti putant, deſignari Librum *de Decem Categoriis* olim, ſed immerito, tributum Sancto Auguſtino. En ergo qualis in uſu Dialectica foret Saeculo Chriſti X. & quis ejus argumenti Auctor *in Liberalibus Artibus* tunc traderetur diſcipulis legendus. Porro & ipſe Gerbertus, qui Anno DCCCC-XCIX. ad Romanum Pontificatum aſcendit ſub Silveſtri II. nomine (ideo tunc Magus a ſtulto popello creditus, quod Mathematicas diſciplinas reliquis ignotas traderet) non aliunde quàm a Latinis antiquis Dialecticam, Geometriam, Aſtronomiam, aliaque Liberalium Artium ornamenta deſumſiſſe videtur. Scribit ille in Epiſtola 8. apud ſupra laudatum Du-Cheſnium Tom. 2. *Sperate a nobis octo Volumina Boëthii de Aſtrologia* (hoc eſt Aſtronomiâ) *praeclariſſima quoque figurarum Geometriae &c.* Petit etiam in Epiſtola 122. Libros Boëthii *Perihermenias*, & in Epiſtola 9. Librum Demoſthenis Philoſophi *de morbis ac remediis oculorum, qui inſcribitur Ophthalmicus*. Et in Epiſtola 130. *Manilium de Aſtrologia*. In Epiſtola quinctadecima inter additas a Du-Cheſnio, *Celſum Cornelium* de Medicina agentem laudat. Neque tamen negaverim, quin iis ipſis temporibus, atque antea, quaedam ex Arabum officina in Latium advecta fuerint, ſpectantia ad Medicinam, Algebram, & Aſtrologiam, ſive rectiùs Aſtronomiam, quibus Artibus potiſſimum ea gens operam dabat. Nam Gerbertus ipſe Epiſtolâ 17. exemplum cupit *Libelli de multiplicatione & diviſione numerorum a Joſepho Hiſpano editi*. Et Epiſtolâ 24. ad *Lupitum Barchinonenſem* ſcribens, ait: *Librum de Aſtrologia translatum a te, mihi petenti dirige*. Mirum eſt, quei duo iſti Scriptores Hiſpani diligentiam effugerint Nicolai Antonii viri doctiſſimi

mi in contexenda Bibliotheca Hiſpana vetere. Iſti ad Arabum fontes bibiſſe non immerito ſunt exiſtimandi.

Ad Arabes ergo quod attinet, illud ſtatuendum, tantummodo poſt Caroli Magni aetatem eos ad Literariam palaeſtram ſe contuliſſe. Antea non addiſcendis ſive propagandis Scientiis, ſed imperii finibus amplificandis, operam dedere. Almamon praeclariſſimus Caliphas Babylonis & Aegypti, qui ferme eodem tempore, quo Carolus Magnus vivere deſiit, hoc eſt Anno DCCCXIV. imperare coepit, & Anno DCCCXXXIII. e rebus humanis ſublatus eſt, primus inter Arabes Literarum amorem invexit. Elmacinus in Hiſtor. Saracen. Lib. XI. Cap. 8. eum Aſtronomiae peritiſſimum tradit, eique Abulpharagus in Hiſtor. Orient. laudem Literaturae excultae tribuit. Multa de eo habet Herbelotius in Bibliotheca Orientali Gallice ſcripta, pag. 545. qui & animadvertit, apud Arabes ad ea uſque tempora Scientiarum imperitos, male eum audiſſe, quod *Philoſophiam aliaſque Scientias ſpeculativas in eorum ſinum intuliſſet; atque exinde coepiſſe eos in Aſtronomicis ſtudiis diligentem operam collocare*. Confirmantur haec a Cedreno, qui num. 272. pag. 548. auctor eſt, *Manumum Iſmaëlitarum Principem* (ita is Almamonem appellat) *tum aliis diſciplinis Graecis, tum praecipue Geometriae deditum*, incredibili anxietate curaſſe, ut ad ſe adduceret Leonem Philoſophum Graecum, in Geometricis praeſertim do-

A ctiſſimum. Tunc ergo Arabes delectari coeperunt Graecorum diſciplinis, earumque culturam propagare non in Syriam tantùm & Africam, ſed & in Hiſpaniam: quod tamen non illico factum, ſed ſenſim, ita ut nihil ab iis haurire Saeculo Nono, parum autem Saeculo Decimo, Chriſtianis licuerit. Verùm ſubſe-
B quente Saeculo Undecimo, Arabum Libri & frequentiores & majori in honore apud Latinos eſſe coeperunt, iique praecipue, in quibus Aſtronomia & Medicina pertractabatur. Quod Hermannus Contractus Monachus Augienſis, qui circiter Annum ML. floruit, *trium Linguarum Graecae, Latinae & Arabicae peritiſſimus* fuerit,
C immo & *nonnulla Graecorum Philoſophorum & Arabum Aſtrologorum volumina in Latinum* tranſtulerit, Johannes quidem Trithemius ſcribit, ſed an certo Auctore, alii videant. Ego liberaliſſime id ab eo ſcriptum ſuſpicor. Atque in ea me ſententia confirmare videtur Elogium ejuſdem Hermanni ab illius aequali & fami-
D liari contextum, quod quia luce adhuc caruit, evulgandum heic cenſui. Legitur illud in Additamentis ad Codicem MStum Hiſtoriarum Othonis Friſingenſis in Caeſarea Vindobonenſi Bibliotheca adſervatum: cujus exemplum ad me miſit praeclariſſimus & illuſtriſſimus Vir Pius Nicolaus Garellius, Auguſtiſſimo Cae-
E ſari CAROLO VI. a Conſiliis, & eidem Bibliothecae Praefectus, nuper è vivis ereptus.

## Elogium Hermanni Contracti ab ejus familiari conſcriptum, Anno 1054.

*HUcuſque Cronica Reginonis Abbatis, & ſecuntur Cronicae Hermanni Contracti, cujus vitam & ſtudium preſenti opere incidenter placuit admiſcere.* Hermannus, *qui & Heros magnus religioni, Comitis Wolferadi filius, ab ineun-*

*ineunte aetate in exteriori homine paſſione paralitica omnibus membris diſſolutorie contractus, in interiori autem ingenii vena pre cunctis ſui Saeculi viris miſerabiliter* (lege *mirabiliter*) *dilatatus, Artium omnium perplexitates, Metrorumque ſubtilitates per ſemetipſum ſuo ſenſu fere comprehendit. Totus ſemper a primis hujus ſtudio & ociis vacanter traditus, & vitam plenariâ divinarum & ſecularium Literarum peritiâ magnus effectus eſt, ut ab omnibus ad magiſterium & doctrinam ejus undique confluentibus, ſtupori & admirationi habeatur. Eâ verò per omnes artium* (lege *artuum*) *conpages immanitate diſſolutus erat, ne ſe loco, in quo ponebatur, abſque juvante quolibet per ſe movere, neve ſaltem ſe in aliud latus vertere poſſet; ſed in ſella quadam geſtatoria a miniſtro ſuo depoſitus vix curvatim ad agendum quidlibet ſedere poterat. In qua utilis ille & mirabilis ſancte operationis alumpnus, quamvis ore, lingua labiiſque diſſolutis, fractos & vix intelligibiles verborum ſonos quomodocumque tractim formavit, cum auditoribus ſuis eloquens & ſedulus dogmatiſſet * tota alacritate feſtivus, & in diſputando perniciſſimus, & ad inquiſita illorum reſpondendo morigerus minime defuit. Sive aliquit novi vix digitis itidem diſſolutis ſcriptitabat, ſive ſibi vel aliis lectitabat, vel aliquibus utilitatis, aut juſte neceſſitatis ſeſe exerciciis intentiſſimus ſemper occupavit. Homo revera ſine querela, nihil humani a ſe alienum putavit. Enimvero humillime caritatis, & caritative humilitatis executor induſtrius, mire cultor ſapientie, apparitor obedientie preſentiſſimus, caſtitatis amator, virginee incorruptionis conſervator, miſericodiae cultor hylariſſimus integerrime Fidei Orator vere Catholicus, veritatis aſſertor & defenſor inviciſſimus, probatiſſimus Religionis Chriſtiane pedagogus,*

A *non parve vir modeſtie, ſobrietatis & continentie, ut pote qui ab infantia numquam carnes manducarit. Pſalmodie, oracioni, & divinis laudibus officialiter ſatis devotus, & ante & poſt Clericatum ſuſceptum, quem Bernardo Abbate Augienſi viro ſancto & ſapiente adhortante circa annum trigeſimum octavum ſubierat, & tocius ſancte & ho-* B *neſte vite extitit adminiſtrator ortodoxus: mire benivolentie, affabilitatis, jocunditatis, & humanitatis omnivarie ſeſe morigerum & aptum exhibens: utpote omnibus omnia factus, ab omnibus amabatur. Iniquitatis autem, injuſtitie, & tocius pravitatis & malicie, vel quidquid contra Deum fit, adverſator & inpugnator indefeſſus ad uſque finem vite* C *feliciter perduravit.*

Compoti *igitur* rationem, regulas *& nonnulla argumenta, in quo prioribus cunctis non parum precellunt, ſatis luculenter compoſuit & ordinavit, & preter cetera de naturali Lune incenſione regulares experientiſſimos adinvenit, per quos evidentiſſime ſciatur, in qualibet hora diei ſive noctis a Sole incendatur.* D *Ad inveniendam quoque Lune Eclipſim regulas experientiſſimus excogitavit.* Geometriam *quandam non parve profecto, quantum ad artem illam utilitatis, ſicut in hac nemo majorum tantâ ſcientiâ & ſubtilitate preditus fuit, ipſe quoque naturali ratione & ordine per numeros & figuras conſcripſit.* Cantus *item* hiſtoriales *plenarios, utpote quo muſicus pe-* E *ritior non erat, de Sancto Georgio, de Sanctis Gordiano & Epimacho, de Sancta Afra Martyre, de Sancto Magno Confeſſore, de Sancto Wolfanzo Epiſcopo mirâ elegantiâ & ſuavitate euphonicos preter alia huiuſmodi perplura neumatizavit. Et compoſuit* Libellum Cronicorum *ab Incarnatione Domini uſque ad Annum ſuum, videlicet Milleſimum Quinquageſimum Tercium, undecumque labo-*

*laborioſâ diligentiâ collegit*. Geſta *quoque* Conradi, & Heinrici Imperatorum *pulcherrime deſcripſit*. Libellum *ad hec* de Octo Viciis principalibus *jocundulum, metricâ diverſitate liricum poëtice ſatis elaboravit. In horologicis, & muſicis inſtrumentis, & mechanicis nulli par erat componendis. In his igitur, & in hujuſmodi perpluribus, que memorari non brevis eſt temporis, quantùm ad imbecillitatem ſuam, totus ſemper continuus ſtuduerat. Tandem verò cum de ergaſtulo Mundi hujus faſtidioſo ſanctam ejus animam Dei pietas dignaretur liberare, pleureticâ arreptus paſſione, decem contabeſcens dies, inceſſabiliter fere & immaniter laboravit de tali hac invaſione. Tum quadam die ſummo mane cum matutina Sinaxis celebraretur*, Ego, quem quidem familiarem pre ceteris habebat, ad lectum egrotantis acceſſiſſem, ut an ſe aliquantulum melius habuerit, ab eo inquiſiſſem, *reſpondit:* Noli, inquam, de hoc noli interrogare, quin pocius hoc, quod tibi, in quo non parum confido, enarrem, diligenter attende. Moriar procul dubio in brevi, & non vivam, nec reconvaleſcam: ideoque tibi, meiſque omnibus unice nimis commendo peccatricem animam meam. Per totam quippe noctem hanc in extaſi quadam raptus fueram, & videbar mihi eâ memoriâ, & * ſciam qua orationem ſolemus dominicam, Hortenſium Tullii Ciceronis lectitando, & mox relectitando vigilanter percurſitare, & id genus multa. Cujus nimirum inſtinctu & hortatu lectionis tanto magis mihi totus hic preſens Mundus cum ſuis omnibus, & ipſa hec vita mortalis contemptui & tedio eſt. Et e contrario tam ineffabili deſiderio & dilectioni futurus ille non tranſitorius Mundus, & eterna illa & immortalis Vita, ut quaſi nihil & inane cuncta tranſitoria hec omnino reputentur, & flocci pendantur a me. Tedet quidem me vivere. *Ego viſionis autem hujus & ſermonis non parum ſtupefactus, oraculo, & ut pro tanti amici, tanti vel taliſque Magiſtri abſceſſu oportuerat, totus fluens in lacrimis & commotus ejulatu ne me ſatis indecenter vix continui. Mox ille me, quaſi zelando, corripuit quam ſubito in me obliquans tremebundum intuitum.* Noli, anime mi, noli ſuper me plorare, quin pocius mihi tripudiando congratulare. Accipe, queſo, tabulas meas, & quecunque adhuc ſcribenda reſtant in eis, in primis tu diligenter emenda. Deinde ſcripta eis, qui dignentur, commenda. Ipſe autem tete quotidie cogitans moriturum, prepara te ſemper toto niſu & meditatu in idipſum quia neſcis qualibet die vel horâ me tuum amiciſſimum proſequeris. *Et in hec verba ceſſavit. Dehinc in dies, ut fit, languore ſemper invaleſcente, eheu!, ad extremum perductus eſt, & totus jam jamque ad celeſtia ſuſpenſus, poſt confeſſionem peccatorum ex toto corde puriſſimam, & communicatam devotiſſime Chriſti Eucbariſtiam, pluribus, qui ad eum viſitandum confluebant, Fratribus, amicis & familiaribus in unum pſallentibus, orantibus & conflentibus, felici, quod ſolum ſemper prae omnibus exoptavit, conſumacione felix ille & incomparabilis homo Dei, Octavo Kalendas Octobris omnino feliciter expiravit, & ſuis omnibus planctum relinquens non modicum in predio ſuo apud Alleshuſen officioſè lamentabilibus exſequiis tumulatus in pace requievit. Sed hec hactenus. Ad Hiſtoriam revertamur.*

Sed ſive Hermannus Arabicam Linguam noſſet, ſive Arabicis Libris in Latinum antea converſis uteretur, is cer-

certe in Libris de menſura Aſtrolabii, & de utilitatibus Aſtrolabii a P. Pezio editis Part. 2. Tomi 3. Theſaur. Anecdotor. quidquid de Aſtronomia habet, ex Arabum lucubrationibus totum ſe fuiſſe mutuatum, prodit. Sed praecipue inter Italos eodem Seculo decurrente, Arabum diſciplinas invexit & propagavit *Conſtantinus* natione Carthaginienſis, qui Fidem Chriſti, & Monaſticam vitam in Caſinenſi Coenobio amplexus, illic rariſſimae literaturae elogio circiter Annum MLXXV. claruit. Is enim, teſtante Petro Diacono Libro 3. Cap. 35. Chronic. Caſinenſ. & Lib de Vir. Illuſtrib. Caſinenſ. *Grammaticam*, *Dialecticam*, *Phyſicam*, *Geometriam*, *Arithmeticam*, *Mathematicam*, *Aſtronomiam &c. Phyſicamque Chaldaeorum*, *Arabum*, *Perſarum*, *Saracenorum pleniſſime edoctus*, *tranſtulit de diverſis gentium Linguis Libros quamplurimos*. Enumerat inter alios Petrus Diaconus *Pantegnum*, *in quo expoſuit*, *quid Medicum ſcire oporteat*, *Practicam Medicinae*, *Diaetam ciborum*, *Librum febrium*, *quem de Arabica Lingua tranſtulit*, *Librum de Urina*, *Antidotarium*, *Chirurgiam*, alioſque complures, quos, brevitati conſulens, praetereo, ita ut alter *Hippocrates* aetate ſua fuerit appellatus. Multos ille diſcipulos reliquit, e quibus complures ad inluſtrandam Medicinam Salernum perquam veri ſimile eſt ſe contuliſſe. Nam eodem ipſo Saeculo XI. in illa potiſſimum Urbe Ars iſta floruit, & viris pro conditione temporum illorum magni faciendis abundavit. Cujus rei luculentus adhuc teſtis ſupereſt Liber inſcriptus *Scola Salernitana*, fortaſſis olim auctior, quàm nunc in editis conſpiciatur. Illum plerique conſcriptum a Salernitanis Medicis tradunt circiter Annum MXCIX. & dicatum Roberto Principi filio Guillielmi I. Angliae Regis, poſt Hieroſolimam captam ſuos lares repetenti. Joannes de Mediolano Medicinam Salerni eo tempore faciens, Auctor ejus Libri a nonnullis traditur. Verùm quum plane is Liber ad *Angliae Regem* miſſus in fronte dicatur, eorum conjecturae accedendum potius videtur, qui Eduardo Angliae Regi ante Annum Chriſti MLXVI. opus hoc a Salernitanis deſtinatum opinantur. A vero minime abhorret, Regem illum exquiſiiſſe conſilia a Medicis iis *de conſervanda valetudine*; celebris enim erat fama Scholae illius longe antea inſtitutae, ita ut vel ab exteris regionibus eo confluerent, aut eruditionis acquirendae, aut valetudinis recuperandae cauſsâ praeſtantes nobilitate viri. Hugo Flaviniacenſis in Chronic. Verdun. Part. primâ, in fine haec ſcribit: *Huic*, ſcilicet Verdunenſi Epiſcopo, *ſucceſſit Adalbero filius Comitis Godefridi*, *Avus Ducis Godefridi*, *qui accepta uxore Bonifacii* (Marchionis & Ducis Tuſciae, ideſt Beatrice) *poſtea factus eſt Marchio*. *Is* (Adalbero) *Salernum eodem Anno benedictionis ſuae*, *curationis gratiâ profectus*, *reverſus in Italia obiit*. *Vixit in Epiſcopatu tribus annis*; *& ſucceſſit Heimo Anno DCCCCLXXXVIII.* Ergo ante hunc Annum Medicos Salernitanos ſingularis fama ſcientiae commendabat; ac proinde, ad gloriam Medicinae ſibi comparandam minime exſpectavit Italia, ut principes Arabum Scriptorum prodirent, e quorum ſcriptis proficeret. Nam uti norunt Eruditi, Avicennas Anno MXXXVI. finem vivendi fecit, annos natus quinquaginta ſeptem, & Averroës Anno MCXCVIII. adhuc in vivis erat. Ordericum etiam Vitalem audi

audi Lib. 3. Eccleſiaſtic. Hiſtor. ad Annum MLIX. ita loquentem: *Robertus Mala-Corona ab infantia literis affatim ſtuduit, & Galliae, Italiaeque Scholas, ſecretarum indaginem rerum, inſigniter attigit. Nam ut in Grammatica & Dialectica, in Aſtronomia quoque nobiliter eruditus eſt, & Muſica. Phyſicae quoque ſcientiam tam copioſe habuit, ut in Urbe Pſalernitana* (ideſt Salernitana) *ubi Maximae Medicorum Scholae ab antiquo tempore habentur, neminem in Medicinali Arte, praeter quamdam ſapientem matronam, ſibi parem inveniret.* En ab idoneo teſte egregium Salernitanae Scholae elogium, ſimulque Italiae, in qua vides, multiplices Scholas Saeculo XI. viguiſſe, ac tanti nominis, ut ad ſe exteros quoque incitarent. Ac propterea Salernum *fontem Phyſicae* appellavit Aegidius Corbolienſis, qui circiter Annum MCLXXX. floruit. Ejus verſiculus in Libro de Virtut. Medicam. eſt hujuſmodi:

*Fons Phyſicae, pugil eucraſiae, cultrix Medicinae.*

Itaque Arabicae eruditionis fama percrebreſcens, acrius quàm antea Saeculo Chriſti Duodecimo Literarum amatores Chriſtianos excitavit, ad conquirendos, ac in Latinum ſermonem transferendos eorum Libros. Quo in ſtudio liceat mihi prae ceteris commendare *Gerardum Cremonenſem*, Medicum & Aſtronomum ea tempeſtate percelebrem, & adhuc multae apud Eruditos exiſtimationis, cui quamplurima debemus tum Aſtronomiae tum Medicinae Opera ex Arabico in Latinum converſa. Iſtum quantis potuit viribus eripere Italiae conatus eſt Nicolaus Antonius, Bibliothecae Hiſpanae veteris Auctor, vir ſane eruditiſſimus, & veritatis alioquin amantiſſimus, Part. 2. pag. 263. ejuſdem Bibliothecae. Ad ejuſmodi opinionem nobis propinandam hiſce argumentis ille eſt uſus. Conſtare, Gerardum Toleti vacaſſe verſionibus ſuis. Haberi *Carmonam* Baeticae Provinciae in Hiſpania Urbem, atque huic tribuendum Gerardum; nempe Scriptoribus Cremona Italica Urbe nota, Hiſpanica verò ignota, aequivocationi & errori locum dederit. Et revera *Gerardum Carmonenſem* appellari in editione Operum Avicennae, Baſileae procuratâ Anno MDLVI. Alios quoque recentes Scriptores reperiri, qui *Gerardum de Carmona* nominarunt. Sed baſilice fallitur Nicolaus Antonius, & quicumque ante eum ſibi effinxere Gerardum noſtrum Hiſpanum, eâ duntaxat ratione ducti, quod is Toleti fuerit verſatus. Poſſem & ego opponere editiones alias antiquiores, & longe plures Auctores, Gerardo *Cremonam* patriam tribuentes. At minime tempus teram inutili hac eruditione. Is ideo de *Carmona* a nonnullis appellatus eſt, quod *Cremona* rudibus Saeculis vulgo diceretur *Carmona* & *Chermona*, uti in MStis Codicibus non ſemel vidi, & Joannes Villanius in ſua Hiſtoria prodidit. Ad antiquos Codices MStos Nicolaum Antonium appello. Ex his multos ego inſpexi, praeſertim in Ambroſiana Bibliotheca, ubi is perpetuo nuncupatur *Magiſter Gerardus Cremonenſis*. Sed quod controverſiam e veſtigio dirimit, ante quadringentos annos Franciſcus Pippinus, Ordinis Praedicatorum, cujus Chronicon e Bibliotheca Eſtenſi eductum publici juris feci Tomo IX. Rer. Italicar. quid de Gerardo ſentiendum nobis ſit, diſertiſſime expoſuit. Florebat ille circiter Annum MCCCXV. uti etiam oſtendi in Praefatione ad Ber-

A Bernardum Theſaurarium, Tomo VII. ejuſdem Collectionis. Illius autem verba non tam ad proſternendam opinionem Nicolai Antonii idonea ſunt, quàm ad emendanda ea, quae doctiſſimus & amiciſſimus vir Franciſcus Ariſius Tomo primo Cremonae Literatae de Gerardo noſtro literis mandavit, quum is ſibi perſuaſerit, Gerardum floruiſſe *Saeculo Quintodecimo*, qui reapſe vixit Saeculo Aerae noſtrae Duodecimo. Accipe rurſus verba Pippini ex ejus Chronici Lib. primo, Cap. 16. a me evulgata pag. 600. Tomi IX. Rer. Italicarum.

De Magiſtro Gerardo Cremonenſi, & ſcriptis ejus.

Gerardus Lombardus, natione Cremonenſis, magnus Linguae tranſlator Arabicae, *imperante Friderico, Anno ſcilicet Domini MCLXXXVII. qui fuit Imperii ejuſdem Friderici XXXIV. vitâ defungitur, ſeptuaginta tres annos natus habens. Hic tam in Dialectica, quàm Geometria, & tam in Philoſophia, quàm Phyſica, & nonnullis aliis Scientiis multa tranſtulit. Qui licèt famae gloriam ſpreverit, favorabiles laudes, & novas Saeculi pompas fugerit, nomenque ſuum nubes & inania captando noluerit dilatari, fructus tamen operum ejus per Saecula redolens, probitatem ipſius enunciat atque declarat. Is etiam quum bonis floreret temporalibus, bonorum tamen affluentia vel abſentia ejus animum nec extulit, nec depreſſit: ſed viriliter duplicem occurſum fortunae patiens, ſemper in eodem ſtatu conſtantiae permanebat. Carnis deſideriis inimicando, ſolis ſpiritualibus adhaerebat. Cunctis etiam praeſentibus atque futuris prodeſſe laborabat, non immemor illius Ptholomaei:* Quum fini appropinquas, bonum cum augmento operare. *Et quum ab ipſis infantiae cunabulis in gremiis Philoſophiae educatus eſſet, & ad cujuſlibet Artis notitiam ſecundùm Latinorum ſtudium perveniſſet, amore tamen Almageſti, quem apud Latinos minime reperiit, Toletum perrexit, ubi Libros cujuslibet facultatis in Arabico cernens, & Latinorum penuriae de ipſis, quam* B *noverat, miſerans, amore transferendi, Linguam edidicit Arabicam: & ſic de utroque, de ſcientia videlicet & idiomate confiſus, de quampluribus facultatum Libris quoſcumque voluit elegantiores Latinitati, tamquam dilectae heredi planius atque intelligibilius, quo ei pollere fuit, uſque ad finem vitae tranſmittere non ceſſavit. Inter cetera, quae* C *tranſtulit, habentur* in Arte tam Phyſicae, quàm aliarum facultatum, Libri Septuaginta ſex, *inter quos Avicennae & Almageſti, Phtolomaei tranſlatio ſolemnis habetur. Sepultus eſt Cremonae in Monaſterio Sanctae Luciae, ubi ſuorum Librorum Bibliothecam reliquit, ejus praeclari ingenii ſpecimen ſempiternum.*

D In Ambroſiana quoque Bibliotheca vidi Collectanea ſcripta a *Thadaeo de Parma ſuper Theoricam Planetarum Girardi Cremonenſis*. En ergo quae & quot praeſtiterint Saeculo XII. Italicorum ingenia. Sed majora etiam ſubſequente Seculo XIII. ad Literarum incrementum moliti ſunt Itali, & curâ praecipue Friderici II. Au- E guſti Siciliae Regis. Quippe ipſo praecipiente, Ariſtotelis Opera partim e Graeco, partim ex Arabico ſermone in Latinum translata fuere per *Viros lectos, & in utriuſque Linguae prolatione peritos*, uti fidem facit Petrus de Vineis Lib. 3. Epiſtol. 67. Obiter heic liceat mihi animadvertere, a ſua eruditione ac diligentiâ defeciſſe Laurentium Pignorium, qui in No-

Notis ad Albertini Muſſati Hiſtoriam Auguſtam, Tomo X pag. 405 Rer. Italicarum, tradit, *Petrum de Viseis origine Patavinum* fuiſſe. Mirari ſubit, cur ejuſmodi originem neutiquam noviſſe videatur Rolandinus Pignorii conterraneus, cujus Opera Hiſtorica Tomo VIII. Rer. Italicarum, a me rurſus edita fuere. Floruit ille iis ipſis temporibus, quibus Petrus de Vineis. Audi ipſum Lib. 4. Cap. 9 Chronici ſui deſcribentem acta a Friderico II. Auguſto Patavii Anno MCCXXXIX. *Petro de Vinea Apulo ejus Judice, pro ipſo Domino ſapienter locuto, inter Dominum Imperatorem & Paduanum Populum foederavit quodammodo multam benevolentiam & amorem*. Neque Petrus de Vineis, ut nonnulli tradidere, apud Germanos, ſed Capuae primam lucem vidit. Quoto autem Anno Fridericus II. verſionem hanc Operum Ariſtotelis faciendam curarit, nempe num Anno MCCXX. an prius, aut ſerius, exploratum minime habeo. Illud quidem ſtatuendum eſt, circiter ea tempora in Occidentem perductos illius Philoſophi Libros, ingenti animorum commotione Pariſiis fuiſſe exceptos, immo etiam proſcriptos, quod inde venenum hauſiſſe crederetur Almaricus Haereticus. Rigordus de geſtis Philippi Regis Francorum apud Du-Cheſnium, Tomo V. Scriptor. Francicor. haec tradit ad Annum MCCIX. *In diebus illis legebantur Pariſius Libelli quidam, ab Ariſtotele, ut dicebatur, compoſiti, qui docebant Metaphyſicam, delati De Novo a Conſtantinopoli, & a Graeco in Latinum translati*. Uti vides, Libri illi *de novo*, hoc eſt nuper, de Graecia Pariſios delati, in Latinum ſermonem fuerant converſi. Non ergo ex Arabum penu Ariſtoteles in Chriſtianorum Occidentalium
A Scholas primùm invectus eſt, ſed e Graecia. Fridericus verò II. quidquid ad eum Philoſophum pertinebat, cum ex Graecis, tum ex Arabicis Codicibus, coacervavit, & Latinis commune fecit. Neque reticebo, adſervari in Ambroſiana Bibliotheca MS-tum Codicem Ariſtoteli tributum, cujus exordium profero. *Domino ſuo excel-*
B *lentiſſimo, & in cultu verae Religionis ſtrenuiſſimo, Domino Guidoni verè de Valentia, Civitatis Tripolis glorioſo Pontifici, Philippus ſuorum minimus Clericorum, ſe ipſum, & fidele devotionis obſequium. Quantum Luna &c.* Infra in haec verba loquitur: *Quum igitur vobiſcum eſſem apud Antiochiam, repertâ hac pretioſiſſima Philoſophiae marga-*
C *rita, placuit veſtrae dominationi, ut transferretur de Lingua Arabica in Latinam. Porro veſtro mandato cupiens humiliter obedire, & voluntati veſtrae, ſicut teneor, deſervire, hunc Librum, quo carebant Latini, eo quod apud pauciſſimos Arabes reperitur, tranſtuli cum magno labore & lucido ſermone, de Arabico in Latinum &c. quem Librum*
D *peritiſſimus princeps Philoſophorum Ariſtoteles compoſuit ad petitionem Regis Alexandri*. Ibi primo loco occurrit Prologus cujuſdam Johannis, qui e Graeco in Arabicum converterat eumdem Librum. Inter cetera ita ille ſcribit: *Deus omnipotens cuſtodiat Regnum veſtrum &c. Ego ſuus ſerviens exſequutus ſum mandatum mihi injun-*
E *ctum, & dedi operam ad inquirendum Librum Moralium in regimine, qui nominatur Secretum Secretorum, quem edidit Princeps Philoſophorum Ariſtoteles filius Nichomachi Alexandro filio Philippi Regis Graecorum &c* In primo Libro agitur de *Virtutibus*: in altero de *Medicina*: in tertio de *Aſtronomicis*. Non inutilis mihi viſus eſt Liber ille, eumque ex Ariſtotelis Operibus

ribus excerptum fuiſſe quiſque facile intelligat. Quo tempore floruerit iſte Tripolitanus Pontifex, uti & Italus ne fuerit, an Gallus, Philippus ille interpres, aliorum erit inquirere. Mihi monuiſſe ſat fuerit, translationem iſtam ante Annum MCCL. fuiſſe confectam.

Atque utinam plura majores noſtri ex Arabicis Bibliothecis ad nos derivaſſent. Neque enim negandum, quin multa habeat, & plura etiam olim habuerit gens illa, quae ad Hiſtoriam veterem, & Geographiam Orientis, & Africae, & Hiſpaniae dignoſcendam plurimum conducerent. Latiſſime dominati ſunt Agareni, ſive Saraceni, eorumque imperium & Lingua nobis eripuit complurium Provinciarum & Regnorum Hiſtoriam, praeter alia eruditionis documenta minime contemnenda: ii quippe non infelici ſucceſſu diſciplinas Seculares diu excoluerunt. Herbelotius in Bibliotheca Orientali ingentem copiam Arabicorum Scriptorum ac Librorum laudat. Sed & *De la Croix* in Praefatione ad Vitam Tamerlani laudat *Bibliothecam Orientalem* compoſitam ab *Hadi-Calfa*, Cadì, ſeu Judice Conſtantinopolitano, Arabice ſcriptam voluminibus duobus in folio. Hanc ille ab Herbelotiana longe diverſam arbitratur. Ego quoque in Praefatione ad Hiſtoriam Saracenico Siculam, Parte II. Tomi I. Rerum Italicarum, aliquot Hiſtorias Arabice ſcriptas indicavi, in Ambroſiana Bibliotheca adſervatas. Alias nunc adjungere juvat, quas in eodem celebri loco animadverti. Nimirum illic mihi occurrit Arabicus Codex, in quo luculenta habetur *Chronologia*, ſeu *Hiſtoria Judaeorum & Romanorum*. In altero habetur *Phutuhl Babanza*, *Hiſtoria Babanzenſis re-*
A *gionis*, quae eſt pars Aegypti. In alio Codice *Mazus Malechi Opera Aſtronomica*. Item *Ionu Abulſalat, de operatione Aſtrolabii*. Item *Iſmahel Mardini compendium Arithmeticae*, quam Artem ſane Arabes illuſtrarunt, & nos Seculo XII. ab eis, uti omnes norunt, praetereaque cifras, ſeu notas numericas accepiſſe credimur,
B quibus nunc in hominum commercio utimur, quanquam eis originem diverſam alii tribuant. Item *Ibnu Jonas, de exitu a Linea Meridionali*. Habentur in alio Codice *Dialogi Theologici, Aſtrologici, Meteorologici, Philoſophici, & Militares*. Item *Soliman Arabi de ſeparatione Animae a Corpore* rhythmo ac ſtilo Arabico. Item *Ba-*
C *ne Hali*, *geſta militaria* eodem rhythmo ac ſtilo. Item *Moyſes Alcabi*, *Parabolae & Allegoriae*. Sunt & ibi quaedam *Panegyricae Orationes* Beatae Virginis, Chriſti Domini, Sancti Georgii &c. In alio Codice legitur *Hiſtoria varia*, cui multa de rebus Naturalibus immiſcentur, Auctore *Hufus Amſiu*. In alio habetur *Kita-*
D *bul Muahodhi*, vel *Hethebari*, *de praecipuis Orientis rebus*. In alio *Saruhl Lameha Philnabui*, *de Eloquentia Arabum*. Moralibus quoque Libris abundant Arabes, Grammaticis, Poëticis, Philoſophicis, Medicis &c. e quibus non paucos in eadem Bibliotheca vidi. Alios etiam Bibliotheca habet Inſtituti Aſtronomici Bono-
E nienſis, dono ei datos a Clariſſimo olim viro Comite Aloyſio Ferdinando Marſilio. Prae ceteris autem illic adſervatur *Catalogus Librorum* Auctore *Aſid ſupremo Iſmaëliticae Religionis Antiſtite*, in tres Tomos diviſus, ubi recenſentur tituli omnium Librorum & Auctorum Ordine Alphabetico, qui a primis Aegirae annis uſque ad Saeculum proxime prae-
teritum

teritum per totum Orientem Idiomate Arabico, Perſico, & Turcico, in lucem prodierunt. Quot opes literariae genti illi nunc ſint, ex his facile intelligemus. Nos Arabum ſive Saracenorum nomine vix audito, gentem execramur; immo immundam, crudelem, infidam, indoctam nobis continuo fingimus. Aliter ſenſere Majores noſtri, dum vacui affectibus eſſent. Eorum Literaturam quiſque ſuſpiciebat. Anonymus autem Italus in Breviar. Italic. Hiſtor. Cap. 3. Tomo XVI. Rer. Italicarum haec ſcripſit: *In Legalitate Sarraceni, & in Juſtitia omnes alias Mundi ſuperant Nationes*. Sed quando diebus noſtris Typographiae laudatiſſimam Artem Turcae quoque amplexi ſunt, quam tantopere antea exhorrebant, & Chriſtianis eruditis in ſuas Bi- A bliothecas acceſſum dare coeperunt, ſperandum eſt, non modicum lucis in Eruditionem deinceps eſſe emanaturum. Interea memorare juvat fragmentum Libri Geographici a me deprehenſum, cujus utinam mihi integer eſſet Liber, ut ejus adornari poſſet integra editio: illius quippe Auctor fuit *Abilfada*, ſeu *Abulfada*, B a Ricciolio, Voſſio, aliiſque multâ cum laude memoratus. Opus magni faciendum, & quod a ſe ſexcentis Coronatis emtum Guilielmus Poſtellus teſtatur in Coſmographicae diſciplinae Compendio, edito Baſileae Anno MDLXI. Male me de Lectoribus meriturum non puto, ſi ejuſdem fragmenti partem heic interſeram C (neque enim editum invenire potui) unde liquebit, qualis Arabici illius Scriptoris ſcopus fuerit.

## Caput primum Geographiae a Sultano ac Rege Abulfada, circiter Annum Chriſti 1350. aut citius compoſitae, ex Arabico in Latinum ſermonem translatae.

DEſcriptio univerſi Orbis, *auctore* Domino Sultano *ſapiente, juſto, bono, perfecto &c. propagatore Muhamedicae perſuaſionis, & Idololatriae everſore*, Abilfada Iſmaële, *cujus Deus Regnum protegat, filio Regis Abulchuſſem filii Sultani, & Regis Abilfetach Muhamedis, filii Sultani Regiſque Almanſoris, protectoris Regis Abilmaali Muhamedis, filii Abilchatibi Sultani Regiſque Homari, filii Sſabiſſab, hoc eſt Regis Regum, filii Jobi, quos Deus conſervet in ſua miſericordia*.

*Ad laudem Dei Optimi Maximi. Quum ego inciderim in varios Scriptores, qui de regionibus, & Orbis terrarum finibus, uti de montibus, maribus, & ceteris ejuſmodi ſcripſere, nullum revera inveni, qui mihi abſolute placuerit* D *in hac tractatione. Inter illos autem, in quos incidi in hac diſciplinae forma, eſt* Ben Geucalius, *qui prolixum* Opus *ſcripſit, in quo fines, dimenſioneſque ſunt incompoſitae; praeterquamquod in eo vera nominum prolatio deſideratur, nec longitudines aut latitudines regionum, locorumque attingit. Unde vehemens naſcitur obſcuritas, & in nominibus, & in proprietatibus, plagiſve. Cum hac* E *autem obſcuritate ſeu ignoratione nullus adipiſci poteſt in illo fructus perfectus.* Liber *quidem nobilis illius* El Adarſini, *quem aliqui* Darſinium *vocant, alii* Dariſſi, *quem de Regnis & Provinciis compoſuit. Similiter* Opus Aben Chardadhbei *& una & ſeorſim accepere a Ben Geucalio ab ipſa Latinitatis penuria uſque ad diſcuſſionem nominum, & lon-*

A *& longitudines & latitudines.* Zangat *autem, & Auctores, qui de longitudine & latitudine tractarunt, longe quidem abſunt a veritate nominum, & a diſtantia Provinciarum. Opus autem conducibile in diſcutiendis nominibus, & eorum prolatione, punctorumve poſitione refertur ad* Semaanium. *Muſtratus autem ad* Jacutium Elhemujum. Liber B *praeterea* Diſpunctionum, *ſeu* Mezil, *vel* Artiab, *& qui ſimili ſunt nuncupatione: pariter* Liber El Perſſal, *qui utrique referuntur ad* Abil Meged Iſmaël *filium dilecti Deo Moſſulenſis. Sunt quidem iſta inſtituta ad expreſſionem nominum ſine intentione erga latitudines, & longitudines, & cum multa ignoratione diſtantiarum, eo quod ignoretur* C *fixus locus talis regionis provinciaeve, nec exprimatur, an ſit erga aliquem locum Orientalis, Occidua, Meridiana, aut Septentrionalis. Quibus omnibus appenſis ſategimus ſupplere in hoc* Compendio, *quod deeſt in Auctoribus praedictis: praeterquamquod nuncupabimus limites in omnibus regionibus, & earum prominentiis. Nam ſi alioqui haec res* D *non quadret cum ſuis finibus, revera omnes Libri editi in hoc genere diſciplinae parum admodum proderunt. Et quidem certe regio Sinarum cum ſua amplitudine & multitudine Civium non pervenit ad nos de fama, niſi tenui admodum rumore; nec eſt ſatis diſcuſſum, quod innotuit, ſimiliter eſt India. Quod enim ad nos pervenit de ejus fa-* E *ma, eſt adhuc perturbatum, nec ſatis diſcuſſum. Pariter Bulgaria, & Regio Cercaſſorum, Ruſſia, Serbia, Valachia, & ut in ſumma dicam, tota Francorum regio, quatenus extenditur a ſinu Conſtantinopoleos uſque mare Oceanum Occiduum, in qua provincia ſunt regiones & Regna, multa, lataque admodum. Quum enim nomina illarum partium ſint nobis ignota, ſimiliter & diſpoſitiones locorum, non eſt quod de illis pertimus niſi tenui admodum memoriâ tractare. Simili modo & de Nigrorum, ſeu Aethiopum regionibus ad Meridianam plagam poſitis, ubi ſunt regiones genteſque variae & multae: ut ſunt Zangei, Nubiani, Gipſii, Tacbrorii, & Zeilighi, & alii hujuſmodi. De illis enim vix tenuis ad nos pervenit memoria. Potior enim pars illorum, qui Itineraria regionum & Regnorum ſcripſere non ſategit, niſi ut exacte tractaret regiones dogmati Muſſulmanorum affines, initiataſque; nec tamen ſatis diligenter ea circumſcripſere, eo quod conſtat per verbum, quod non ſcitur totum, non praetermittitur totum; quod melius eſt cognoſcere quaedam, quàm ignorare univerſa. Congeſſimus itaque in hoc Compendio, quod in aliis numeroſis habetur Voluminibus, eo modo ut opus eſt, quod Deus faxit. Innixi autem ſumus doctrinae tractationis* Iben Gazele in Libro Tacuini, *hoc eſt* Diſpunctionis corporum, *& ad illius inſtar revocavimus Coſmographiam, tractantes Librum hunc Tacuinum regionum, ſicut ille rem Medicam tractans, inſcripſit Opus ſuum Tacuinum Corporum. Sed antequam Orbem nobis cognitum in tabulas cognoſcere aggrediar, opus eſt de Terra, & ſeptem Climatibus, variiſque maris partibus &c.*

Neque incultam Geographiam reliquere majores noſtri vel ipſis Seculis rudibus; exploratum quippe eſt Eruditis viris, ad hanc inluſtrandam ſe olim contuliſſe *Anonymum Ravennatem*, cujus Librum Porcheronius, ac deinde Gronovius aetate noſtrâ tenebris ereptum evulgarunt. Is floruiſſe cenſetur Seculo Chriſtianae Aerae VII. aut VIII. & fortaſſis idem ille eſt ac *Guido Ravennas*, uti jam monui in Notis ad Ermoldum Nigellum, Part. II. Tomi II. Rer. Italicar. pag. 61. In hanc rem conſu-

le

le quae Cl. V. Don Gaſpar B rettus, ſaepius alias mihi laudatus, differuit in Praeliminari Diſſertatione ad Tomum X. Rerum Italicarum. Profecto Anonymus iſte ante Annum MCLXVIII. floruiſſe cenſendus eſt, quum nullam Alexandriae Civitatis in Liguria conditae mentionem faciat. Neque ſegnes in Aſtronomicis excolendis fuere Itali poſt Annum a Chriſto nato Milleſimum. Sub Henrico inter Auguſtos Tertio circiter Annum MLXXV. Aſtronomiam, ut ſupra innui, illuſtravit *Conſtantinus Monachus* Caſinenſis: eodemque Seculo floruit, teſte Trithemio, & Jacobo Philippo Bergomate, *Campanus natione Lombardus, Philoſophus & Aſtronomus, omnium opinione ſuo tempore celeberrimus*, qui Librum *de compoſitione Quadrantis, & alia quoque in Aſtronomia compoſuit*. Elementa quoque *Euclidis*, aliaque Geometrica ex Arabico convertit. In Codice Ambroſianae Bibliothecae Tractatum vidi *de Aſt olabio, Auctore Meſſalak*, nempe Scriptore Arabe, qui circiter Annum Chriſti DCCCLX. ſcripſiſſe traditur, in Latinum neſcio quo interprete, ſane pervetuſto, converſum. Ibi quoque legebatur *Magiſtri Roberti Aſtenſis Liber de Offi.io Aſtrolabii*. Item *Liber Albategnii*, ſeu *Mahometis filii Sebir, filii Cenini, de motibus Stellarum, & earum obſervationibus*. Et ſane multùm Arabum genti debemus, quod Aſtronomiae ſtudia amplificarint obſervationibus propriis; ſed & ii multa debuerunt Graecis, quorum vetuſtiores Libros ingenioſâ ſedulitate expilarunt. Ego non paucos Graecos Scriptores de Aſtronomia enumerare poſſem, quos MSſtos, & ex iis nonnullos adhuc luce carentes, vidi in Ambroſiana Bibliotheca, atque in Eſtenſi. Verùm juvat unum Codicem Ambroſianum

A memorare, in quo habetur Θέωνος Ἀλεξανδρέως εἰς τοὺς προχείρους κανόνας ἐξήγησις, ideſt *Theonis Alexandrini in manuales Canones Explicatio*. Incipit: Ἡ μὲν λογικωτέρα ἔφοδος &c. Sequitur in eodem Codice Κλαυδίου Πτολεμαίου σαφήνεια,

B καὶ διάταξις τῶν προχείρων κανόνων τῆς Ἀστρονομίας, καὶ ὥσπερ χρηστέον αὐτοῖς, μέθοδος ἐναργής, hoc eſt, *Claudii Ptolomaei explanatio & deſcriptio manualium Canonum Aſtronomiae, & quomodo ipſis utendum ſit, methodus dilucida*. Incipit: Ἡ μὲν σύστασις, ὦ Σύρε &c. Additur ibidem

C Κλαυδίου τοῦ Πτολεμαίου ὑποθέσεων τῶν πλανομένων, hoc eſt, *Claudii Ptolomaei de Hypotheſibus Planetarum*, jam editus a Johanne Brainbrigde, Londini Anno MDCXX. Exhibet deinde idem Codex *Canonem Regum*, eodem Ptolomaeo Ai ctore, a Dodwello editum inter Diſſertationes Cyprianicas. Subſequitur *Canon illuſtrium*

D *Urbium*: tum alter *Menſium & Dierum Ægyptiacarum*: ac ſubinde alii Canones Aſtronomici: deinde adnectitur Ἰωάννου Γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως τοῦ Φιλοπόνου περὶ χρήσεως τοῦ Ἀστρολάβου, hoc eſt, *Johannis Grammatici Alexandrini, cognomento Philloponi, de v'u*, ſeu *utilitate Aſtrolabii*. Succedit alterum Opuſculum,

E cui titulus *altera Methodus Aſt olabii*: ac deinde *Canon Imperatorum Romanorum ac Byzantinorum*, qui deſinit in Theophilum, Michaëlem cum ejus matre, Michaëlem ſolum, Baſilidem, ac Leonem. Tum adduntur *Canones Conſulares*, a Dodwello editi, ac Theoni Alexandrino tributi. Denique ibi leguntur alii *Canones Aſtronomici*.

*ſtronomici*. Codex diligentiſſime ſcriptus ſaltem ante annos quadringentos; literae minio aliiſque ornamentis diſtinctae. Heic hominem videas, qui genu flexo, per tubum oblongum decuſſatum, & incumbentem haſtae rectae, Lunam & Stellas contemplatur. Similem Ptolemaei imaginem ſe vidiſſe teſtatus fuerat Clariſs. Mabillonius in vetuſto Codice, ita ut ſuſpicioni locus factus fuerit, aliquem teleſcopii uſum fuiſſe antiquis Aſtronomis. Sed & Johannes Baptiſta Porta in Libro de Magia Naturali, Anno MDXLIX. non abſimilis tubi mentionem fecit; diciturque fuiſſe Ptolemaeo Evergeti teleſcopium in Pharo Alexandriae, cujus ope naves longiſſime diſſitas proſpiciebat. Verùm Vignolius Marvillius, Henricus Vagetius, & Johannes Albertus Fabricius V. Cl. Tom. 4. pag. 466. Bibliothecae Graecae, ſibi, neque immeritò, perſuaſerunt, ejuſmodi veterum tubos vitro deſtitutos fuiſſe, atque in eum tantummodo finem adhibitos, ut oculi intentius, & ſine aliorum objectorum incurſu, radios caeleſtium corporum exciperent. Ita apud Ditmarum Lib. 6. Chronici, Gerbertus, qui poſtea Romanam Cathedram ſub Silveſtri II. nomine tenuit, horologium feciſſe dicitur, *conſideratâ per Fiſtulam quadam ſtellâ nautarum duce*.

Negare tamen nolim, quin adeo arcta Literatorum Chriſti fidelium cum Arabum Libris familiaritas, eos quoque interdum deflexerit ad inania ſtudia, quibus delectati ſunt Saracenorum plerique. Loquor de *Aſtrologia* Judiciaria, ſive divinatione futurorum ex aſtrorum poſitione: ad cujus ſtudium, antea non ignotum, neque inſuetum, Arabes acrius incitarunt Europaeorum ingenia. Artem

A hanc ingenti conatu olim Afri, Graeci, Romani excoluere, plurimiſque Libris idem argumentum ſunt perſequuti. Spartiano teſte in Vero, geniturae ex aſtris deducendae *plerique Afrorum peritiſſimi fuere*. Sed & illi habuere Graecos duces, immo potius Chaldaeos atque Aegyptios: adhuc enim ſuperſunt *Apoteleſmatica Manethonis* Aegyptii, Scriptoris ſane vetuſtiſſimi, jam edita. Habetur apud

B A. Gellium Lib. 14. Cap. primo, Diſputatio Favorini *adverſùs eos, qui Chaldaei appellantur, & ex coetu motibuſque Siderum & Stellarum, fata ſe hominum dicturos pollicentur*. Multos e Graecis Auctoribus levi hac & illuſoria Arte delectatis recenſet nuper laudatus Fabricius Lib. 3. Cap.

C 20. utiliſſimi Operis Bibliothecae Graecae. Vide Legationem Liutprandi Cremonenſis Epiſcopi Tomo II. Rer. Italicarum. Quantopere tunc Graeci hiſce delectarentur, ibi habes. Veteres etiam Latini nobis dedere Manilium, & Julium Firmicum huic ſtudio addictiſſimos. Hadrianus Au-

D guſtus, Spartiano teſte, *Mathеſin ſic ſcire ſibi viſus eſt, ut Calendis Januariis ſcripſerit, quid ei toto anno poſſet evenire*. Plura alia exempla ſuppeditat Hiſtoria Romana. Quare vel ipſe antiquiſſimus Tertullianus in Lib. de Idololatria, in Mathematicos exardet, ac praecipue in Chriſti fideles, eorum fabulis ac ſomniis fidem haben-

E tes. Vide & Apollinarem Sidonium Lib. 8. Epiſtol. 11. qui Afros ineptae hujus Artis ſuo etiam aevo Magiſtros deſcribit. Tempore quoque Ludovici Pii circiter Annum DCCCXXXVIII. Auctor Vitae illius, ſub nomine *Aſtronomi* notus, ſe non alienum ab ejuſmodi ſtudiis prodit. Ita eiſdem temporibus, hoc eſt Anno DCCCXXV. Adelmus Caſtrenſis

Abbas ab Aſtrologorum deliriis converſus eſt ad contemplandam Evangelii veritatem. Clariſs. Mabillonius in Annalib. Benedictin. ad eum Annum hos de eo verſus refert:

*Quae ventura ſorent, tentavit prodere Adelmus,*
*Aſtrorum vanis luſus imaginibus &c.*

Itaque ubi poſt Saeculum Chriſti Decimum Occidentales Populi Arabicas literas in uſum ſuum convertere didicerunt, tunc multo plures eſſe coeperunt, quos Aſtrologiae amor enormis invaſit. Et quidni, quum tot ac tanta polliceretur Ars iſta, praeſtigiis alioqui non paucis ac nugis ad ſaturitatem referta? Johannes Sariſberienſis Lib. 2. Cap. 19. ſatis oſtendit, quot illa amatores atque patronos haberet Seculo Chriſti Duodecimo. Sed potiſſimùm ſubſequente Tertiodecimo in inſaniam evaſit ejuſmodi ſtudium; nam Principes ipſi viri non ſolùm faciles praebebant aures ejuſmodi futurorum propolis, ſed eos etiam cariſſimos habuere, & nihil magni momenti aggredi audebant, quin Aſtrologorum ſententiam ante popoſciſſent. Id genus hominibus quantum fideret Fridericus II. Auguſtus, complures Hiſtorici teſtantur, ſed praeſertim Sabas Malaſpina Tomo VIII. Rer. Italicarum, qui Cap. 2. Hiſtor. haec habet: *Aſtrologos, & Nigromanticos adeo venerabatur, & Aruſpices, quod eorum divinationibus & auſpiciis Frederici velociſſima cogitatio ad ſimilitudinem venti vagabatur.* Adſervatur adhuc in Ambroſiana Bibliotheca manu exaratus *Liber particularis Michaëlis Scoti Aſtrologi Domini Frederici Romanorum Imperatoris & ſemper Auguſti, quem ſecundo loco breviter compilavit ad ejus preces.* Ibi Aſtronomica, Phyſica, & Phyſiognomonica pertractantur. Erat & ejuſmodi Liber ad manus doctiſſimi Du-Cangii, qui non ſemel ejus auctoritate eſt uſus. Et quanquam fallax hoc hominum genus ſaepe ſibi credulos falleret, ſtabat nihilo ſecius eorum exiſtimatio, neque minuebatur ſpes in iis collocata, propterea quod interdum (caſu potius atque calliditate, quàm verâ arte, ut opinari fas eſt) occulta aut futura detexiſſe ſeu praevidiſſe credebantur. Auctor eſt Antonius Godius in Chronico Vicentino, Fridericum eundem Auguſtum, quum Anno MCCXXXVI. e Vicentia capta recedere vellet, ſimulque *expertum quemdam ſuum Aſtrologum*, praecepiſſe, *ut, qua egreſſurus eſſet viâ, eidem ediceret. Aſtrologus facto Brevi & clauſo, in manibus Imperatoris tradito, oravit, ut eo non aperto, qua parte vellet, Civitate exiret. Qui per quamdam fracturam muri Civitatis, quam novam fecit, Civitatem exivit, apertoque Brevi invenit ſcriptum:* PER PORTAM NOVAM EXIBIT REX. *Exinde verò Imperator Aſtrologum habuit majori honore & reverentiâ ſibi carum:* Scilicet perſpicax Aſtrologus conſideravit, Imperatorem, ut ſibi illuderet, quaeſiturum inſuetam exeundi formam ex Urbe, & ſagaciſſime Portam Novam eidem praedixit. Quod ridendum, in proeliis, in obſidionibus, aliiſque arduis negotiis, contrariae factionis homines ſidera conſulebant atque ſollicitabant; & quiſque Aſtrologorum ſuis omina ſortemque felicem praedicebat. Hugo Falcandus Tomo VII. pag. 295. Rer. Italicarum narrans, obſeſſum in Oppido Boteria Rogerium Sclavum a Guillielmo I. Siciliae Rege circiter Annum Chriſti MCLXI. haec habet: *Rex quum ſciret, Tancredum fratris ſui filium Aſtrologicis*

A *ſtrologicis rationibus dies tam cōſeſſis quam obſidentibus utiles praevidere, ipſe quoque cum Aſtrologis ſuis eoſdem dies diligentius attendebat, indicans familiaribus ſuis diem, quo deſcenſuros eos praeviderat, ut adverſùs repentinas eorum eruptiones exercitum praemunirent.* Ita Manfredus Siciliae Rex, nuper memorati Friderici II. filius, Mat-
B thaeo Spinello teſte in Ephemeridibus a me editis Tomo VII. Rer. Italicarum, quum Civitatis Manfredoniae fundamenta Anno MCCLVI. ponere vellet, *miſit in Siciliam & Lombardiam, ut inde accerſeret duos Aſtrologos; is enim incredibile eſt, quantam fidem haberet Aſtrorum poſituris. Atque hoc fecit, ut captarent felix*
C *momentum primi lapidis in fundamenta jaciendi.*

Ecelinus quoque Veronae, Patavii, ac aliarum Urbium crudeliſſimus Tyrannus, ejuſdem Friderici aequalis (teſte Monacho Patavino ad Annum MCCLIX. Tomo VIII. Rer. Italicarum) in ſua Curia habuit plures Aſtronomos magnifice honoratos:
D *Magiſtrum ſcilicet Salionem Canonicum Paduanum, & Riprandinum Veronenſem, Guidonem de Bonato Aſtronomum Forlivienſem, Paulum etiam Saracenum cum barba prolixa, qui de Baldach venit, a remotis videlicet finibus Orientis: qui tam origine quàm aſpectu & actu eſſe alter Balaam ariolus meritò videbatur.* Rolandinus dum in Chro-
E nic. Lib. 12. Cap. 2. Ecceliınum ab Aſtrologis ſuis deceptum fuiſſe prodit, ita *punctum electionis* ab iis captum refellit, ut apertiſſime oſtendat, ſe quoque non vulgare ſtudium poſuiſſe in Aſtrologicis. Et quamvis fateatur, ſe nequaquam iis fidere, attamen addit, *neminem eſſe redarguendum, qui pro poſſe de omni Scientia ſtudeat*. Vide etiam Annales Forolivienſes a me in Collectione Rer. Italicar. Tom. XXII. evulgatos, ubi multa *de Guidone Bonato* ſupra memorato enarrantur, quibus habeat fidem qui velit. Eruditis quoque perſpectum eſt, typis aeneis Aſtrologica ipſius Guidonis Opera excuſa proſtare. Joannes Villanius eum appellat *Ricopritore di tetti, che ſi facea Strologo*. Seculis verò ſubſequentibus non minori adhuc in uſu, ne dicam honore, fuit Judiciariae Aſtrologiae ſtudium, tum apud Italos, tum apud reliquos Occidentales Chriſtianos. Immo nullo unquam Seculo deſipere homines deſierunt, artem cupientes, & pertinaciſſime ſcrutantes praenoſcendi futura, toties illuſi, & nunquam confuſi. Ejuſmodi ſtudium, etſi nunc non multos habeat ſectatores, nonnullos tamen habet, plures praeterea habiturum, niſi Eccleſiaſtica tela Populum a fallaciſſima hac Arte deterrerent atque averterent. Benevenutus de Imola, qui Seculo floruit, quo furioſius in hujus Artis ſtudio Itali inſaniverunt, haec ſcribebat circiter Annum MCCCLXXXVIII. in Commentario ad Dantis Comoediam, cujus Excerpta ad calcem Tomi primi * evulgavi. *Nota quod iſtis Divinatoribus* (inquit ille ad Cant. XX. Inferni) *poteſt recte dici illud, quod dixit Vetula Thaleti Philoſopho primo Aſtrologo. Quum enim iſte Thales perveniſſet ad montem, quem volebat aſcendere ad ſpeculationem ſiderum, & petiiſſet ab una vetula de vicinia, ut duceret ipſum, ille a caſu cecidit in foſſum. Et dolens & clamans petebat auxilium a vetula. Illa videns dixit:* „Ah miſer, infelix! quomodo videbis vias ſiderum caeli, quum non videas terram, quam ſub pedibus habes? „ *Et heic nota, quod fructus hujus lectionis eſt, quod Lector*

* Nobis Tom. III.

*diſcat expenſis iſtorum, non inquirere vane futura, & dicere multa mendacia cum perditione animae, & irriſione ſui. Unde bene Petrus de Ebano Paduanus, vir ſingularis excellentiae, veniens ad mortem dixit amicis, Magiſtris, & Scholaribus, & Medicis circumſtantibus, quod dederat operam praecipuam diebus ſuis tribus Scientiis nobilibus: quarum una fecerat eum ſubtilem: & haec erat Philoſophia; Secunda eum divitem: ſcilicet Medicina; Tertia verò mendacem, ſcilicet Aſtrologia. Dicam ergo una cum Averroë: Aſtrologia noſtri temporis nulla eſt. Sed Statim dicit Aſtrologus.* „ Averroës non ſcivit Aſtrologiam. „ Sed Aſtra non mentiuntur. „ *Cui ego reſpondebo. Des mihi illum, qui bene ſciverit, quia numquam diebus vitae meae aliquem vidi, quum tamen habuerim notitiam & familiaritatem multorum. Certe fateor, quod Aſtra non mentiuntur. Sed Aſtrologi bene mentiuntur de Aſtris &c. Et nota, quod Virgilius ſecure poterat arguere Dantem de iſto errore: quia multo plus ipſe deditus fuit huic vanitati Divinationis, ſicut patet maxime in Libro Georgicorum. Ideo cognoſcebat ſe ſaepe fuiſſe mentitum &c. Ita in propoſito non debes habere compaſſionem erga iſtos, qui ultra facultatem naturae humanae, in tanta caligine rerum poſiti, voluerunt aſcendere caelum viventes, & uſurpare ſibi divinum officium inquirendo futura illi ſoli cognita. Et verè in uno maxime non merentur compaſſionem, quia ſunt obſtinatiſſimi hominum in propoſito ſuo, ſicut ego vidi in multis. Nam quanto plus mentiuntur, tanto plus dicunt, ſe dicere verum. Sicut ego novi unum, qui deluſus & confuſus per ſuam Aſtrologiam, immo potius Diabologiam, dum increparetur familiariter ab amico, adhuc pertinaciſſime contradicebat, commendans continuo dulcedinem hujus Artis.* Sed neque deſiderati ſunt olim alii, qui Aſtrologorum Artem, ac inanem futurorum praedictionem flocci facerent. Inter ceteros Caſtruccius Lucenſium Dux, vir grandis animi atque ingenii, teſte Nicolao Tegrino in ejus Vita, Tomo XI. Rer. Italicarum, *Mathematicos, & qui futura praenuntiant, genus hominum potentibus infidum, & ſperantibus fallax, ſemper ſprevit: exiſtimans, quae fato manent, quamvis ſignificata, non vitari, quum nulla vis humana nec virtus meruiſſe umquam potuerit, ut quod praeſcripſit fatalis ordo, non fiat. Prodigia nuntiata, monſtruoſos partus, & iis ſimilia irridebat, ſuperſtitiones aniles appellans. Dierum obſervationes* ( ideſt Aegyptiacorum ) *ad hoſtium infelicitatem, aut ad ſuam, quum ſit incertum, an referantur, & alteri felicitatem evenire neceſſe ſit, contemnebat.* Sapientior ſane Caſtruccius fuit, quamvis illiteratus, quàm multi eorum temporum literis etiam ac diſciplinis exculti: quum exploratum ſit, tunc non paucos e Religioſis viris futilibus hiſce ſtudiis operam dediſſe, ſimulque fidem adjunxiſſe. Vide Johannem Villanium prae ceteris, qui Lib. 6. Cap. 81. Hiſtoriar. atque aliis in locis, tradit, laboraſſe ejuſmodi morbo interdum primores in Clero, & nonnulla ab eis multo ante tempore praenuntiata.

Praeter *Aſtrologorum* ſomnia, invaluerunt etiam poſt Saeculum a Chriſto nato Undecimum, aut ſerius, commenta *Prophetiarum*, quibus non tantùm rude vulgus, ſed & qui literis operam dabant, fidem mirâ facilitate adhibebant. Tunc enim quaecumque mirabiliora videbantur, eo ardentius excipiebantur, atque a Literatis viris gemmarum ad inſtar in Libros a ſe compoſitos inſerebantur.

Ergo

Ergo natae temporibus iis Prophetiae *Merlini*, de cujus nativitate ac vitâ admirandae, ſed ineptiſſimae fabulae traditae ſunt, neque in dubium a quoquam tunc revocatae. Emerſerunt etiam Prophetiae de futuris *Romanis Pontificibus*, per typos quoſdam & imagines configuratae, quas etiam Bibliotheca Eſtenſis manu exaratas, ſuiſque coloribus diſtincte depictas adſervat. Eas ego protuliſſem, niſi antea publici juris factas noviſſem. Huc ſpectant & illae, quae circumferebantur falſo attributae *Joachimo Abbati*, uti & ſimiles confictae ſub nomine *Sancti Malachiae* Archiepiſcopi in Hibernia; itemque aliae, fata ventura Urbium ac Populorum, ſi ſuperis placet, praedicentes. Ineptiis hiſce paſcebatur tunc hominum curioſitas; atque in hanc rem omittenda non ſunt, quae habet Auctor ſynchronus Memorialis Poteſtatum Regienſium, Tomo VIII. Rer. Italicarum. Haec ſunt ejus verba ad Annum MCCLXXXII. *His diebus erat in Civitate Parmenſi quidam pauper homo operans de opere cerdonico; faciebat enim ſutellares. Erat illiteratus, ſed illuminatum valde intellectum habebat in tantùm, ut intelligeret ſcripturas illorum, qui de futuris praedixerunt, ſcilicet Abbatis Joachim, Merlini, Methordii, & Sibillae, Iſaïae, Jeremiae, Oſeae, Danielis, & Apocalypſis, nec non & Michaëlis Scoti. Et multa audita fuerunt ab eo, quae poſtea evenerunt, videlicet, quod Papa Nicolaus in menſe Auguſti mori debebat, & quod Papa Martinus erat futurus, & multa alia, quae exſpectamus videre, ſi fuerit vita comes.* Auctor eſt verò Conradus Halberſtadenſis in Chronico, circiter Annum MCCL. erupiſſe *Joachimi Abbatis* nuper memorati Prophetias, eaſque a Cardinali Portuenſi in Germaniam miſſas. Proſtant complures editiones, complures etiam interpretationes adulterinae hujus mercis. Prophetias autem Sancto Malachiae affictas primus in lucem eduxit Arnoldus Wion Benedictinus Belga in Libro, cui titulus *Lignum Vitae:* eaſque etiam interpretatus fuiſſe dicitur Alphonſus Ciaconius; earumque editiones Thomas Meſſinghamus, Gabriel Bucellinus, Henricus Engelgrave, & alii deinde multiplicarunt, quaſi novos hoſce Sibyllinos Libros tanquam e caelo demiſſos curandum foret, ut quiſque ad manus haberet, ac nemo non excoleret. Verùm Anno MDCLXXXIX. Franciſcus Meneſtrerius Vir Clariſs. e Societate Jeſu, edito Opuſculo Pariſiis ejuſmodi Prophetias Malachiae falſo adſcriptas cenſorio ſtilo egregie inſectatus eſt, ita ut ſi antea nullus emunctae naris figmentis hiſce fidem adjungebat, nunc vel ipſi popello ſat lucis ſuppeditatum fuerit ad ipſa abjicienda vel deridenda. Paulus quoque Scaliger, ſive Scalichius, Paſchalinus Regiſelmus, Theophraſtus Paracelſus, phantaſticus plane Scriptor, & Johannes Adraſder in impoſturis Joachimo tributis extricandis oleum ſuum inſumſere. Proſtant etiam typis traditae Pariſiis Anno Chriſti 1513. inanes aliae praedictiones ejuſmodi ſub nomine *Hermae*, *Uguettini*, *Fratris Roberti Ordin. Praed. Hildegardis*, *Eliſabeth*, & *Mechtildis*, levium ingeniorum pabulum, quas tantummodo innuiſſe juvat. Nam ne ego quidem tempus meum utiliter impenderem ſi ultra in prodendis ejuſmodi commentis progrederer. Attamen quia noſtris temporibus ſimplices quidam occurrunt, qui in eiſdem impoſturis Pontifices identidem

eligendos

eligendos ridendo ſtudio ſcrutantur, alia quoque addere juvat. Scilicet in Eſtenſi Bibliotheca eſt mihi ad manus Codex MStus *Fratris Theophori de Cuſentia Presbyteri & Eremitae*, qui *Revelationes a Deo factas devotiſſimo & Deo caro Joachimo exponit*. Poſtremus Pontificum, quem praedixiſſe dicitur Abbas Joachimus, eſt *Urbanus VI.* ſub quo nimirum teterrimum Schiſma exordium cepit Anno Chriſti MCCCLXXVIII. continuatum deinde per complures annos cum ingenti laceratione Catholicae Eccleſiae. Subſequuntur *deſcriptiones Prophetiarum venerabilis & Deo devoti Anſelmi Epiſcopi Marſicaniae*, quem Italiae Sacrae Auctor ignoravit, & plane confictum opinari licet. Conſiſtunt explicationes figurarum, praeſignantium, ſi ſuperis placet, futuros Pontifices, in *Gabriele Condulmerio*, qui Papa renuntiatus *Eugenii IV.* nomen aſſumſit Anno MCCCCXXXI. Reliquae octo ſubſequentes figurae explicatione carent. Atque haec ſane mihi perſuadent, cadente Seculo XIII., aut incunte Seculo XIV. ſub nomine Joachimi emerſiſſe eaſdem Pſeudo-Prophetias, quas ad ea uſque tempora explicare leve negotium fuit, quum fabricatae fuerint, non Joachimi aetate, ſed poſtquam exſtiterant in vivis Pontifices, de quibus

A Prophetiae tanto tempore antea, ut fingebatur, promulgatae, loquuntur. Certe Frater Franciſcus Pippinus Ordinis Praedicatorum, qui circiter Annum Chriſti MCCCXIV. Chronicon ſuum ſcribebat, a me editum Tomo IX. Rer. Italicarum, hiſce commentis fidem habens, electionem ſummorum Pontificum eiſdem confirmabat. B Aliae deinde figurae prioribus, ut opinor, additae fuerunt, ſedente *Eugenio IV.* ac tributae *Anſelmo* nuper memorato. Quod fraudem apertiſſime prodit, Pſeudo-Prophetiae poſt mortem Pontificum fabricatae, egregie eorum mores exprimunt, ipſorumque vitam deſignant; nihil enim facilius, quàm praedicere quae jam C contigerunt. At quae de venturis Pontificibus inexplicatae ſuperſunt, atque aptandae forent Nicolao V. Calliſto III. Pio II. aliiſque nondum electis aut natis, diſſident omnino ab eorum moribus, ita ut nihil ibi ſimile reperias. Quare in malam crucem abeant impoſtores ejuſmodi, quibus qui fidem adhibeat, prorſus D deſipiat. Sed ut ſpeciem habeas figmentorum nuper memorati *Theophori Cuſentini*, nonnulla ex eo delibare placet, quae riſum moveant juſto cuilibet humanarum rerum judici, atque hiſtoriarum perito.

## Specimen interpretationum Theophori Cuſentini Eremitae in Pſeudo-Prophetias Joachimi Abbatis & Anſelmi Epiſcopi.

IN *nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Genitricis ejus, ac totius Coeleſti Curiae. Amen. Incipit* Libellus Fratris Theophori Presbyteri & Eremitae, *ſecundùm auctoritatem Sanctorum Prophetarum, & verarum Chronicarum, de ſtatu, cognitione, ac fine prae-*

E *ſentis Schiſmatis, & tribulationum futurarum, maxime tempore futuri Regis Aquilonis, vocantis ſe* Federicum Imperatorem Tertium, *uſque ad tempora futuri Papae, vocati Angelici Paſtoris, &* Caroli Regis Franciae *futuri Imperatoris poſt Federicum ſupradictum. Item*

*item de ſummis Pontificibus Romanae Eccleſiae, ac de ſtatu univerſalis Eccleſiae, & tempore dicti Angelici Paſtoris, uſque ad tempus ultimi Antichriſti. Item a tempore & per tempus dicti ultimi Antichriſti, & poſt mortem dicti Antichriſti uſque ad extremum Dei judicium & finem Mundi. Univerſis & ſingulis fidelibus Chriſtianis Eccleſiaſticis & Secularibus, humilis* Frater Theophorus de Cuſentia *pauper* Presbyter & Eremita prope Thebas, *humiliari ſub divinae potentia majeſtatis, & ipſius gratiam & gloriam. Quam triſtis & dolens de malis* praeſentis Schiſmatis *occaſione occurrentibus, & veriſimiliter occurſuris, manſuetiſſimum Dominum cum magna jejuniorum & lacrymarum copia ſaepius humiliter exoraſſem, quaenam inſtantis Schiſmatis cauſſae, & quis in ipſo Schiſmate aſſerentium ſe ſummos Pontifices, verus Pontifex, & quis Pſeudo-Pontifex exiſteret, ipſiuſque Schiſmatis qualis & quotus finis, & quomodo finito Schiſmate Dei Eccleſia, maxime cum Principibus Secularibus regeretur; ipſe Dominus mihi ſervo ſuo oſtendere dignaretur: Anno a Nativitate Domini praedicti MCCCLXXXVI. circa auroram diei Reſurrectionis praefati Domini noſtri Jeſu Chriſti, mihi dormienti levi ſomno, & quaſi ex hoc ſtupenti viſum extitit videre Angelum Domini, virginei vultus, & altitudinis duorum cubitorum, ornatum duabus alis valde nitentibus, Albâ latâ, ac talari veſte amictum, mihique dulciter alloquentem haec verba:* Dominus exaudivit preces tuas dicens, quod ſervis ſuis dilectis Cyrillo Presbytero & Eremitae in Monte Carmelo, Joachim Abbati, & multis aliis ſervis ſuis praeſens Schiſma futurum, & ejus Schiſmatis cauſſa, & quis eſſet ortho-Pontifex, & quis pſeudo-Pontifex, finiſque ipſius, & poſt ipſum Schiſma futurum Eccleſiae

A regimen per Spiritum Sanctum & Angelum; jamdiu eſt quod indicavit & aperuit. Quaeras igitur praedictorum Libros & Scripturas, & tunc tuae erit ſatisfactum voluntati. Et quod in ipſis Libris & Scriptis reperies, ſcribe, & aliis pro tua & ipſorum ſalute indica & revela. *Quibus dictis & auditis, Angelus illico*

B *diſparuit. Ego autem timidus a ſomno ſurgens, vocavi ſocium meum cariſſimum* Euſebium Vercellenſem, *cui omnia ſupradicta pateſeci. Cujus conſilio ipſe & ego cum maxima diligentia in Civitate Thebarum in Coſentia, ubi ortus eſt praefatus Joachim ſanctus Propheta, & in aliis locis vicinis ipſis Civitatibus, praedictorum virorum Libros quaeſivi-*

C *mus, & tamdem invenimus ſupradicti Cyrilli Librum, qui incipit:* Dominus totius &c. *Cujus Libri verba Angelus Domini in duabus tabulis argenteis continentia futura magna negotia, incipiendo ab Anno Nativitatis Domini MCCXLIV. ipſi Cyrillo nuntiavit & dedit. Item reperimus Libros omnes praefati magni Prophetae Joachim, & maxime*

D *ipſius ſingulares Libros, miſſos* Henrico de Suavia Imperatori Sexto, *ac alium ſingularem Librum ipſius intitulatum:* Liber de flore de Summis Pontificibus ab Innocentio IV. *uſque ad* Antichriſtum. *Qui incipit:* Tempore colubri leenae filii &c. *Item invenimus unum ſingularem Librum intitulatum:* Heic incipit revelatio, quae

E Horoſcopo intitulatur, extracta de Hebraeo in Latinum a Dandolo Illondenſi, de Summis Pontificibus futuris a Nicolao III. uſque ad Angelum Paſtorem: *Quae incipit:* Etenim omnipotens Opifex &c. *Item invenimus quemdam parvum Librum intitulatum:* Haec eſt revelatio MCCCLIV. de ſummis Pontificibus. *Qui incipit:* Genus nequam &c. *Item invenimus quam-*

quamdam revelationem factam per Spiritum beato Franciſco de praeſenti Schiſmate. Quae incipit: Socii beati Franciſci. Veh Mundo in centum annis &c. Item invenimus multas alias Prophetias & Viſiones Sanctorum, & maxime quaſdam ſingulares, quarum una incipit: In vigilia namque Aſcenſionis &c. Alia autem incipit: Scitote quoniam &c. Item invenimus Librum continentem Vates Ambroſii. M.CLIV. Sybillae Eritbreae de Babylonia, Sybillae Tiburtinae, ac Sybillae Elleſpontiae de Praeſagiis futurorum. Item reperimus extractiones Prophetarum continentes, quae ventura ſunt, & debent de Anno Nativitatis Domini MCC. uſque ad finem Antichriſti magni. Item invenimus Chronicon Cuſentini Antiſtitis, ac Fratris Tolomaei de Luca, & multas alias Chronicas, ſcribentes omnia geſta Eccleſiae, & ſpecialiter Schiſmatum, & intruſionum Romanae Eccleſiae infraſcriptorum a Nativitate Domini uſque ad tempora ſanctae memoriae Domini Johannis Papae XXII. incluſive, qui aſſumtus eſt ad Papatum Anno Nativitatis Domini M.CCXVI. vel circa.

Quibus omnibus & ſingulis per me Fratrem Theophorum vigilantiſſimo ſtudio perlectis, & orationibus ac lacrymis Domino ſaepe effuſis, ut veritatem praedictorum mihi oſtendere dignaretur, valde gaviſus fui, tamquam clarificatus de ſupradictis, quae ſcire deſideraveram diu. Namque clare cognovi praeſens Schiſma, ejuſque cauſſas, per Spiritum Sanctum jam centum quadraginta annis elapſis, praefatis Joachim, Cyrillo, & aliis ſupradictis ſanctis Viris fuiſſe praedicta & demonſtrata. Quorum Prophetarum & Sanctorum virorum verba inſeram bonâ fide in praeſenti Libello, nihil de meo ponens, obediamque in hoc mandato Angelico, qui mihi revelavit, ut inventa in praedictis Scripturis, aliis revelarem. In omnibus tamen & per omnia me ſubjicio correctioni ſanctae matris Eccleſiae, proteſtans quod non ſum Propheta, nec Prophetae filius, nec Ananiae ſimilis, qui in ſpiritu Dei a ſe multa evenire praedixit, nec ſimilis ſuperbo Sedeciae, qui impoſitis ſibi ferreis cornibus, Regi Joſaphat in ſpiritu mendacii dixit: His cornibus ventilabis Syriam. Nam ſolus ſum ſacrae Scripturae ſcrutator, exemplo Michaeae, vera ſed non grata Mundo nuntians. Attamen Reges Juda & Iſraël longe conſultius mala nuntiantem vel prophetizantem audiſſent, quàm falſiloquos, ut placerent, ſemper proſpera nuntiantes. Altiſſimum humiliter exoro, quod verba Prophetarum, deſcripta in praeſenti Libello, ſata ſint in bono agro, & non in lapidibus, quia ſecundùm Almeonem, qui ſeminat in lapidibus, non recipit fructum. Dicit enim Joachim in Libro Concordiae, quod neceſſe eſt tranſituris per viam & loca periculoſa & dubia, non ſolùm agnoſcere ſed praeſcire, ne fortè tunc quaerant arma, quum venitur ad bellum, & quid agendum ſit, neſciant, aut quid vitandum, ſtupore aut formidine deprehenſi: quamquam homines libenter non audiant Mundi excidium nuntiantes, ſed libenter de futuris excidiis diſputant ſecundùm Joachim. In hoc autem Libello magis & libentius innitor verbis praefati Cyrilli, quia verba ipſius Cyrilli in dicto Libro non fuerunt verba hominis ſed Dei. Item dicti Cyrilli verba inceperunt praedicere futura ab Anno MCCLIV vel circa, ut patet in primo dicti Libri Capitulo. A quo tempore citra non fuit niſi hoc Schiſma ſecundùm omnes Chronicas; licèt per Petrum de Corbaria Ordinis Minorum fuerit aliqua turbatio, quae tamen per Chroniſtas non ponitur inter Schiſmata propter brevitatem temporis ipſius.

*ſius. Item in hoc Libello innitor in Prophetiis Joachim ſcriptis ad ſupradictum Imperatorem Henricum VI., & in Prophetiis ipſius Joachim ſcriptis aliis Principibus. Et hoc duabus rationibus. Primo quia Joachim ad Henricum praedictum ſcripſit magis clare; & habebat ſecum* Fratrem Raynerium de Pontio, *virum ſanctum & habentem ſpiritum verae prophetiae, ut ipſe Joachim ponit ſuper expoſitionem* Vatum Merlini *& Eritbreae. Item Joachim, tamquam ſubjectus in temporalibus, motus ipſius Henrici rogationibus ſaepius, plus laboravit. Item dictus Joachim niſus eſt dicere & praedicere ipſi Henrico ea, quae futura eſſent, incipiendo ab Anno Domini MCXCVII. uſque ad finem Seculi, quo tempore dictus Henricus regnabat, ut ipſe Joachim teſtatur ad ipſum Henricum ſuper Libris Erithreae, Apocalypſis, & Hieremiae. A quo tempore nullum Schiſma fuit, niſi praeſens. Ultimum enim Schiſma fuit ſedatum tempore* Federici Barbaroſſae, *patris dicti Henrici. Cujus Schiſmatis victor fuit* Alexander Papa III. *natus Senenſis, qui mortuus eſt Anno MCLXXXII. vel circa. Revertens ad propoſitum dico, quod diligentiſſime cribratis intentionibus & Libris Prophetarum, & ſacrae Scripturae, effectus Operis & futurorum ſumma eſt ſecundùm Joachim ſuper Johannem ad Henricum Imperatorem ſuper verbis:* Templum aedificabitur juxta ordinem. *Ac* & *ibi:* Fundabo in ſaphyris; quod coeleſtis tamquam op-

A timus agricola, & a longa peregrinatione reverſus, conſiderans ejus vineam ſibi conjunctam, ab eo fuiſſe optimis plantis inſertam, fortiſſimo muro cinctam, juſtiſſimiſque cuſtodibus commendatam, praedictis cuſtodibus, ſuccedentium culpâ, dolo & negligentiâ repleri ſpinis, tribulis & B vepribus, & dictum murum collapſum, & ejus lapidibus putrefactis, ipſam vineam totaliter reformare diſpoſuit. Et praedictae vineae negligentes & doloſos cuſtodes mutare in juſtos & pervigiles cuſtodes, ipſis tamen cuſtodibus & pervigilibus, temporalibus & ſuperfluis bonis ablatis, ſibique honeſto victu ſolùm relicto, prout primi cuſtodes vineae habue-C runt. Attamen praefatis doloſis negligentibus cuſtodibus jùxta demerita eorum perſonaliter & in omnibus graviſſime punitis, ac ſpinas & tribulos & vepres evellere, & fructiferas & odoriferas plantas in ipſa vinea inſerere, ejuſque murum, abjectis lapidibus putrefactis, renovare lapidibus pretioſis, videlicet ſaphy-D ris, jaſpidibus, praefatus Agricola infallibiliter ordinavit. *Anno Nativitatis Domini MCCCLXXVIII. Sathan ſeduxit Clerum, Imperatorem, Reges, & Principes, & alias gentes ad Schiſmata & bella. Anno Nativitatis Domini MCCCLXXV. ſolutus fuit Sathan, ut ſeducere poſſet gentes in Mundo.* Et quum conſummati fuerint mille an-E ni &c. (*)



(*) Theophorus heic in unum congeſtos ex Apocalypſi deſcribit verſiculos, Duodecimum nempe Cap. 12. Tertiumdecimum & ſeq. Cap. 9. Primum & duodecimum Cap. 16. Tertiumdecimum & ſeq. Capitis 16. Decimum nonum & ſeq. Capitis 19.

## Heic incipit narrari, ſicut praeſens Schiſma erat futurum in Eccleſia Dei, juſto Dei judicio propter peccata Cleri & Populi Chriſtiani, & quod Schiſma erat pronoſticatum a Spiritu Sancto, & a multis Prophetis jamdiu.

*NUnc verò revertor ad materiam noſtram Schiſmatis, & dico, quod verba, quibus Spiritus Sanctus per Angelum primò praedixit, & indicavit Cyrillo praeſens Schiſma omnino eſſe futurum in Eccleſia Dei, ſunt in ſex Capitulis Libri Cyrilli, qui incipit.* Deinceps &c. *& finit:* Haec ſi multum ſtabit, quoque luparcos diade rutilante, ut tibi effundant electrum. Eapropter rudes migma mandent vi rodere & blaces blicie alludebunt tunc celibes & blaſcones lugere cum Roboam, & blenones mixtos dortonibus ridere cum Jeroboam. *Haec Spiritus Sanctus. Super quibus verbis dicit Gloſſa Joachim:* Si multum vermis in caput arietis propellatur, qui ſcabens, vel ſcalpens vel rodens cellulam in qualibet eorum cogit parare arietem. Si multum quoque ſtabit, luparcos, ideſt, ſtultitia vel ſuaſio Sathanae inſtigabit ſummos miniſtros, ſeu Cardinales Eccleſiae, qui luparci, quaſi lupos arcentes a gregibus, eſſe debent, aſſiſtere. *Gloſſa ſuper verbo*, ut effundant electrum, *dicit, electrum eſſe autem quaedam ſpecies metallica ex auro & argento confecta. Verùm hinc nihil aliud poſſum intelligere, niſi unum Romanum Pontificem eligendum. Et videtur praecedens litera hoc reſonare, ſcilicet* diade rutilante, & migma vi rodere. *Dias quidem, ideſt duo, quae diviſionem ſignificat: migma quoque mixtura eſt, aliquorum mixtionem ſignificans, quam rudentes mandent vi rodere, ideſt in praeſepio Eccleſiae. Ex hoc intellige, ſimplices utrique Pontifici annue-*

A *re, ideſt ab utroque ſpiritu alia acceptare, ignorantes, quis potior eorumdem effunderetur. Quodque aurum Ortho-Pontifex, & argentum Pſeudo-Pontifex. Et quidem falſitas comparatur argento propter poroſitatem & vacuitatem, ſimulque frigiditatem ipſius. Siquidem quum falſitas ſit vacua veritate, Spiritus Sancti fervore non poteſt fervere. Super verbo*

B tunc celibes *dicit Gloſſa Joachim:* Scimus quidem Roboam filium Salomonis verum Regem Iſraël exſtitiſſe. Jeroboam verò Regem Pſeudo-Iſraël; quamquam toleraverat ipſum Deus ob Populi ſui delictum, de quo habemus tertio Regum volumine. Sic fieri oportet in proximo, ut celibes & blaſcones, ideſt pudici, verique

C cubicularii Romanae Eccleſiae ſequantur Roboam, ideſt Ortho-Pontificem, ſecundùm Canonicas ſanctiones electum. Et blenones & dortones, ideſt luxurioſi & comeſtores ſequantur Jeroboam, ideſt Pſeudo-Pontificem reprobum & nefarium. Abſit autem, ut diebus, quos vixero, tantam confuſionem intuear. *Haec Joachim in*

D *Gloſſa. Alia autem verba Spiritus Sancti porrecta dicto Cyrillo, praeſens Schiſma eſſe omnino futurum in Eccleſia Dei ſignificantia, ſunt in Capitulo Septimo dicti Libri Cyrilli, quod incipit* Hunc, *& finit* Haec. Ex hoc autem conflicto Schiſmate de cridis diadiſque non pauci ex etho virginis rapientur a Sathana. *Haec Spiritus Sanctus. Super*

E *quibus verbis Gloſſa Joachim ſic dicit:* Ex hoc heic noſce exoriri Schiſma in Eccleſia Dei Romana, ut multi dece-

decepti a Sathana, faventes utrique Pontifici, rapientur ex etho virginis ideſt ex gremio fidei matris Eccleſiae, & in errorem ducentur, ut de futuris nihil aut prave credant. *Haec Joachim. Item quod omnino futurum eſſet praeſens Schiſma in Eccleſia Dei, probant multi Prophetae, ut Merlinus, Sybillae, & ſpecialiter Eritbrea, Rabanus, Dandalus, ut infra clare patebit in proceſſu hujus Libelli. Etiam in Extractionibus Prophetiarum, tractantium de temporibus modernis, ſic reperi, ut infra:* Futurum quidem eſt, ut Pſeudo-Papa fultus & adjutus reipublicae favore, & quaſi alter Rex, impudens facie, nec propriis viribus praevalens, immo ſupra quàm dici poteſt omnia devaſtans, contra Petrum concitet Neronem.

Tum pergit narrare perſonatus hic Scriptor cauſſas Schiſmatis, hoc eſt, *peccata totius Cleri, pronoſticata a Spiritu Sancto & Prophetis, propter quae ipſi perdent bona temporalia, & diverſimode affligentur juſto Dei judicio, & propter quae etiam praeſens Schiſma eſt in Eccleſia Dei.* Deinde agit *de peccatis & vitiis Mendicantium Religioſorum, propter quae ipſi Religioſi & eorum Ordines, juſto Dei judicio, deſtrui & auferri debent. Item de ſancta & nova Religione fienda & ordinanda virtute Spiritus Sancti, quae praecedet omnes antiquas Religiones ſanctitate, bonitate, & fide.* Hoc autem futurum ait ſub *Friderico III. Imperatore* futuro. Omnia haec jam tempus oſtendit veritate carere, ac putidiſſima eſſe mendacia. Multa deinde habet de Federico iſto Tertio, & de *Angelico Paſtore, qui coronabit Carolum Regem Franciae Imperatorem coronâ ſpineâ, reſpuentem coronam auream ob reverentiam Chriſti.* Denique pluribus agit *de magno ultimo Antichriſto, qui tempore tertii Paſtoris poſt Angelicum Paſtorem apparere debet.* Jamque ſecundùm illius calculos Antichriſtus veniſſet: quae tamen tempus invictiſſime mendacii jandudum arguit. Talia olim impudentium aut ſtultorum hominum ingenium imperterrite venditabat. Atque heic in memoriam meam redit, eodem Saeculo XV. hoc eſt Anno MCCCCXLI. die XV. Auguſti, Placentiae, ut habent Annales Placentini Antonii de Ripalta, a me editi Tomo XX. Rer. Italicarum, *Fratrem Johannem Baptiſtam Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini Placentiae in Eccleſia Sancti Laurentii praedicaſſe Antichriſtum jam natum in Babylonia, & jam eſſe triennium, & ibi auditam fuiſſe vocem eminus per ducentum millia clamantem: Nunc finis eſt. Et hujus rei literas eſſe Mediolani, Januae, & Venetiarum.* O Secula impoſturis expoſita, & impoſtoribus obnoxia. Subdit Ripalta: *Die verò XVI. dicti Menſis, Reverendus D. Frater Alexius Ordinis Minorum, ſacrae Theologiae Doctor, Dei gratiâ Epiſcopus Placentinus, in Platea majoris Eccleſiae Placentiae coram omni Populo praedicavit, ſe non credere Antichriſtum natum, nec ullo modo verum iſtud eſſe, multas aſſignando rationes pariter & auctoritates.* Sed barbaricis Seculis ſaepe ſonabat in delirantium ſciolorum ore fama Antichriſti jam nati, jamque adulti: atque in ipſa Urbe Placentiae, eodem Ripalta teſte, rurſus Anno MCCCCLVII. *Frater Johannes Baptiſta Ordinis Praedicatorum, ferens barbam longam, & nudiſſimis pedibus proficiſcens, praedicavit finem Mundi adeſſe, & falſum Papam creari debere, & Antichriſtum regnaturum: quod tamen fuit falſum.* Meliora nunc, Deo juvante, ſapimus, & ejuſmodi ridendas Prophetias prorſus dimiſi-

miſimus phantaſticis quibuſdam hominibus extra Eccleſiae Catholicae caſtra militantibus, qualis aevo noſtro fuit Calviniſta Jurieu. Ceterum ex *Theophori Cuſentini* ſomniis hactenus delineatis nihil aliud excerpere viſum mihi fuit, tum quia cordatos viros novi ab id genus nugis abhorrere, tum etiam quod nonnulla contineant, quae a delicatulis Cenſorum quorumdam ſtomachis vereor ut placide concoquerentur, ac propterea ſuis in tenebris relinquere ſatius duxi.

Neque minus avide levia praecedentium Saeculorum ingenia convolarunt ad alteram Artem (ejus amatorum pace dixero) artem delirandi, artem non diteſcendi, ſed in pauperiem ruendi, quae nempe Metallorum tranſmutationem & auri conficiendi, aut lapidis Philoſophici inveniendi methodum, ſi ſuperis placet, ſectatoribus ſuis ampliſſime pollicebatur. Veram Chemiam a falſa, ſive ab Alchemia diſtinctam heic volo. Noſtris & heic praeceſſerunt Arabes; neſcio an praeceſſerint & Graecis. Syllogen quippe Graecorum de hoc argumento olim legebam ego in MSto Codice Ambroſianae Bibliothecae. Ibi primo occurrebant *Stephani OEcumenici Philoſophi* Tractatus quidam περὶ τῆς θείας τέχνης, *de divina Arte*, ejuſque energia: uti & compendium τῆς ἱερᾶς τέχνης, *ſacrae Artis*. Is haec ſcripſiſſe dicitur *ad Heraclium Regem*. Sequitur *Heliodori Philoſophi ad Theodoſium Regem*, ſive Imperatorem, περὶ τῆς τῶν φιλοσόφων μυστικῆς τέχνης, *de myſtica Arte Philoſophorum*. Jambici ſunt. Deinde leguntur *Theophraſti Philoſophi* de eadem *divina Arte* Jambici. Tum *Hierothei Philoſophi* de ipſa *divina & ſacra Arte*. Accedunt *Archelai Philoſophi* Jambici in idem argumentum, ac de ipſo quoque Tractatus *Pelagii Philoſophi*, & alter *Oſtani Philoſophi* ad Petaſium. Sequuntur *Democriti* Phyſica & Myſtica, & de *Azemi* confectione. Poſtea *Syneſii Philoſophi ad Dioſcorum in Librum Democriti Scholia*. Succedit anepigraphi Philoſophi περὶ θείου ὕδατος τῆς λευκώσεως, *de divina Aqua albedinis*; ac deinde ejuſdem Opuſculum *de Auro conficiendo*. Huic adnectitur Ζωσίμου τοῦ θείου περὶ ἀρετῆς *Zoſimi divini de virtute*. Tum *Chriſtiani* (hoc tantùm illi nomen, aut titulus) Opuſculum *de divina Aqua*. Sequitur *Salomonis labyrinthus*. Tum *de temperando ferro*, *conficiendo chryſtallo*, aliiſque naturae arcanis. Denique alia multa ſuccedunt commixta, quae tum *Chriſtiano* nuper memorato tribuuntur, tum *Zoſimo*, cujus Opuſculum *de organis & caminis* commemoratur; demum *Agathodaemoni*, hoc eſt Mercurio. Ibi legitur oeconomia *asbeſti & magnetis*; ibi Vocabularium per ordinem alphabeticum dictionum in *Chryſopeja* occurrentium: ibi methodus *temperandi ferri*, conſcripta ſub *Principe Philippo*. Haec omnia Graece ſcripta. Codex olim fuit Franciſci Patricii viri Clariſſimi. Magna nomina hiſce Libris praepoſita vides, at fere omnia, ut meritò non ſuſpicari, ſed arbitrari licet, adulterina, atque longe ſerius conficta. In Catalogo MSto Bibliothecae Regiae Scorialenſis, quem apud me ſervo, teſtatur David Colvillus, ſe illic vidiſſe *Tractatus Graecos de Alchemia innumeros adeſpotos*. Ita incautis nimiumque credulis retia antiqui nebulones olim tendebant. Neque ſecus egerunt eorum ſimul atque Arabum diſcipuli Chriſtiani Europaei. Habemus & nos Chemicorum volumina

mina Latina, falsò tributa *Alberto Magno*, *Sancto Thomae Aquinati*, *Arnaldo Villanovano*, *Ariſtoteli*, *Platoni*, *Alphonſo Regi Caſtellae*, ac aliis quamplurimis minoris nominis, quorum Tractatuum, ſive nugarum farraginem complectitur *Theatrum Chemicum Zetzneri*, in ſex Tomos ſpiſſi characteris diffuſum. Neque negandum, quin Saeculo XIII. inani huic ſtudio ſe devovere ultra modum coeperint ingenia phantaſtica, & falli aut fallere cupientia. In hanc rem ſat fuerit conſulere opera *Raymundi Lulli*, qui eo Saeculo tum in aliis ſcientiis, tum heic multa ſuaviſſime ſomniavit, atque imitatores non paucos aut aemulos ſibi conciliavit. Nonnullos hujus Codices MStos adſervat Eſtenſis Bibliotheca, ſi tamen ipſum habent Auctorem. Manu quoque exaratum vidi *Magiſtri Johannis de Repetiſſa ſacrae Theologiae Profeſſoris Librum de conſideratione quintae Eſſentiae, qui nuncupatur quinta Eſſentia rerum, tradendus pauperibus*. Fuit hic Scriptor Ordinis Minorum, & vixit circiter Annum MCCXL. Quantopere poſtea invaluerit, & adhuc in honore & uſu ſit apud non paucos pernicioſa haec dulcium deſideriorum officina, non eſt hujus loci inquirere, aut meminiſſe.

Illud potiùs animadvertam, ante paucos annos floruiſſe (idque Eruditis jandiu notum) in maxima Galliarum Urbe virum tum variâ Eruditione, tum editis Libris clariſſimum, quem admiranda opinio invaſiſſe fertur (ipſo tamen pernegante) videlicet, ſi ſacras Scripturas excipias, Tullium, Vergilium, ac Plinium, reliquos antiquitatis Libros figmenta fuiſſe Monachorum, qui Saeculis barbaricis otium ac ſolitudinem non aliâ ratione demulcere ſe poſſe rati, ſeſe exercebant in conficiendis Libris, hos veterum Latinorum nomine inſcribentes, ut aut majorem iis famam compararent, aut cariori pretio divenderent. Non is certe ſum, qui hanc opinionem homine ſanae mentis & Catholico indignam, utpote quae * Septiciſmum, immo & Pyrrhoniſmum invehit, & per latus Religioni ſanctiſſimae vulnera non una infert, refellere velim. Jandiu illam ſapientes viri confutarunt, atque exploſerunt; ipſeque Scriptor ab ea ſe alienum publicâ proteſtatione profeſſus fuit. Literariae Hiſtoriae, Librorumque veterum aliquantulum peritus, novit ſane, aliqua nos habere conficta ab antiquis; ſed ſimul intelligit, fieri nunquam potuiſſe (praeſertim quod eſt ad Hiſtorica) ut tot homines ad tot effingenda conſpirarint. Et ſi quis etiam conſpiraſſet, vires omnino ei defuturas fuiſſe ad mentiendas bono aliquo colore antiquorum res geſtas, & per tempora diſtribuendas, niſi Hiſtoricos praecedentes prae oculis habuiſſet. Quamquam iis etiam habitis apti nunquam fuiſſent rudi eâ tempeſtate Scriptores ejuſmodi ad ſermonem, ſtilum, ritus, ac mores veterum Latinorum tam recte imitandos, ut detegendae fraudis nulla nobis reliqua eſſet ratio. Monſtra haec ſunt in unius duntaxat hominis laesâ aut infirmâ imaginatione nata. Sed is potiſſimùm ſentiat, quantùm haec pugnent contra rerum naturam, qui probe teneat, quot ineptiis, & quàm rudi ſtilo abundarint majores noſtri, dum ignorantiae tempora fluebant, & quàm longè fuerint a ſtilo, ab eruditione, vigore, omnibuſque (uno verbo dicam) antiquorum nervis atque ornamentis. Occurrebat mihi in Ambroſiana Bibliotheca poſt Salluſtii Libros

* Scepticiſmum legi oportere videtur haud dubie.

bros de Bello Jugurthino, Anonimi cujuſdam *Hiſtoria de bellis civilibus inter Caeſarem & Pompejum*. En prima Opuſculi verba; *Cum hyemis tempore Caeſar apud Francigenas, alio nomine Belgas appellatos, detineretur, & ejus eſſet diſpoſitionis eos Francigenas, liberos & Franchos, & in pace confirmare & manutenere &c.* Viden' infeliciſſimum ſtilum, barbarie undique redundantem? Sentis ne eruditionem cum ipſis temporibus, de quibus agitur, incaute pugnantem? Hiſce verbis deſcribenda ſuſceperat veterum acta Scriptor hic miſellus, ſuae tempeſtatis vulnera tam aperte prodens. Eodem ſtilo is pergit uſque ad Pompeji mortem, reliquis in MSto Codice deſideratis. Ante quadringentos annos ille Codex mihi viſus eſt exaratus. Hinc habes, quid poſſent obſcurorum temporum ingenia. Quod ſi non deſunt confictae veterum Epiſtolae, ſpuria Martyrum Acta, Diplomata deploratae fidei, atque aliae ejuſmodi impoſturae, quibus nulla aetas caruit: attamen pleraque ex adulterinis hujuſmodi foetibus ſecum detulere aliquas, eaſque apertas, falſitatis notas, quas rudia quidem Saecula minime animadvertebant, ſed poſtrema haec Secula, reſtituto ſanioris Critices uſu, recte perſpiciunt. Atque heic fateor, me ancipitem diu olim ſtetiſſe, num inter Hiſtorias a ſciolo aliquo ſerius fictas recenſendum eſſet Opuſculum, cujus fragmenta mihi occurrerunt inter Ambroſianae Bibliothecae Codices MStos cum hoc titulo: *Itinerarium Alexandri Magni ad Conſtantium Imperatorem*. Vetuſtiſſimus erat ſimulque pervetuſtis Characteribus exaratus ille Codex, ſed a Librario tam foede identidem corruptus, ut quis ſenſus verbis ineſſet, ſaepe aſſequi vel meditando nequirem. Ego ſpecimen illius Lectori exhibere decrevi, eumque judicem ſtatuere hujuſmodi operis. Prius tamen diffiteri nolo, me dum juvenis haec deſcriberem, locis nonnullis ex ingenio meo, ut aliquis eſſet ſenſus, verba commodaſſe, aliaque a me fuiſſe emendata: cujus licentiae, dum haec ſcribo, me poenitet. Alia tamen loca, qualia erant, vitiata reliqui, ut inde eluceret inconcinnae narrationis imago. Sed aequi bonique faciat humaniſſimus Lector, ſi quod nunc poſſum, quanquam non ſatis, ut vellem accurate, exhibeo. In Notis ad Capitolinum meminit Salmaſius Vitae Alexandri Magni conſcriptae ab incerto Auctore, qui ſub Conſtantio vixit. An hoc ipſum Opuſculum ille indicet, ignoro.

## Fragmentum Itinerarii Alexandri Magni ab Anonymo perſcripti ad Conſtantium Imperatorem.

*Dextrum omen tibi, & magiſterio futurorum, Domine Conſtanti, bonis melior Imperator, me patraturum putabam, ſi tibi orſo feliciter jam, accinctoque ad Perſicam expeditionem, Itinerarium Principum eodem tempore glorioſorum Alexandri ſcilicet Magni, Trajanique conſcriptum offerrem. Et ſane libens & cum amore labori ſuccubui. Regentium enim proſpera in partem ſubditos vocant, & ab horum cordibus exprimunt gratulationis gaudiorumque officia. Ac licèt, ſi quid in iis aut praeterierim, aut implicate retulerim, culpam ſciam in me etiam redundaturam; quoniam tamen quiſque mortalium jure naturae*

turae in eo ſe plus diligit, a quo ipſe defenditur, opus ſuſcepi tributum venerationis futurum: Sed enim quamvis factorum egregiorum ſit inops lingua teſtis ignobilis, ego tamen audacter onus ſubeo, non meis quidem fretus, verùm externi ingenii viribus. Nec de loquacium numero vilibus uſus Auctoribus, ſed quos fidei amiciſſimos vetus cenſura pronunciat, quoſque iſtic, quâ potui, tibi circumciſâ curioſitate collegi, adhibito ſane verborum cultu reſtrictius quàm voti communis utilitas, aut privatae jactantiae gloria petebat. Itinerarium denique pro Breviario ſupraſcripſi, caſtigans operis ejus etiam nomine facultatem, ſcilicet ut virtutibus tuis, animoque laudem ſitienti irritamentum foret in cauſâ olim pari ſcire obſecutam rationi fortunam. Praeſertim cum illinc tu res Martias auſpicére, ubi quemque fidentiorem merita Imperii ſublimarunt. Utinam illic triumphorum tuorum ſtipendiis imbuare, ubi quiſque felicior pro geſtis apicem poſuit, ſcilicet, ut dum hereditaria virtute magnos conatus paternis maturitatibus admoliris, inclytorum quammaxime Principum merita ſupervadas, quouſque protinus te te in omni hac parilitate nec conſilii poeniteat, nec pudeat verò fortunae. Quamquam majora longe felicioraque profecto, ſint vobis exempla de maximis Conſtantinis Patre vel Fratre, certe quae priora ſunt tempora, etiamſi meritis ſecunda tu feceris, ipſos illis, ſi quis functus eſt ſenſus, voto acceſſuros exiſtimo. Tibi enim in Perſas hereditarium munus eſt, ut qui Romana tamdiu arma tremuerunt, per te tamdem ad noſtratium nomen recepti, interque provincias noſtras Civitate Romana donati, diſcant eſſe beneficio viventium liberi, qui omnes illic faſtibus regiis mancipati milites quidem bello, ſed ſervi pace cenſentur. Igitur ſi Terentius Varro Gneo Pompejo olim per

A Hiſpanias militaturo Librum illum Ephemeridos ſub nomine laboravit, ut res externas eidem greſſuro aperiret, ne is Oceani pericula peteret, utque omnes reliquos motus aëreos praeſcientiae fide declinaret: cur ego tibi rem noſtrae ſalutis adgreſſo non ut ex bona flamma virtutum hanc facem praeferam? quantùm enim ingenio minor, tantùm hoc voto B Varrone ſum potior, ut vel inde quamquam corporis liber, animi tamen vobis militem viribus, dum perennibus votis regionem illam peto, quam veteres viam fortitudini ſtraverunt, quaeque tibi nunc pro omnium ſalute carpenda eſt. Neque enim ego heic elegantiam ſermonis affecto, cui de commodo uſus ipſius laboratur, quum ſit felicitas major in tali o- C pere verſari potuiſſe, quod proſit, quàm compoſuiſſe quod placeat, ut quo apertior fuerit dicti ſimplicitas, eo etiam fidei plus & luminis habeat enarratio. Quippe quoniam in tabulis veritas palma rapuerit eloquentiae, quae ubi arte protegitur, Scriptor pro auctore laudatur. Sed mihi heic & materiae parilitas blanda eſt & germanitas ſpei de te D ſcripturo tum Alexandri tum Trajani gloriis potiora promittit, quibus cum tibi ſane commune eſt, fatalem hanc belli lineam tangere. Aetas autem alterius poenes te eſt, alterius verò conſilium, ſi non aetatem vincis. Quippe Alexandro illi interim ſic aequabere: Magnus ille cognomine, tu verò Maximi filius, eâdem fere natus in terrâ, eôdem atque E inde ducis exercitum, numero militum par, ſed melior examine; eandem ulturus injuriam, ſed diſparis contumeliae. Ex quo jure ſane ſit praeſumendum, quod aequali omine militans, pari potiare fortunâ. Hactenus ſocius exemplo, ceterùm pro merito felicior, ſiquidem Deo praeſidi acceptiora ſunt vota, quae jus & modeſtia concepit, quàm quae efferis moribus inconſulta arrogantia rapit. Ille

ſibi

*ſibi ſoli viciſſe gloriatur, factuſque eſt in amicos ſaevior quo felicior, fructu victoriae tumidus, & ob id tumultuatus. Saluti verò Romanae tu militans, ad illius Imperium parili aetate contendis, cujus te gloriae immortalitas comitabitur. Sed ne tibi tantis ac talibus occupato plura obloquar, hinc exordium faciam.*

*Alexander natus Olympiade generis Aeacidarum patre ambiguus fuit. A Jove enim Ammone, ut fama tulit, aut a Philippo Heraclide prodiit. Sed ubi Philippo ſucceſſit, eumque ultus eſt, Pauſaniâ caeſo cum tribus filiis, quod hi praeſidentem Aegenſi theatro Philippum interemiſſent, protinus Imperio Macedoniae potitus, omnique in jus ſuum cum arcibus regiis Peloponeſo quaeſitâ, conſenſu cunctorum in Perſas ducere exercitum meruit, ſolis id modo Lacedemoniis renuentibus. Eorum tamen animos gloriae meliorumque ſpes & alienae ambitionis terror vicit, quoniam imperium ſola res eſt, cujus pretium periculis aeſtimatur. Cum his igitur Alexander aetatis anno viceſimo, ut ſe tanto apparatui idoneum faceret, legit militem voluntarium, ac ſibi voto competentem, non numero uberi, verùm viribus alacritatiſque uſibus animatiſſimum. Etenim ut id eſſet commodius, ſeſe in exemplo ponebat, quippe ipſe viſu arguto, naribuſque ſubaquilinis fuit, fronte omni nuda, plerumque quamvis pinguius fimbriata de exercitio ob vehementiam equitandi, cujus id arbitrio dabat, ex quo reclivem comam jacere ſibi in contrarium fecerat. Idque decentius militi arbitrabatur, quàm ſi deflueret. Statura juvenis mediocris, membris exſuccior, ſed quae nullas ferventi moras adferret, quod plus uſui quàm contemtui lenocinaretur. Crebrioribus quippe muſculis tuberaſcens, miris nervorum coetibus intendebatur, pernix curſu quô vellet, vehemens impetu quê raperetur. Nimius tormento jaculandi configere quem deſtinaſſet peritus, fervens irruere quò auderet, conſtans excipere, quò confideret, eminus certus, cominus violentus, eques improvidus turbiduſque, pedes interritus pervicaxque. Sed quid ego tibi Alexandrum dicam? Tu te videto, nam nec blandiri propoſui, & nolo videri auribus gratioſus, ubi oculus judicium ferre de omnibus poteſt. Is igitur Magnus ſibi Peloponeſum, Urbeſque ſubditas multâ benevolentiâ pigneratus eſt, Thracas quoque animo variantes impigre ſubegit ab Orbelo monte, qui imminet Philippis Urbe Philippaea Haemo uſque ad Iſtri oſtia. Exinde cum mari dextro perque Euxinum militans Meoti tranſmiſsâ jam remeans quum in Gothos irruiſſet, eos quoque ſuperat bello. Die eâdem regreſſus ad ſuos, tum Dabas, Moeſoſque, & Illyrios, Dalmataſque omnes juſtis proeliis ſuperat, componitque, & Thebas Baeotias diruit tumultuatas. Itaque iter in Aſiam auſpicanti nunciatur Orpheos muſici ſtatuam plurimùm ſudaviſſe, idque laboris fore ingentis, ſed tamen laudes ejus certiſſime praenunciari. His magis incenſus verbis Helleſpontum proficiſcitur; mandat imperii Macedonici, ac Peloponeſi Antipatro procurationem ſub ſui nomine; nec plus ſuorum quàm peditum decem, equitumque quinque millibus comitatus proficiſcitur. Agmen verò ceterum, & auxilia aliarum gentium claſſe vehebantur, belli uſibus divite, quae Amphipoli in Strymone incoris * erat. Eo uſque a matre deductus acuitur ad gloriam, ita nobilitas & in feminis periculis eſt amica. Igitur ipſe per Abderam, Maroniamque, tum Hebrum & Melanam amnes, Claſſis verò circuitu omni vigeſimo die Seſton utrique adpulere, Abidumque tranſmittunt, & Diis Heroibus, qui regionem incolunt, litant. Ubique haſtâ humi fixa omen ſibi quiſque facit Aſiae bello quaerendae, quam Perſa*

ſa miles eâ tempeſtate poſſidebat. Exin praemittit Parmenionem & Attalum duces, qui Satrapas ſeptem, omnem Aſiam praetendentes irritamentis a ſeſe diducerent, ſpargerentque quoniam primo conflictu de ſumma belli decernere Alexander declinabat. Sed enim Satrapae notam ignaviae delinantes, quam in ſe ſcirent a Rege ſupplicio puniendam, ubi de Alexandri adventu comperere, apud flumen Granicum congreges locant caſtra, quod is Granicus a Dacis confiniis repens praecipitio montano deſcendens, ruenſque impetu ſonoro, agmen navale arcebat, in quo ſperato ſegnius venerat eminùs Macedo. Res verò erat barbaris ceu ſecura, Graecis ardua, amnem tantae latitudinis, & torrentis profundi abruptis utrimque ripis adverſùm aciem evadere, quae multiplici numero gregatim ſparſis obſiſteret. Nihilominus ubi ſuos quoque Alexander velut ex pari obviaturos ſub luce compoſuit, pauliſper moratus itidem, ut digeſta acies erat, aequali fronte vadum evincere incitat. Ita rem belli aggreditur, audaciâ ne majori an fortunâ ſuâ haud pronuncies: exemploque praeſentium vires adauget. Jamque alveus tot millibus obtentus armatis incertâ fortunâ omnium animos detinebat, quum ad ripas tamdem quidam feruntur. Ubi emerſiſſent, mutuo adminiculabundi ſociorum ſaluti proſpicere, mox ſcutum levare, tela imminentium fundere, praerupta litoris complanare, trudere infeſtantes. Tum quicumque evaſerat prior, vim cavere irruentium, ſequentum ora tueri, & ordines ſtruere laborabat. Satis enim conſtat, heic quoque laudis palmam paenes Regem fuiſſe. Dirigens quippe Alexander ante omnes cornu dextrum, ſcandenſque obviam litoris partem, cum in ſeſe duces hoſtium exciviſſet, ferventius bello uſus hoſtilibus turmis terrorem incuſſit. Namque ubi ei haſta perfracta eſt, dum circumſpectat A ſuos, dumque ſibi porrigi aliam petit, irruenti Mithridati, qui gener Dario Regi erat, telum, quod accepit, interſit. Quo protinus ſtrato, & jam tunc in haec intento a tergo ſupervolat Spyridates, libraveratque jam lanceam brachium bellantis Alexandri petiturus. Sed & iſte interfectus, vetituſque facere, quod minabatur. Eis caeſis aditus bel- B lantibus datus, & virtutis exemplum reliquis inſequentibus. Haec denique fuit mora tranſeuntibus. Tum proelium liberis dextris inſtructum, omneſque ad internecionem hoſtes compulſi fuiſſent, niſi pauci, qui ſtudio fugae arma prae onere abjecerant, in victorum manus incidiſſent capti, quorum plerique Athenienſes Perſis pretio militabant. Hos quidem C ferro vinctos ad Macedoniae rura tranſferri jubet, reliquos humo tradi; praedae pleraque jactans gloriae matri tranſmittit.

Igitur hac belli fortunâ in confidentiam conſequentium eruditus, Lidiae, reliquaſque recepit Aſiae Civitates, Perſis navale bellum fruſtra tentantibus, quoniam terreſtribus undique ſumtibus aut D praeſidiis arcebantur. Fuit tamen Alexandro etiam Halicarnaſſi anceps bellum, Urbemque obſidione vix cepit & diruit. Propitiatus hinc poſt Reginae, cui mox reddidit. Regnum ejus Urbis, ab eàque filium ſe dici dignantiſſime pactus eſt. Exin Lyciam ac Phrygiam ſuas facit: quumque ageret Phaſelide, audit Alexander Aeropi filium adverſù ſe horta- E tu Darii res velle novare; promiſſis additis, ut ſi is Magnum Alexandrum oppreſſiſſet, Regno ejus uteretur. Miſſa ad illum inſuper auri talenta mille, & militia Perſarum. Non ignota haec Alexandro, cui aliunde ſuſpicio erat, inter Philippi interfectores aut conſcios Aeropum fuiſſe, atque ejus heredes callidam occultare dementiam. Et eſt creditu facile, quod conſcientia opinatur ad ſui me-

*meritum. Pergens itaque Alexander Pamphiliae fines protinus tranſit. Hinc Aſpendiis conditione imperatâ ſolicitatis, quum eos juſſis minime obſequentes audiſſet, regreſſus eos tranſeundo captivavit. Tum itinere mutato Piſidiam una cum exercitu repedans, veniti auſam invitamque obſequiis a Galaſſo expugnant Urbem monte munitam, perque Sagarim Phrygiae amnem ad Euxinum venit, ubi de Macedonia coacti milites tum pedites tum equites eidem ſunt additi viribus magis quàm numero potentes. Quibus peractis protinus per Bithyniam, Galatiam, & Cappadociam, ſuperato Tauro Tarſum Ciliciae venit. Arſames Satrapa magnâ cum militum manu bellum patratus, & in Cilicia potens ferebatur. Adverſùs illos Alexander, ut ei mos erat, armis gravis, peditem ſuum pedes ipſe in acie comitabatur. Sed ex adverſo ii fugerant, qui prius arma corripuerant. Arſames ipſe ſuorum conſilium ſecutus eſt. Ubi verò Rex Tarſum invehitur, ſudore & pulvere opertus, Cignum amnem videt Urbis ejus media pervadere, coetu avium coronatum, mundum facie, acutum frigore. Delectatus elemento tali, ſeu potius aeſtu victus, ac deſiderans frigoris, aut etiam ut fortitudinem ſuam intuentium civium theatro jactaret, ſaltu pontem fluminis ſcandit, inque amnem ſeſe translatus alacri ſaltu praecipitat, omnemque latitudinem natat. Verùm minores animo corporis vires fuere, calens quippe ac vaporatus aeſtu, fluminis frigore in intima penetrante, rigentes nervos ita contraxit, ut ipſis vitalibus vi frigoris ebriatis ſpe bonâ medici laberentur, ni amore in eum diligentiores fuiſſent. Et tum quidem fertur illud ſpecimen exſtitiſſe Alexandri virtutum ad amicitiam admirabile. Philippus medicus alvo ejus incitandae potum parabat. Id Parmenion aemulus Philippo venenum noxium dicens, literis* A *Regem uti poculo lethali prohibebat. Quas ubi Alexander hauſturus excurrit, chartam medico legendam praebens, illico ipſe poculum ſtringit, unaque vitium morbi & calumniae diluit, docuitque amicitias probatas ſecundam non recipere deliberationem. Poſtquam id magnae curae Alexandro fuit, Ciliciam quoque ab hoſtibus purgare inſtituit.* B *Jamque Mallon Urbem appulerat Ciliciae non ignobilem, cum Darius ei adnunciatur cum omni apparatu belli biduum abeſſe. Quae res Macedonas itinere praeverſos tantum in belli ardorem ſpe praeſumtae victoriae levat, ut ipſo biduo gravarentur morâ & toedio. Ad Iſſum denique uterque concurrunt, aciemque anguſtis loci faucibus ſtruunt. Atque* C *heic ſane operae pretium foret, ſi modò ſuſcepta opera pateretur, referre in milites utrimque regalia incitamenta, ut hinc Graecis ultionis neceſſitas dicta ſit, & ſui dignitas, & praejudicia fortunae; at contra Perſis adrogantia ventilata, ſummam, ubi fuerint, vitam illic relinquendam, ubi victoria ſequeretur. Quum verò Alexander Hammonis* D *numine &c.*

Doleo nunc, me cetera non deſcripſiſſe. Verùm ultra non ſum progreſſus, quippe fortaſſe nihil mihi tunc viſus eſt Libellus complecti, quod jam a Curtio, Arriano, aliiſque Scriptoribus, & quidem fuſius, in Vita Alexandri Magni, literis conſignatum non haberemus. Praete- E rea ne ipſe quidem Libellus multum procedebat in geſtis illius enarrandis, & potiſſima forſitan paginarum pars in Codice deſiderabatur. Ceterum Anno Chriſti CCCLX. Conſtantius Auguſtus expeditionem Perſicam ſuſcepit, ſed morte praeoccupatus complere non potuit. Heic autem & ſtili vigor, & Praefationis ſeries indicare videntur Scriptorem

non

non alienum revera ab aetate Conſtantii Auguſti, & Latinum potiùs quàm Graecum. Videas etiam ab eo laudari *Librum illum Ephemeridos nomine, quem Terentius Varro Gneo Pompejo olim per Hiſpanias militaturo laboravit*, pro *elaboravit*. Varroniani hujus Operis apud quemquam alium mentionem nondum offendi. Proinde in eam conjecturam abii, non eſſe forſan hoc Opuſculum impoſturam Saeculorum ſubſequentium; immo nobis dolendum, excidiſſe jam, neque in Ambroſiano Codice legi, quae ad Trajani itinera ſpectabant: haec enim in primis Hiſtoriae intererat nobis ſervata fuiſſe. Leguntur etiam in Codice MSto membranaceo Bibliothecae Eſtenſis *Geſta Alexandri Magni*, ab impoſtore quodam ante complura Secula, uti videtur, conſcripta. Ibi multae illius Epiſtolae ad *Didimum Bragmanorum Didaſcalum*, *ad Candacem Reginam*, *ad Taliſtridam Reginam &c.* Aliae *Darii*, *Porri Regum &c.* Subſequuntur *Geſta Julii Caeſaris*, & ipſa a ſciolo quopiam barbaricis temporibus digeſta, multiſque fabulis mixta atque fucata. Liceat addere, nondum mihi fuiſſe perſuaſum, *Phalaridis*, *Hippocratis*, *Diogenis*, aliorumque vetuſtiſſimorum hominum *Epiſtolas*, e quibus pleraſque Cujacius, vir Clariſs. evulgavit, certiſſimos eſſe illorum Auctorum foetus, quorum nomen praeſeferunt. Vereor ego, ne olim tam magnificis nominibus quiſquam illuſerit literario Orbi, aut ne exercitationis cauſsâ confictae in Scholis literae pro veris tandem & venditatae & exceptae fuerint. Ita poſteriorum Saeculorum figmenta puto *Epiſtolas magni Turci a Laudivio Equite Hieroſolymitano* editas, quae in altero Eſtenſis Bibliothecae Codice Anno MCCCC-LXXV. exaratae occurrunt poſt Phalaridis Epiſtolas. Subſequitur in hoc eodem Codice *Quincti Curtii viri clariſſimi Epiſtolarum Liber*. Haec omnia ſuppoſiticia, ſimulque ridenda. Neque omittendae Romanenſes Fabulae, vetuſtis quoque Seculis magni factae, & ab otii amatoribus ſtudioſiſſime perquiſitae, de quibus eruditiſſimum Tractatum noſtris temporibus edidit Clariſſimus Huetius. Immanis ejuſmodi Fabularum eſt antiquitas, eaſque Galli praecipue, Angli, & Hiſpani magnâ animi contentione excoluerunt, quum vulgus, ac muliebre in primis genus, hiſce dulcibus admirandiſque figmentis delectarentur. Cenſet de Marca in Hiſtor. Marcae Hiſpanicae Lib. 3. Cap. 6. *fabuloſarum Hiſtoriarum originem deberi in Occidente ingeniis Hiſpanicis, quae eas componere olim amabant ad uſum hiſtrionum in theatris. Ex hoc fonte*, addit ille, *prodiit liber de Vita Karoli Magni editus ſub nomine Tilpini Archiepiſcopi Remenſis, ut inde ei conciliaretur auctoritas*. Et profecto Rodericus Toletanus Lib. 4. Rer. Hiſpanicar. Cap. X. quanquam plures & ipſe fabulas venditet, nihilominus ait: *Nonnulli hiſtrionum fabulis inhaerentes, ferunt Carolum Civitates plurimas, Caſtra, & Oppida in Hiſpaniis acquiſiſſe &c.* Temperantiora verò in ejuſmodi ſtudio inani fuiſſe Italicorum ingenia, mihi perſuadeo, quum raros hanc in rem foetus ab eorum calamo profectos Bibliothecae nobis offerant. Immo Guilielmus Ventura Hiſtoricus in Chronico Aſtenſi, dum poſtremas tabulas Anno MCCCX. conderet, inter alia monita liberis ſuis relicta, hoc etiam protulit Tomo XI. pag. 228. Rer. Italicarum: *Fabulas ſcriptas in Libris, qui Romanzi vocantur, vitare debeant, quos ſem-*

*per odio habui*. Attamen ut oſtendam, ne illos quidem abhorruiſſe olim ab iſtis Fabulis, exerere juvat fragmentum non contemnendum, non ad eruditionem, ſed ad voluptatem Lectoris, ficta minime averſantis, fortaſſe non inutile. Jam quidquid Chronici Novalicienſis Monaſterii congeſſiſſe potui, conjeci in Corpus Rer. Italicar. Part. II. Tomi II. pag. 700. Monuit me poſtea nobilis vir, & antiquitatum ſtudioſiſſimus, Comes de Robilant, Taurinenſis, ſe incidiſſe in vetuſtiſſimas membranas, mutilas tamen, e quibus illud ipſum Chronicon deſcriptum ante fuerat. Illic deſiderari quidem multa, quae ego deperdita dolueram: ſupereſſe nihilominus paucula, mihi nondum viſa, quae pro ſua humanitate etiam offerebat. Ad excipiendum hoc munus me ſane impigrum non praebui. A Dixeram in Praefatione ad idem Chronicon, ejus Auctorem fabulis mirum in modum fuiſſe deditum. Acceptis novis hiſce fragmentis, luculentius in eadem ſententia ſum confirmatus. Is autem in Waltharii Monachi geſtis recenſendis ante oculos habuiſſe videtur Fabulam quampiam Romanenſem, Saeculo fortaſſe Decimo a B Chriſto nato conſcriptam, & metro illigatam: nam quae fabuloſa de ipſo narrat, aut ex integris verſibus, aut ex hemiſtichiis pleraque conſtant. *Metricanorum* ipſe non uno in loco laudat, ideſt Poëtam, a quo is verſus illos fuerat mutuatus. Ea autem, qualiacumque ſint, apponere juvat, tum ut quaecumque de Novalicienſi C Chronico ſuperſunt, in omnium manibus verſentur, tum etiam, ut Lector habeat ſpecimen Romanenſis Fabulae tandiu in Italia confectae.

## Fragmenta Chronici Novalicienſis, inter quae Fabula de Walthari Monachi primis geſtis Heroicis, Saeculo, ut videtur, Decimo conſcripta occurrit.

. . . . . . . . . . (a) *plenus miraculis claruit. Hic nullum theſaurum in ipſo fabricavit vel adunavit loco, quemadmodum hodie cernitur in ipſis vaſis aureis & argenteis, vel Libris ab ipſo compoſitis. Eodem autem tempore veniens quidam Monachus in ipſa Abbatia ad Abbatem Eldheradum, virum omnia ſanctiſſimum, qui habitabat in vallem Bramitinenſem, ubi hodie dicitur Monaſterium. Habentur nam quaedam in eo balnea calida, muro & calce olim compoſita, & quatuor Eccleſiae ab eiſdem Monachis aedificatae: una in honore Sanctae Dei Genitricis: alia namque in honore beati Petri: tertia verò in honore Sancti Andreae: & quarta in ho-* D *nore beati Martini glorioſi Confeſſoris. Vallis ipſa venationibus & piſcationibus apta, ſed a ſerpentibus oppido infeſta. Hujuſmodi verò Monachi, ut ſupra dixi, quum veniſſent ad Abbatem Eldheradum, inſinuaverunt illi omnem moleſtiam illarum ſerpentium, dicentes:* Domine, *inquiunt*, nequimus ultra E manere in eodem loco, ubi hactenus habitavimus, propter multitudinem ſerpentium inibi manentium. *Qui ait illis:* Nolite timere; ſed revertimini, & terram illam more ſolito operamini. Ego enim ocius ſubſequar vos. *Illis autem regredientibus, ſecutus eſt eos Abbas ille venerabilis cum aliquantis Fratribus, ubi quum per-*

(a) E Libri Primi, qui jam integer excidit, Capite poſtremo pauca haec ſuperſunt.

A perveniſſent ad praedictum Vicum, oratione factâ, in circuitu ipſius Vici cum ferula, quam manu geſtabat, coepit ire, ac multitudinem ſerpentium congregans, adunavit eas in loco quodam modicum cavato. Ibique praecipiens eis in nomine Domini cunctis diebus manere, dicens etiam: Si contigerit vobis uſquam progredi, praecipio vobis in nomine Domini, nemini hominum

B noceatis. Quae uſque in hodiernum diem obediunt cunctae Abbatem illum. Sed quum a magno aeſtu contingit eas calefieri, videntur aliquantulum peragrare per Vicum, & per domos intrare, & ad ignem uſque progredi; aliquando inter duos jacentes in lecto inveniuntur, aliquando verò in cunabulo cum puero cubare abſque ullo nocumento.

C Eſt autem locus ille, ubi praedictae manent ſerpentes, modicus; qui manent in petrarum foraminibus; & eſt locus ipſe ſitus juxta Aguzane fluvium.

Explicit Liber Primus.

Incipiunt Capitula Libri Secundi. (b)

D ERat (c) autem Vallis ipſa valde decora, hominibus copioſa & perluſtrata Eccleſiis....... in orationibus, ubi tantus Monachorum orabat exercitus; in qua nonnullae erant Eccleſiae, in quibus dum praedicti manebant Monachi ſeni vel duodeni, quos cibo & veſtimento adornare accurabant. Et in

E ipſo Monaſterio Coenobitae ipſi praedicti ſunt, qui plures in communem habitant, ut beatus Hieronymus ad Virginem..... dicit. Prima apud eos erat confoederatio praedictis majoribus, & quidquid dixiſſent, facere...... centurias...... haberent. Manebant igitur praedicti ſeparatis & ſejunctis cellulis, uſque ad horam plenam tertiam, ſecundùm inſtitutum illis erat. Ibique Pſalmis, Hymnis, orationibus unuſquiſque vacabat. Nemo pergebat &c. (d)

„ Aſt (e) adoleſcentes propriis conſpe-
„ ctibus ambos
„ Semper ineſſe jubet, ſed & artibus
„ imbuit illos:
„ Praeſertimque jocis belli ſub tempore
„ habentis,
„ Qui ſimul ingenio creſcentis mentis
„ & aevo,
„ Robore vincebant fortes animoque
„ Sophiſtas,
„ Donec jam cunctos ſuperarent fortiter
„ Hunnos.
„ Militiae primos tunc Attila fecerat
„ illos.

Sed non immeritò: quoniam ſi quando moveret bella per inſignes regionum illarum, iſti ex pugna victoriâ micabant. Ideoque Princeps ille quidam dilexerat illos. Virgo etiam, quae cum ipſis ducta fuerat captiva, Deo ſibi praeſtante, Reginae placavit vultum, & ipſa auxit illi amorem. Nobilis ergo moribus & operibus abundans ſapientiae, & ad ultimum verò fit ipſa Regis & Reginae theſauris cuſtodia cunctis, & modicum deeſſe quin regnet & ipſa;

„ Nam quidquid voluit de rebus fecit
„ & actis.

Gybicus interea Rex Francorum defungitur, & Regno illo Cundbarius ei ſucceſſit filius, ſtatimque foedera Pannoniarum diſſolvit, atque cenſum illi deinceps

(b) Liber Secundus jam editus eſt, exceptis ſubſequentibus fragmentis.
(c) Haec ſunt addenda ad Caput Primum Libri Secundi.
(d) ut in editis.
(e) En Romanenſis Fabulae verſus. Hi vero cum reliquis, quae in hoc fragmento prolixori ſuperſunt, addendi ſunt ad Caput Nonum Secundi Libri.

A *deinceps negavit. At verò Haganus exul agnitâ proprii Domini morte, illico fugam parat. Ex cujus diſceſſu Rex cum Reginâ multum dolentes, Walthavium retinere nitentes, ne fortè ſimili exitu illum amitterent, rogare illum coeperunt, ut filiam alicujus Regis Satrapis Pannoniarum ſumeret ſibi uxorem, & ipſe ampliaret illi rura domoſque.* B *Quibus Waltharius talia reſpondit verba:* Si nuptam, *inquit*, accipiam, ſecundùm Domini praeceptum, in primis vinciar curis & amore puellae,

„ Aedificare domos, cultumque in-
„ tendere ruris.

Nil ergo, mi Senior, tam dulce mihi, C quam ſemper tibi ineſſe fidelis; teque, optime, deprecor, Pater, per propriam vitam, atque per invictam gentem Pannoniarum,

„ Ut non ulterius me cogas ſume-
„ re taedas.

*Quum haec dixiſſet, ſermones ſtatim de-* D *ſerit omnes. Sicque Rex deceptus, ſperans Waltharium recedere numquam. Moxque Satrapae illi certiſſima venerat ſama de quadam gente quondam ab Hunnis devicta, ſuper ſe iterum hoſtiliter ruente. Tunc ad Waltharium convertitur actio rerum;*

„ *Quos mox militiam percenſuit ordine*
„ *totam;* E
„ *Et bellatorum conſortat corda ſuorum.*
„ *Nec mora. Conſurgit ſequiturque exer-*
„ *citus omnis.*

*Et ecce locum conſpexerat pugnae, & numeratam per latos aciem campos; jamque congreſſus uterque infra teli jactum*

„ *Conſtiterat cuneus. Tunc utique cla-*
„ *mor ad auras*
„ *Tollitur, horrendâ confundit claſſica*
„ *voce:*
„ *Continuoque haſtae volitant hinc in-*
„ *deque denſae,*
„ *Fraxinus & cornua ludum miſcebat*
„ *in unum,*
„ *Fulminis inque modum cuſpis vibrata*
„ *micabat.*
„ *Fulmineos premunt enſes, clypeoſque*
„ *revolvunt.*

*Inde concurrit acies, & per modum pugnam reſtaurant, ibique pectora equorum partim rumpuntur pectoribus; ſternuntur & quaſdam partes virorum duro umbone.*

„ *Waltharius tamen in medio furit*
„ *agmine bello,*
„ *Obvia quaeque metens armis, hac li-*
„ *mite pergens.*
„ *Nunc ubi conſpiciunt hoſtes tantas*
„ *dare ſtrages,*
„ *Ac ſi praeſentem metuebant cernere*
„ *mortem,*
„ *Et quemcumque locum, ſeu dextram*
„ *ſive ſiniſtram*
„ *Waltharius peteret, cuncti mox terga*
„ *dederunt.*

*Quumque ex victoria coronatus lauro Waltharius cum Hunnis reverteretur, mox Falatini Miniſtri arcis ipſius laeti occurrerunt, equitemque tenebant, donec vir in lytus ex alta deſcenderet ſellâ. Quemque demum fortè requirunt, ſi bene res vergant. Qui modicum illis narrans intraverat aulam. Erat enim oppido lapſus, Regiſque cubile petebat. Illicque in ingreſſu Hilgundem ſolam offendit reſidentem; cui poſt amabilem amplexionem atque dulcia oſcula dixit:*

„ Ocius

„ Ocius huc potum ferto, quia feſ-
„ ſus anhelo.
„ *Illa mero tallum complevit mox pre-*
„ *tioſum,*

*atque Walthario ad bibendum obtulit: quem ſignans recepit, virgineamque manum propriâ conſtrinxit. At illa reticens vultum intendit in eum. Quumque Waltharius bibiſſet, vacuum vas reddidit illi. Ambo enim noverant de ſe ſponſalia facta.*

„ *Provocat & tali caram ſermone.....*
„ *velli.*
„ Exilium pariter patimur jam tem-
„ pore tanto.

Non ignoramus enim quod noſtri quondam parentes

„ Inter ſe noſtrâ de re fecere futurâ.

*Quae quum diu talia & alia hujuſmodi audiſſet virgo verba, cogitabat, hoc illi per ironiam dicere. Sed paulultum quum conticuiſſet, talia illi fatur:*

„ Quid linguâ ſimulas? quid ab imo
„ pectore damnas?
„ Ore mihi fingis toto, quod corde
„ refutas;

tamquam ſi ſit tibi magnus pudor ducere nuptam

„ *Vir ſapiens contra reſpondit, & in-*
„ *tulit iſta:*
„ Abſit, quod memoras. Dextrorſum
„ porrige ſenſum.

Scis enim numquam, me ſimulatâ mente locutum. Adeſt heic nullus, exceptis nobis duobus. Amodo namque eſto mente ſolicita, quae extrinſecus es Regis Reginaeque theſauris cuſtoda.

A „ In primis galeam Regis, tunicam-
„ que trilicem
„ Affer, loricam fabrorum inſigne
„ ferentem.
„ Diripe bina, dehinc mediocria
„ ſcrinia tolle.
„ His armillarum tantùm da Pan-
„ nonicarum,

B donec vix releves unum ad pectoris onus.

„ Inde quater binum mihi fac de
„ more cothurnum.
„ Inſuper a fabris hamos clam poſce
„ retortos.
„ Noſtra viatica ſint piſces, ſimul
„ atque volucres.
C „ Ipſe ego piſcator, ſed auceps eſſe
„ cohortor.
„ Haec intra hebdomadem caute per
„ ſingula comple.

Audiſti, quod habere vianti neceſſe eſt.

„ Poſtquam ſeptenos Phoebus remea-
D „ verit orbes,

convivia laeta parabo Regi ac Reginae, Satrapis, Ducibus, famuliſque; atque omni ingenio potus ſaepius illinire ſtudebo, ita ut nullus ſuperius ſit, qui ſciat, vel recognoſcat, cur vel ob quam cauſam factum ſit tale convivium. Te tamen praemoneo,
E mediocriter vino utere, ut vix ſitim extinguas ad menſam. Reliqui verò quum ſurrexerint, tu illico ad nota recurre opuſcula. At ubi potus violentia ſuperaverit cunctos,

„ Tunc ſimul Occiduas properemus
„ quaerere partes.

Virgo

*Virgo verò dicta viri valde memor praecepta complevit. Et ecce praefinita dies epularum venit, & ipſe*

*,, Waltharius magnis inſtruxit ſumtibus*
*,, eſcas.*

*Luxuria denique in mediâ reſidebat menſâ. Rex itaque ingreditur aulam velis undique ſeptam. Heroës itaque ſolito ſalutans, quem magnanimitas duxerat ad ſolium, quem byſſus compoſuit & oſtrum.*

*,, Conſedit, laterique Duces hinc inde-*
*,, que binos*
*,, Aſſedere jubet, reliquos locat ipſe*
*,, Miniſter.*

*Centenos ſimul accubitus, & diverſas dapes libans conviva redundat. His ſublatis aliae referuntur edendae,*

*,, Et pigmentatas crateres Bacchus a-*
*,, dornat.*
*,, Waltharius cunctos ad vinum hortatur*
*,, & eſcam.*

*Poſtquam depulſa fames, atque ſublata menſa, Waltharius jam dictus Dominum laetanter adorſus, dixit:* In hoc rogito gratiam veſtram, ut clareſcat in primis, atque vos reliquos laetificetis:

*,, Qui ſimul in verbo nappam dedit*
*,, arte paratam,*

*geſta referentem prior......... ordinem ſculturae ipſius, quam Rex accipiens uno hauſtu vacuaverat. Et confeſtim jubet vel quos omnes tali bibitione incitari. Tunc citiſſime accurrunt pincernae atque recurrunt: pocula plena dabant, & inania ſuſcipiebant.*

A *,, Ebrietas fervens totâ dominatur in*
*,, aulâ.*
*,, Balbutit madido facundia fuſa palato.*

*Seniores fortes videres plantis titubare:*

*,, Taliter in ſeram perduxit Bacchica*
*,, noctem:*

B *Nam in re volentes Waltharius munere retraxit, donec perfeſſi ſomno, potuque gravati, per porticibus ſternuntur humo tenus omnes paſſim. Etiamſi tota Civitas igne fuiſſet ſuccenſa, & ipſa flammivoma ſuper ipſos craſſari videretur, ſcilicet minitans mortem, nullus remanſiſſet, qui ſcire potuiſſet cauſam. Tamdem dilectam vocat ad ſe mox mulie-*
C *rem, praecipiens cauſas quantocius deferre paratas. Et ipſe de ſtabulis duxit meliorem equorum, quem ob virtutem Leonem vocitaverat ipſe.*

*,, Stat ſonipes ac frena ferox ſpumantia*
*,, mandit.*

*Poſtquam enim hunc caballum ligamen-*
D *tis ſolito circumdederat, ecce ſcrinia plena gazae, quibus utrique ſuſpendit lateri, atque itinere longo modicella ponit cibaria,*

*,, Loraque virgineae mandat fluitantia*
*dextrae.*

*Ipſeque veſtitus lorica more gigantis,*
E *atque capiti impoſuit ſuo rubras cum caſſide criſtas, ingenteſque complectitur aureis ocreis, & laevum femur ancipiti praecinxerat enſe,*

*,, Atque alio dextrum pro ritu Pan-*
*,, noniarum.*
*,, His tamen ex una tantùm dat vul-*
*,, nera partem.*

*,, Tunc*

„ *Tunc haſtam dextrâ rapiens, clypeumque ſiniſtrâ,*

*coeperat invisâ terrâ trepidus decedere.*

„ *Femina duxit equum, nonnulla talenta gerentem.*

*Ipſa verò in manibus virgam tenet ſimul colurnam, in qua piſcator hamum tranſponit in undam. Nam idem vir maxime gravatus erat undique telis: ob hoc ſuſpectam habuit cuncto ſibi tempore pugnam. Sed quum prima lumina Phoebus rubens terris oſtendit,*

„ *In ſilvis latitare ſtudent, & opaca requirunt.*

*Ergo tantùm timor pectora muliebria pulſabat, ut ad cunctos ſuſurros aurae vel venti haereret, formidans colliſos racemos ſive volucres.*

„ *Vicis diffugiunt, ſpatioſa novalia linquunt,*
„ *Montibus intonſis curſus ambage recurvos.*
„ *Aſt urbis Populus ſomno, vinoque ſolutus.*
„ *Sed poſtquam ſurgunt, ductorem quoque requirunt,*
„ *Ut grates faciant, ac feſtâ laude ſalutent.*

*Attila nempe utraque manu caput amplexatus; egrediturque thalamo ipſe Rex. Waltharium dolendo advocat, ut proprium quaereret fortè dolorem. Cui reſpondent ipſi Miniſtri, ſe non potuiſſe invenire virum; ſed tamen Princeps ſperat, eumdem Waltharium in ſomno quietum recubare, tentum hactenus, ac occultum locum ſibi delegiſſe ſopori.* Oſpirin *verò Regina (hoc illi nomen erat) poſtquam cognovit Hildegunde abeſſe, nec veſtem deferre juxta ſuetum morem, triſtior Satrapae immenſis ſtrepens clamoribus dixit.*

„ O deteſtandas, quas heri ſumſimus eſcas!
„ O vinum, quod Pannonias deſtruxerat omnes!
„ Quod domino Regi jam dudum praeſcia dixi,
„ Approbat iſte dies, quem nos ſuperare nequimus.

Heu! hodie imperii noſtri ceridiſſe columna noſcitur. En robur procubuit, & inclyta virtus!

„ Waltharius lux Pannoniae diſceſſerat inde.
„ Hildegunde mihi caram deduxit alumnam!

*Jam Princeps efferâ nimiâ ſuccenditur irâ. Mutant priorem laetitiam moerentia corda. Sic inteſtinis Rex fluctuatur undique curis, atque ipſo quippe die faſtidit omnino potum & eſcam, nec placidam curam membris potuit dare quietem. At ubi nox ſupervenit atra, decidit in lectum, ubi nec lumina clauſit, vertiturque frequenter de latere in latere, tamquam ſi jaculis transfixus eſſet acutis. Indeque ſurgens diſcurrit in Urbem,*

„ *Atque thorum veniens, ſimul attigit atque reliquit.*
„ *Taliter inſomnem conſumſerat Attila noctem.*

*At profugi comites per amica ſilentia euntes. Tunc Rex notum fecerat, ut ſi quis Waltharium illi vinctum afferret, mox illum auro veſtiret ſaepe recocto. Sed nullus in tam magna regione fuit inventus Tyrannus, Dux, ſive Comes, ſeu*

*ſeu Miles, ſive Miniſter, qui quamvis proprias oſtendere cuperet vires, Waltharium aliquando iratum praeſumſerit armis inſequi. Nota ſiquidem virtus ejus facta fuerat prope omnibus habitatoribus. Qui Waltharius, ut dixi, fugiens, noctibus ivit, atque die ſaltus requirens & arbuſta denſa; heic verò arte accerſitâ pariter volucres arte capit:*

„ *Nunc fallens viſco, nunc fiſſo deni-*
„ *que ligno.*

*Similiter in flumina immittens hamum, rapiebat ſub gurgitibus praedam.*

„ *Sicque famis peſtem pepulit tolerando*
„ *laborem.*

*Namque toto tempore fugae ſe virginis uſu continuit vir Waltharius, laudabilis heros.*

*Et ecce quadraginta dies Sol per Mundum circumflexerat, ex quo Pannoniâ fuerat digreſſus ab Urbe. Ergo ea die, quo numerum clauſerat iſtum, venit ad fluvium jam veſpere mediante, cui nomen eſt Rhenus, quâ curſus tendit ad Urbem nomine Warmatiam Regali ſede nitentem.*

„ *Illic pro naulo piſces dedit antea ca-*
„ *ptos;*

*quumque eſſet trans poſitus, graditur properanter anhelus. Orta verò dies: pariter exurgens praefatam venit in Urbem, ubi Regali coquo, reliquorum certe magiſtro, detulerat piſces, quos vir ille viator dederat. Hos verò dum pigmentis condiſſet & appoſuiſſet Regi Cundhario, miratus fatur ab alto:* Ergo iſtiuſmodi piſces Francia numquam oſtendit. Dic mihi quantocius, quinam homo detulit illos? *Et ipſe reſpondens narrat, quod nauta dediſſet. Tunc Princeps hominem juſſit accerſire eundem.*

„ *Et quum veniſſet, de re quaeſitus*
„ *eâdem,*
„ *Talia dicta dedit, cauſamque ex or-*
„ *dine pandit.*

Veſpere enim per terram reſidebam ego litore Rheni. Conſpexi: & ecce viatorem vidi feſtinanter venire, tamquam pugnare per membra paratum: qua re etenim penitus fuerat, Rex inclyte, cinctus; gerebat namque ſcutum gradiens, & haſtam coruſcam. Viro certe forti ſimilis fuit. Et quamvis ingens aſportaret onus, greſſum tamen extulerat acrem. Hunc incredibilis formae puella decorata nitore aſſequebatur, ipſaque caballum per lora rexit robuſtum, bina quidem ſcrinia non parva ferentem dorſo. Quae ſcrinia, dum cervicem ſcrupes crurum ſuperba glomerare cupiebat, dabant ſonitum, quaſi quis gemmis illiſerit aurum. Hic miles mihi praeſentes pro munere dederat piſces. *Quumque hoc Haggeno audiſſet verbum (reſidebat quippe ad menſam) cujus in medium promſit de pectore verbum:* Congaudete mihi, quaeſo, quia utilia novi.

„ Waltharius collega meus remeavit
„ ab Hunnis.

*Cundharius vero Princeps atque ſuperbus ex hac oratione vociferatur, & omnis mox ei aula reclamat:* Congaudete mihi, jubeo, quia gazam, quam Gybicus Rex pater meus tranſmiſit Attilae Regi Hunnorum

„ Hanc mihi cuncta potens huc in
„ mea Regna remiſit.

Qui

A *Qui quum dixiſſet talia, menſam pede percuſſit, & exiliens ducere equum jubet, & ſellam componere illico ſculptam, atque de omni plebe duodecim elegit viros, vitâ inſignes, & animis probatos, iner quos ſimul ire Haganone jubebat, quos Hagano memor antiquae fidei & prioris ſortis, nitebatur tranſvertere rebus. Rex tamen econtra inſtat* B *& clamat:* Ne tardate: veſtra praecingite corpora ferris. *Inſtructi itaque milites telis (nam juſſio Regis urgebat) exibant portis, ut Waltharium caperent, ſed omnimodis Hagano prohibere ſtudebat. At infelix Rex coepto itinere reſpicere non vult. Interea vir inclytus atque magnanimus Waltharius de flumine pergens venerat in Silvam ab antiquis temporibus vocitatam;* C *nam nemus eſt ingens & ſpatioſum, atque repleta ferarum plurima habens. Ibi ſuetum canibus reſonare tubiſque. In ipſa itaque ſunt * binae montes in receſſu ipſius atque propinqui, in quorum medio quamvis anguſtum ſit ſpatium, tamen ſpecus exſtat amoenum. Mox juvenis, ut vidit,* huc, *inquit*, eamus. *Nam poſtquam fugiens* D *Avarorum armis diſceſſerat, non aliter ſomni requiem guſtaverat idem, quam ſuper innixus clypeo; vix clauſerat oculos. Tum demum bellica deponens arma, dixit virgini, in cujus gremium fuerat fuſus:* Circumſpice caute, Hildegunda, & nebulam ſi tolli videris atram, tactu blando me ſurgere commone. Etiamſi magnam conſpexeris ire catervam, E ne ſubitò me excutias a ſomno, mi cara, caveto; ſed inſtantem cunctam circa explora regionem. *Haec ait: ſtatim oculos concluſerat ipſe deſiderantes frui jamdiu ſatis optata requie.*

*,, Aſt ubi Cundharius veſtigia pulvere*
*,, vidit,*
*,, Cornipedem rapidum ſaevis calcaribus*
*,, urget.*
,, Accelerate, viri: jam nunc capie-
,, tis eumdem.
,, Numquam hodie effugiet; furata
,, talenta relinquet.

*Illico inclytus Hagano contra mox reddidit iſta:* Unum tantùm verbum dico tibi, Regum fortiſſime. Si toties tu Waltharium pugnaſſe videres, quoties ego novâ caede furentem, numquam tam facile ſpoliandum fortè putares. Vidi Pannonicas acies, quum bella egerent contra Aquilonares ſeu Auſtrales regiones:

,, Illic Waltharius propriâ virtute
,, coruſcus,
,, Hoſtibus inviſus, ſociis mirandus
,, obibat.
,, Quiſquis ei congreſſus erat, mox
,, tartara vidit,
,, O Rex, & Comites, experto cre-
,, dite, quantùm
,, In clypeum ſurgat, quam bene
,, torqueat haſtam.

*Sed dum Cundharius, maleſanâ mente gravatus, nequaquam flecti poſſet, caſtris properabant. At Hiltgund de vertice montis procul aſpiciens pulverem ſublatum, venientes ſenſit, ipſum*

*,, Waltharium placido tactu vigilare*
*,, monebat.*
*,, Eminus illa refert, quaſdam volitare*
*,, phalanges.*

*Ipſe verò oculos tonſos ſomno, glaucomate purgans,*

*,, Paulatim rigidos ferro veſtiverat artus.*

*Quumque paululùm properaſſent, mulier coruſcantes ut vidit haſtas, ſtupefacta*

*nimis*, Hunnos hinc, *inquit*, habemus: *& illico in terram cadens effatur talia triſtis:* Obſecro, mi Senior, mea colla ſecentur, utque tuo non merui thalamo ſociari, nullius jam ulterius patiar conſortia carnis. *Cui Waltharius:*

„ Abſit, quod rogitas. Mentis de-
„ pone pavorem.

Ipſe Dominus, qui me de variis ſaepe eduxerat periculis,

„ Is valet heic hoſtes, credo, con-
„ fundere noſtros.

*Haec ait, oculoſque adtollens effatur ad ipſam:* Non adſunt heic Avares, ſed Franci nebulones, cultores regionis.

„ *Aſpicit & gnoſcens adjunxit talia*
„ *ridens:*

En galeam Haganonis: meus collega veteranus, atque fortius. *Hos Heros introitus ſtationis adibat, inferius ſtanti praedicens ſic mulieri:* Coram hac portâ verbum modò jacta ſuperbum: hinc nullus rediens Francus, qui ſuae valeat nuntiare uxori, qui tantum praeſumſerit tollere gazae. *Nec dum ſermonem compleverat, & ecce humo tenus corruit, & veniam petiit, quod talia dixit. Poſtquam autem ſurrexit, contemplans cautius dixerat:* Horum, quos video, nullum timeo. Haganone remoto. Nam ille meos per proelia ſcit mores atque didicit, tenet & hic etiam ſat callidus artem, quem ſi fortè valentem dum intercepero ſolum, ex aliis namque formido nulla.

„ *Aſt ubi Waltharium tali ſtatione*
„ *receptum*

A *conſpexit Hagano Satrapae mox iſta ſuperbo ſuggerit verba:*

„ O Rex, mi Senior, deſiſte laceſſe-
„ re bello
„ Hunc hominem. Pergant primo
„ qui cuncta requirant,

& gentem, & patriam, nomenque,
B & locum relictum; vel ſi fortè petat pacem ſine ſanguine. *Qui licet invitus dicto Haganoni acquieviſſet, miſit illico mandans Waltharium reddere pecuniam, quam deferebat. Ad quod Waltharius talia fertur dediſſe verba:* Ego Patri ſuo eam non tuli, neque ſibi; ſed ſi voluerit eam capere, vi defendo eam effundens al-
C terius ſanguinem. *Quumque haec denuntiata eſſent Gundhario, protinus miſit, qui eum oppugnarent; vir autem ille fortis ut erat, viriliter ſe ab ipſis motitum defendens, illico interficit. Rex autem, ut vidit, & ipſe protinus feroci animo ſuper eum vertitur. Waltharius verò nihil formidans, ſed magis ut ſupra viriliter inſtabat proelio.*
D *Cepit autem & ex illis Waltharius victoriam, occiſis cunctis praeter Regem & Haganonem. Qui quum eum nullatenus ſuperare poſſent, ſimulaverant fugam. Sperans ergo Waltharius eos inde diſcedere, reverſus in ſtatione, acceptâque omni ſuppellectili ſua, & ipſe mox cum Hildegunda aſcenſis equis coepit iter agere. Quumque Waltharius egreſſus*
E *eſſet ab antro quinque vel octo ſtadia, tunc laeti poſt terga ipſius recurrentes memorati viri, quaſi victum eum jam extra rupem cogitabant. Contra quos illico Waltharius, quaſi leo inſurgens, armis perfectus fortiter debellabat bellantibus ſibi. Qui diu multumque invicem pugnantes, ac prae nimia laſſitudine & ſiti deficientes, jam non valebant virorum fortiſſimum ſuperare. Et*

ecce

*ecce reſpicientes viderunt a ſagma Waltharii vaſculum vini dependere.* (f)

Expliciunt Capitula Libri Quarti.

Incipit Liber Quintus. (g)

DE *quodam Monacho, qui ei unâ die alapham dedit.*

*De alio Monacho, Stabilis nomine.*

*De Abbate Gotofredo, qui longe poſt mortem ſuam cuidam Fratri fugienti apparuit.*

*De latrone, qui in vico Novalicienſis furtum faciebat.*

*De lupo, qui ex eâdem Villa puerum deportavit, & minime comedit.*

*De vaccario ejuſdem Eccleſiae, qualiter eum beatus Petrus liberavit a ſerpente.*

*De luctu & planctu Daemonum.*

*De Diabolo, qui in ſimilitudinem joculatoris cuidam Fratri apparuit.*

*De quodam Sancto, qui in ſimilitudinem Paſtoris ferulam geſtabat, & ibi cuidam Fratri apparuit.*

*De Manſionario ejuſdem Eccleſiae.*

*Circa haec tempora &c.* (h)

Carolus (i) *Dei gratiâ* Rex Francorum & Longobardorum, *ac* Patricius Romanorum, *omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Domeſticis, Vicariis, Centenariis, vel omnes Miſſos noſtros diſcurrentes, praeſentibus & futuris. Hoc nobis ad ſtabilitatem Regni noſtri maxime credimus pertinere, ſi illa beneficia, quae anteceſſores noſtri ad loca Sanctorum conceſſerunt, per noſtram auctoritatem confirmamus. Ideoque vir venerabilis* Frodoinus Abbas *clementiae Regni noſtri ſuggeſſit, eo quod inclyti anteceſſores Reges, vel Dominus*

A & Genitor noſter *bonae memoriae* Pipinus *quondam* Rex, *integram........ ad Monaſterium Novalicis in Valle Sigoſina, quod eſt in honore beatorum Apoſtolorum Petri & Andreae, vel ceterorum Sanctorum conſtructum, conceſſiſſent, ut nullus Judex publicus in rebus atque facultatibus ejuſdem Eccleſiae ad cauſas audiendum, vel freda exigendum,*
B *nec manſiones, aut paratas faciendum, neque filejuſſores ad homines ingenuos, aut ſervientes tollendum, nec nullas retributiones,* (k) *quae partibus Fiſci debebantur, requirendum inibi judicari.... poteſtis, ingredere quoquo tempore non deberet. Unde & ipſas emunitates nobis in praeſenti oſtendidit relegendas, per quas ipſum beneficium uſque nunc*
C *tempore conſervatum eſſe cognovimus. Sed per firmitatis ſtudium petiit Celſitudini noſtrae, ut hoc circa ipſo Abbate, ejuſque poſt eum ſuccedentibus confirmare deberemus. Cujus petitionem noluimus denegare. Sed ita in omnibus praeſtitiſſe & confirmaſſe cognoſcite. Praecipientes enim, ut ſicut conſtat ab Anteceſſoribus Regibus, vel Domni Genito-*
D *ris noſtri fuiſſe indultum, inſpectas ipſas emunitates, de omnibus rebus ipſius Eccleſiae infra Regna Deo propitio noſtra Franciae, Italiae, in quibuslibet pagis & territoriis, ſub emunitatis nomine cum omnibus rebus conceſſis valeant poſſidere & dominare, & nulla requiſitione, nec ullum impedimentum a Judicibus publicis tam noſtro tempore,*
E *quàm & ſuccedentium Regum exinde habere non pertimeſcant. Sed ut diximus ſub integra emunitate abſque introitu Judicum in Dei nomine reſedeant. Et ut haec auctoritas firmior habeatur vel diuturnis temporibus conſervetur, ma-*

*nu*

(*f*) Heic ſequitur Caput Decimum Libri Secundi editum.
(*g*) Deſideratur in editis Synopſis ſequentium Capitulorum.
(*h*) Sequitur in editis pag. 730.
(*i*) Haec addenda ſunt ad Caput Vigeſimum Libri Tertii.
(*k*) *fortè* redhibitiones.

*nu propria ſubter eam decrevimus roborare, & de annulo noſtro juſſimus ſigillare.*

*Signum*  *Caroli glorioſiſſimi Regis.*

*Wigbaldus ad vicem Radoni recognovi.*

*Data X. Kalendas Junias, Anno XI. & V.* (l)

Atque hactenus fragmenta Chronici Novalicienſis. Peto nunc veniam, ſi figmentis hiſce ſubnecto, non figmentum quidem, ſed dubium monumentum, videlicet Synodum Syriacam, nemini, ut reor, hactenus viſam, quam immortalis memoriae Fridericus Cardinalis Borromaeus Archiepiſcopus Mediolanenſis e Syrorum Lingua in Latinum ſermonem convertendam curavit, atque in Ambroſianam Bibliothecam a ſe inſtitutam intulit, unde illam ego hauſi. Atque utinam Synodus iſta, uti venerandam prima facie antiquitatem praefert, ita germanus & revera vetuſtiſſimus foetus dicenda foret. Verùm hoc praeſtare nequeo, metuens, ne Cardinali doctiſſimo luſum luſerit Syrus aliquis ſpe lucri ex hujuſmodi merce conceptá. Habita haec dicitur *Anno Undecimo Jeſdarged filii Saporis Regis*, videlicet Perſarum, qui Meſopotamiae, aliiſve Syriae partibus tunc dominabatur. Auctor eſt Theophanes in Chronico, eodem Anno, quo Arcadius Theodoſii Magni filius patri in Imperio ſucceſſit, hoc eſt Anno Chriſti CCCXCV. delatum quoque fuiſſe *Iſdegardi* Regnum Perſarum. Quum ergo Annus ejus Undecimus in Annum Chriſti CCCCV. incidat, eo ipſo celebrata fuerit haec Synodus, dum tamen ab illa abſit omnis fraudis ſuſpicio. Et ſane ſub eodem Iſdegarde Rege floruit *Maruthas Epiſcopus Meſopotamiae, vir eximiâ pietate praeditus*. Illum ejuſmodi elogio ornat Socrates, Hiſtor. Eccleſiaſt. Lib. 7. Cap. 8. qui & narrat, ejus ſanctis moribus & hortamentis Regem adeo fuiſſe commotum, *ut Maruthae permiſerit, ubicumque vellet, Eccleſias aedificare. Exinde apud Perſas Chriſtiana Religio latius propagata eſt*. Parum etiam abfuiſſe tradit, quin Chriſto ſuum nomen Iſdegardes dederit: quod & Theophanes confirmat. Haec ergo recte collineant in Regem & tempus, quo coacta dicitur Synodus iſta. Ad iſta accedant, quae Illuſtriſſimus & Clariſſimus vir Joſeph Simonius Aſſemanus ante paucos annos in Tomo primo *Bibliothecae Orientalis* adnotavit, dum Sancti Maruthae Acta illuſtraret. Is nempe Chronicon Syriacum laudat, a Dionyſio Patriarcha Jacobitarum compoſitum, in quo Sanctus ille Epiſcopus floruiſſe traditur Anno Chriſtianae Aerae CCCCXIV. diciturque duobus Conciliis in Regno Perſarum celebratis praefuiſſe, e quibus primum habitum fuit, imperante Arcadio Auguſto, alterum imperante Theodoſio juniore Auguſto. Quare confluunt & iſta ad perſuadendum nobis, revera celebratam fuiſſe Synodum a Sancto Marutha, cujus Acta fortaſſis uſque ad nos ſervata fuerint. Verùm dum ego, quae ſe mihi obtulere, publici juris facio, primo perpendatur velim, an *Rex Jeſdargea* recte *Saporis Regis filius* appellatus fuerit. Deinde num ejuſmodi Concilium facile putandum ſit in Sym-

(l) Reliqua, ut in editis.

Symbolo pronuntiaſſe, ſe amplecti *Sanctum Paracletum vivum de Patre & Filio*. Quum enim in fine adnotatum fuerit, Synodum iſtam fuiſſe habitam *poſt Synodum CL.* ideſt Epiſcoporum, in Concilio Conſtantinopoli anno OEcumenico Primo congregatorum Anno Chriſti CCCLXXXI. Symbolum tunc efformatum tantummodo habet, Spiritum Sanctum *a Patre* procedere. Num & *a Filio* proceſſerit, diu poſtea agitata fuit acriter quaeſtio inter Latinos & Graecos. Quare heic ſuſpicionem juſtam [A] aut confictì, aut interpolati Concilii ingerit hujuſmodi ſententia. Canone etiam Octavo, ſi *Cucbari* appellatione Romanus Pontifex venit, uti Interpres in poſtrema adnotatione contendit: perpendendum eſt, an affectatione prorſus careat, quod ibi ſcriptum eſt. Quanquam fortaſſe referri haec poſſint ad Antiochenum [B] Patriarcham. Reliqua omitto, ut & ſuus Lectori erudito ſit locus in exigendo ad lapidem Lydium Opuſculo iſto.

## Synodus Syriaca habita Anno Chriſti 405, atque in Latinam Linguam translata.

C*Anones aliqui & ordinationes, quae poſitae fuere a Synodo Epiſcoporum facta in Soloc & Cataiſphon Civitatibus poteſtatis Regni Perſarum, in legatione* Sancti Maruthae Epiſcopi Miphractenſis *ad* Jeſdarged Regem, Anno Undecimo *ipſius Jeſdarged* filii Saporis Regis.

*Convenere Epiſcopi quadraginta in Soloc & Cataiſphon, & erant ipſorum praecipui* Iſaac *Catholicus &* Archiepiſcopus ipſius Soloc & Cataiſphon, & Marutha ejus frater. *Et conſedere in Eccleſia magna ipſius Soloc & Cataiſphon Menſe Februarii, tertiâ feriâ. Et quum legiſſent Epiſtolam miſſam ad eos ab Occidente ab Epiſcopis in terra Romanorum, & conſcripti erant Canones, qui poſiti fuere in Occidente, poſuerunt ipſi Canones hos, qui ſcripti ſunt infra.*

I. *In omnibus Eccleſiis prius Oratio & precatio & obſecratio & ſupplicatio efferatur coram Deo vivo & ſancto pro Regibus, & Principibus, ut habitationem tranquillam & quietam habitemus cum tota ſanctitate & juſtitia, & ipſi* [C] *non excogitent cogitationem ſuperbam & aſperam adversùs Populum Dei.*

### Symbolum poſitum ab ipſis Epiſcopis iſtis Perſis.

II. C*Redimus in unum Deum Patrem omnipotentem, qui per Filium ſuum fecit Coelum & Terram,* [D] *& per ipſum condita ſunt ſecula ſuperius & inferius, & inſuper fecit reſurrectionem & gaudium toti creaturae. Et per ipſum Filium ſuum Unigenitum, qui natus eſt de ipſo de ſubſtantia Patris ſui, Deus de Deo, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero, natus & non factus: qui eſt Filius naturae Patris ſui; qui propter nos homines,* [E] *qui per ipſum creati ſumus, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & induit corpus humanum, & factus eſt Homo, & paſſus, & reſurrexit tertia die, & aſcendit in Coelum, & ſedit ad dexteram Patris ſui, & venturus judicare vivos & mortuos. Et Confitemur in Spiritum vivum &* Sanctum Paracletum vivum de Patre & Filio, *in u-*

*na*

*na Trinitate, in una ſubſtantia, in una voluntate, amplexantes Fidem CCCXVIII. Epiſcoporum habitam in Nizaena Civitate. Quae eſt profeſſio noſtra, & Fides noſtra haec, quam accepimus a Patribus noſtris Sanctis, definitio poſita a Synodo ſancta.*

III. *Quicumque Epiſcopus fiat ab uno Epiſcopo, aut a duobus, deponatur factus & faciens. Itaque quum fit Epiſcopus, conveniant Epiſcopi in Civitatem illam, pro qua inquiritur Epiſcopus, & conſilio & cogitatione Communitatis cogitent, & exquirant de viro, qui habeat curam pauperum, & recipiat hoſpites, & reficiat anguſtiato, & cibet orphano, & viduas, & pecuniam ſuam ad uſuram non det, & ſubornationem non admittat, & in facies in judiciis non accipiat, & a gula & dilectione ventris elonget ſe, & ſit verbo & ſapientia & doctrina Scripturae die nocteque exercens ſe, & ſit in eo intellectus & prudentia dirigendi omnia convenientia Eccleſiae, quae requiruntur ad gregem Chriſti. Unde congregati Epiſcopi cum facultate & cum Epiſtola ipſius Metropolitani & Archiepiſcopi in Populo & Eccleſia ejus, quod ſit ante altare ſanctum tempore, quo offertur Sacrificium, imponatur Euangelium ſanctum ſuper caput ejus, & extendant dexteram ſuper eum omnes aequaliter. Et qui eſt inter eos caput & Senior ceteris congregatis, ille ipſe recitet ordinationem. Et poſtea accedat Epiſcopus, qui eſt ordinatus, & praeficiatur a Metropolitano magno Catholico Solec & Cataiſphon, ferens ſecum Epiſtolam ab Epiſcopis illis, qui eum ordinarunt. Qui verò auſus fuerit & nobis & Epiſcopis alium fecerit aut in vita aut in morte juxta definitionem iſtam poſitam a Synodo magna ac ſancta, factus & factor a toto Clero Eccleſiae ſine miſericordia rejiciatur.*

IV. *Circa Eunuchos verò ſecundùm quod ordinatum eſt in Synodo, ita & nos ſervamus, quia omnis vir, qui voluntate propria abſcindit ſe, & naturam ſuae conditionis laedit, hic in Eccleſia non admittitur. Quod ſi in ſua pueritia a dominis ſuis violenter aut a barbaris abſciſſus fuerit, aut in infirmitate deciſus eſt a Medicis, admittitur in Clerum Eccleſiae, id quod permittit ei Canon Eccleſiae.*

V. *Circa habitatrices, ſicut juſſum eſt a Synodo, omnes nos facimus, quia deinceps omnis vir Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut Subdiaconus, aut Clericus, cujus habitatio cum feminis fuerit, & honeſte & ſancte ſeorſim, ut decet ordinem miniſterii Eccleſiae, non fuerit monaſtice viri cum viris ſeorſum, & feminae cum feminis ſeorſim, hic in miniſterio Eccleſiae nobiſcum non recipitur.*

VI. *Circa lucra obſcoena & conventiones, & uſurae, de quibus mandatum eſt in Synodo ne fiant, omnes nos alacriter ſervamus, quia deinceps omnis vir, qui in miniſterio Eccleſiae noſtrae eſt in aliquo graduum Clericatum, & uſuris & conventionibus utitur, alienus Eccleſiae noſtrae, miniſterioque noſtro eſt, & commixtionem nobiſcum non habet.*

VII. *Circa auguria, & incantamentum, & opera aliena iniquitatis & peccati, haec, quae competunt Paganiſmo, & ligationes, & veneficium, & totus cultus Daemonum, haec omnia anathemate & maledictionibus ab omnibus Eccleſiis, & filiis Fidei noſtrae negentur; & qui inventus fuerit in aliquo iſtorum, ſine miſericordia ejiciatur a tota Eccleſia Chriſti, & uſque in aeternum miſericordia non ſit ſuper eum.*

VIII. *Canon verò iſte injunctus in Synodo, ut bis in anno quolibet congregentur Epiſcopi in Synodo ad invicem, ut per eorum congregationem omnis diſſenſio*

*diſſenſio & calumniae ceſſent; rogatu magno praecipuos Synodi rogamus & perſuademus, ut in duos annos, ideſt ſecundo quoque anno ſemel congregentur, ſedente Rege in Soloc & Cataiſphon, & ſcribente ad nos Dominus Metropolitanus magnus, & Archiepiſcopus, qui ſedet ſuper thronum* Cucharum, *alacriter congregamur, & ad adorationem, & honorem Paternitatis ejus convenimus, & quidquid juſſerit nobis in verbo Dei ſine mora exſequimur, & legem, quam in Chriſto Domino noſtro imponit nobis, recipimus, & cum tremore & amore ejus voluntati conſentimus.*

IX. *Quoad domum verò, in qua ſunt recipiendi hoſpites & pauperes, ut in omnibus Eccleſiis noſtris ſit deſtinata, conſentimus ac perſuaſi ſumus, ut oporteat per epiſtolam recipiantur ab Epiſcopo ad Epiſcopum ejus ſocium, aut a Presbytero ad ſibi ſimilem.*

X. *At ne accedant Presbyteri & Diacones & Subdiacones ad refectorium pauperum, ſed ſit notum coenaculum Clericorum & portiones inde non ſit licitum eis ſumere, ne forte dedecus & injuria adverſus libertatem Eccleſiae contingant, omnes nos conſenſimus, & conſentimus.*

XI. *In loco quoque diſcumbendi..... in coenaculis non eſt in...... lugentium neque in nuptiis. Quicumque eſt in Eccleſia & Presbyteris aut & Diaconibus, aut & Subdiaconis, aut filiis ſtatus, aut conſecratis, aut cuſtodibus januae conſentimus, ut nullo modo liceat eis diſcumbere.*

XII. *Utque in omni die Dominico legatur Evangelium cum aliis Libris, & verbum edisseratur uſque ad tertiam horam, & ad quartam horam, & tunc Sacrificium offeratur, omnes nos convenientes eſſe definimus.*

XIII. *Quoniam autem multa, quae ſunt ſermone illo Canonum Synodi Sanctae illius Nicaenae, recepimus, adjudicamus, ut quilibet vir aut Epiſcopus Metropolitanus, qui praeeſt tribus aut quatuor aut quinque Epiſcopis, aut etiam pluribus forte, ſcribat ipſos Canones iſtos, & coram oculis ſuis ſint ſemper, & ſecundùm eos conſtituant Epiſcopi omne negotium, & ſecundùm eos ſtatuant convenientia pro Poteſtatibus ſuis; poſt verò pauca ipſorum actuum Synodi Epiſcoporum Perſarum.*

XIV. *Seditio quoque Chorepiſcopi multi, qui efficiebantur in una regione, ſeu Dioeceſi, deinceps non fiat, neque ſint plures, ſed unus Chorepiſcopus ſit uni Epiſcopo, & ſufficiat ei, & ubi ſunt plures, interea abſolvantur.*

XV. *Et ſingulis Epiſcopis in Civitatibus ſuis unus Archidiaconus ſit deſtinatus eis, qui & rationalis ac prudens & ſapiens eſt in ſermone ac doctrina; ſitque ei cura circa pauperes, & ſolicitus hoſpitum, & verſatus in miniſterio Eccleſiae, ad corrigendum & ordinandum omnia convenientia.*

XVI. *Et die Dominico ſuper cathedram concionem Diaconi praeſente Epiſcopo, ipſe praedicet Evangelium, ipſe legat, & de omni opere requiſito ad miniſterium Eccleſiae ipſe jubeat, & brachium & lingua & honorans Epiſcopo ipſe ſit, & voluntate occulta Epiſcopi per eum fiat palam, & Presbyteros ſuper ſedilia ipſa ſedere curet, & in capite Diaconorum ipſe ſedeat ſecundùm ordinem, quo ſederit Epiſcopus ſuper thronum.*

XVII. *Item Miniſtros hos, qui vocantur Exorciſtae, ſuper januas tempore miniſterii ipſe conſtituat, & Libros Lectoribus ipſe injungat & tradantur, & Presbyteris & Diaconis & Subdiaconis ipſe diſtribuat Hebdomadam, ut conſecrat Baptiſma & inſerviat Altari, &*

caveant templo & ejus orationibus & rebus. In omnibus Eccleſiis, in quibus ſunt Epiſcopi, ita faciant.

XVIII. Qui hebdomadas recipiunt, & bonis Eccleſiae cibentur, & eorum cubile ſit in domo illa denominata in omni loco nomine miniſtrorum, & omnis Eccleſia & Civitas pro ſua magnitudine diſtribuantur in ea homines hebdomadis. Circa verò proventus & reditus, qui ſequeſtrantur, & dantur viro illi, qui factus eſt Major-domus fidelis Eccleſiae, haec lex ſit, ut claves diſpenſationis & adminiſtrationis ſuper Altare ponantur, & qui futurus eſt Major-domus, ab Altari recipiat ea, & quum deponit adminiſtrationem, aut ipſe ejus Epiſcopus vult eum abſolvere ab hoc negotio, ſuper Altare ponat ipſas claves, & ut meretur retributionem ſuam a Domino Altaris, ſive bene ſive male recipiet.

XIX. Quicumque verò vir Presbyter, qui in Civitate eſt, & aegrotans non aegrotat, & ſuper ſedilia cum ſuis collegis tempore orationis non reſidet, & tempore concionis coram Altari non ſtat, deponatur a miniſterio.

XX. Archidiaconus autem dicito viro Presbytero: offerat Sacrificium, quoties abeſt Epiſcopus. Quum verò Epiſcopus adeſt, Epiſcopus habet auctoritatem jubendi, ut vult, Diaconi quoque ita. Omnis vir Diaconus, qui in Civitate eſt, & aegrotans non aegrotat, & tempore orationis non reperitur in Eccleſia, & in ordine Diaconorum in Populo non ſtat etiam, quum ab Archidiacono jubetur accipere ſtolam, & aſcendere ad ſeaile le...... & accipere Librum, & legere, & ubi legerit, rurſus relinquere miniſterium ſuum, & vagari, ſubeat poenitentiam ſibi convenientem; quin neque in Diaconio liceat ei relinquere Populum tempore orationis, & ſedere intus, niſi fortè aegrotans aegrotat: ſed cum ſociis ſuis in ordine ſtet, & tempore ſacrificii coram Altari ſtet, donec abſolvatur tempus. Adversùs Diaconem haec convenientia ſpernentem, auctoritatem habet ipſe Archidiaconus, ut judicium ſecundùm jus ſuum ulciſcatur contra eum.

XXI. Subdiaconorum quoque eàdem ſimilitudine ſinguli, qui tempore miniſterii non reperiuntur in Eccleſia, niſi aegrotent, aut diſcedant aliquo, & in Choro Pſalmis non ſtant, & ad januas Templi tempore miniſterii non cavent, rejiciantur extra, ne indulgentia iſta ſeu mollities plurimos corrumpat.

XXII. Archidiaconi autem erit haec omnia convenientia rogare, ac inquirere ſingulos. Et ſine ejus conſilio nemini Presbyterorum, aut Diaconorum, aut Subdiaconorum, aut Clericorum liceat adire rus, aut ad aliquem alium locum, ſed ut diligenter & ſplendide decet ipſum Archidiaconum miniſtrare in Eccleſia Chriſti, & eſſe exemplum bonum multis.

XXIII. Quoniam ipſe eſt lucerna Eccleſiae & lumen coram Epiſcopo, verbo ac doctrina ſua neque apprehendatur mos iſte vetus, neque ſit amplius praeſente ſcilicet Presbytero ſeniore non offert Sacrificium ille junior ipſo. Ob hanc cauſſam omnes ſeniores dimittunt, & exeunt, quippe qui locum dantes illis junioribus; nam coram Epiſcopo, ſi ab eo jubeatur, licet illi juniori ceteris in annis offerre. Quod ſi coram Epiſcopo celebrat, & coram ſociis ſuis ſenioribus ſe celebrat ſolum autem abſente Epiſcopo, quicumque Presbyter celebrans majoris eſt honoris, ſive ſenior ſit, ſive junior. Ergo omnibus Presbyteris & Diaconis non licet eis deſerere Altare, & diſcedere, quamvis conveniens ſit exhibere honorem ſibi invicem ſecundùm verbum ipſius Apoſtoli jubentis, ut honore quis ſocium ſuum veluti ſe dignum magis reputet.

XXIV.

XXIV. *Circa morem quoque iſtum contemnendum, qui ſubintravit confuſe & non competenter, ut qui parvuli ſunt, doctrinamque Scripturae non intelligunt, facile & leviter dextera Sacerdotis eis imponebatur ſine diſcretione & examine, deinceps definitio iſta ſit juxta praeceptum Synodi, quia ſuper minorem, triginta annos natum, dextera Presbyteratus non imponatur.*

XXV. *Item non liceat Epiſcopo ordinare Presbyteros, Diaconoſque in locis ſimplicibus, niſi in Eccleſia ante Altare.*

XXVI. *Qui verò ignarus eſt in doctrina, niſi David totum* (ideſt, *Pſalterium*) *& ore ſuo recitet, neque Subdiaconus fiat. Sed admoneatur, ne fiat, donec totum David & ore ſuo addiſcens, recitet. Ob hanc enim licentiam erit obtenebratio in Eccleſia. Quod ſi contigerit, & acceperit quis, prius non eruditus, dexteram Presbyteratus aut Diaconatus, rurſus colligat ſe, addiſcat & conſideret doctrinam, ne dormitent Miniſtri Chriſti, & ſint idiotae in verbo ac doctrina ſua.*

*Poſt verò alia, & ipſis geſtis:*

XXVII. *Omnis verò Epiſcopus in ſua Dioeceſi & Civitate poteſtatem habet ipſe ordinandi Presbyteros & Diaconos & Diſcipulos, & aedificandi Eccleſias, & augendi omnia bona, quae voluerit, ut ſit exemplum bonum. Epiſcopus verò ille Metropolitanus, qui praeficitur ipſis Epiſcopis fratribus ſuis, ſicut eſt honorandus in ipſis Epiſcopis ſecundùm gradum ſuum, ita convenit, ut ad eum pertineat ſcribere cedulam, & monere Catholicum circa quodlibet negotium, quod contigerit inter ipſos Epiſcopos ſibi proximos, & ſub ejus manu ſunt. Et ipſe moneat fratres ſuos de eo, quod ſcribitur ſibi a Catholico, & ab ipſomet ſcito Catholicus quodlibet negotium ortum inter illos; quod ſi contigerit, & ſit querela aliqua inter Epiſcopum & Epiſcopum, aut inter Presbyterum aut Diaconum, & ſuum Epiſcopum, ſive ob convenientiam miniſterii, ſive quod ipſe Epiſcopus fortè non ſe gerit ſecundum caritatem benigne & humiliter, interſit eis Epiſcopus Metropolitanus, qui praeeſt eis, juxta quod ſcriptum eſt in Canone Synodi magnae. Quod ſi fortius ſit ipſo Metropolitano negotium quodcumque, & non valeat pacifice abſolvere illud, ſcribens moneat Catholicum, & liberetur a contritione,* (ideſt, *faſtidio*). *Et ipſe Catholicus ſcribat, & ſecundum ſapientiam ſuam jubeat & abſolvat negotia. Epiſcopo verò illi metropolitare non liceat, ut quaſi vi dominanter aggrediatur negotia Dioeceſis alicujus Epiſcoporum, quibus praeeſt, & inquirere vires. Sed manens loco ſuo ipſemet Metropolitanus ſcribat ad ipſum Epiſcopum illius Dioeceſis circa illud ſcandalum, quod audit, ſi obtemperat ei. Sin autem moneat Catholicum, uti ſupra ſcriptum eſt. Quod ſi voluerit ipſe Epiſcopus Dioeceſis in commemoratione Martyrum, poſtulet ab ipſo Metropolitano, qui praeeſt ſibi, & invitet eum in Dioeceſim ſuam. Hoc ejus erit Epiſcopi, quicumque ſit, ut ſi velit complacere, quibus praeeſt, habet auctoritatem ipſe Metropolitanus convocare ipſos ceteros Epiſcopos, & conſtituere Epiſcopum illum, quem voluerit ipſa Civitas. Poſtquam verò ordinavit eum, tranſmittat eum cum Epiſtola ad Catholicum & perficietur ab ipſo. Extra verò iſta non habet auctoritatem Epiſcopo Metropolitano ſupra Epiſcopos illos, qui ſub ejus manu, neque hoc poteſt, ut gula & magnitudine ventris inquirat eos accipiendi & dandi.*

*Expliciunt Canones poſiti a Synodo Epiſcoporum Perſarum, velut ex virtute Canonum illorum Synodi magnae Nicaenae. Una & hac parte fluminis, & alia & illinc Cataiſphon & Seles vocant*

*cant eam, ſed una eſt. Tempus horum Canonum, Perſarum eſt tempus illud, quod eſt poſt Synodum CL.*

### Anonymi Interpretis Adnotationes in hanc Synodum.

*CIrca hanc Synodum nota primo, Lector, quod licèt tanta fuerit, ac ſit Latinorum induſtria, transferendo ſcilicet in Latinum ſermonem aliarum nationum doctrinas, ut ipſis ſolis ingenii ſagacitatem omnibus numeris abſolutam meritò adſcribere nobis liceat: eos tamen hactenus quampiurima ſcitu digniſſima apud nos Chaldaeo-Syros & Arabes latent doctorum opera, quinimmo fere omnia.*

*Nota ſecundo, Catholicum iſtum, cujus mentionem ſaepe numero haec Synodus facit, eſſe Armenorum Patriarcham. Sic enim uſque in praeſentem diem eum vocant ipſi Armeni. Itaque haec Synodus habita fuit inter Epiſcopos Armenos, Catholicos tamen, atque Eccleſiae Romanae tunc temporis obedientes, ut patet in Prooemio hujus Synodi.*

*Nota denique tertio, Metropolitanum illum* Cucharum, *cujus in Octavo Canone fit mentio, eſſe* Pontificem Romanum, *tum quia haec praepoſitio*

ܪܫܐ ܕܟܠܗܘܢ ܪ̈ܫܐ. ܪܘܪܒܐ

*apud nos Syros eum ſignificat, qui majorem ſe habet neminem. Qui quidem, ſi Secularis eſt, Imperatorem agnoſcimus, ſin autem Eccleſiaſticus, Pontificem Romanum intelligimus. Quamobrem quum in hoc Canone fiat ejus mentio, non ut Secularis ſed ut Eccleſiaſtici, non alius quàm Pontifex Romanus eſſe poteſt: praeſertim quum hoc ipſum colligatur ex ipſomet modo loquendi Canonis. Hoc autem notaverim, tenens, Auctores hujus Synodi fuiſſe Catholicos ante Schiſmatis tempora.*

A Porro in Philoſophicis, Theologicis, atque Aſceticis, quantum utilium, quantum quoque inanium rerum, Ingenia Italorum, dum barbarica Saecula fluerent, nobis dederint, nihil eſt quod ego commemorem, in vaſto praeſertim campo, quem integrum percurrere non leve negotium foret. Illud tantummodo B innuam, diſputatum hactenus acerrime fuiſſe, & adhuc diſputari de Auctore aurei Opuſculi *de Imitatione Chriſti*, quem Galli *Johanni Gerſonio* tribuunt Cancellario Pariſienſis Facultatis, Germani ſuo *Thomae de Kempis* Canonico Regulari, Itali verò *Joanni Gerſen* Benedictino, iis antiquiori, quem Vercellenſem Abbatem C fuiſſe opinantur. Ad iſtam controverſiam minime delatos vidi duos ejuſdem Opuſculi Codices MStos, quos Venetiis adſervant Monachi Benedictini in inſigni Coenobio Sancti Georgii, atque egomet ſub oculis habui. Primus membranaceus eſt, in cujus calce haec ſcripta ſunt: *Finito die XII. Menſis Decembris MCCCLV.* In D operimento ligneo Codicis legitur epigraphe, in membrana cooperta vitro, ſive *Speculari* cruſtâ. Nos *Talco* appellamus, vocem a Germanis mutuati. Eodem tempore, quo ſcriptus Codex, videtur enata & illa Epigraphe, cujus verba ſunt: *Johannes Gerſen de Imitatione Chriſti.* Alter Codex Chartaceus eſt, ſed pervetuſtus. E Titulus alierâ manu, ſed antiquâ, additus haec habet: *Johannis Gerſen de Imitatione Chriſti.* In fine legitur:

*Poſſidet Arzagâ Librum de ſtirpe Johannes,*
*Cui juvenile caput Iſula ſacra tegit.*
*Eſt ſibi Donatu genitor, genitrixque Johanna:*
*Ejus ſunt Fratres B. ſimul & Stephanus.*

Fra-

Fruſtra hactenus quaeſivi, quis fuerit iſte *Johannes Arzaga*, & cujus Urbis *Epiſcopus* fuerit. Felicius inquirent Eruditi Mediolanenſes, apud quos nobilem fuiſſe olim Arzagam gentem novi. Aetate ſaltem Johannis hujus, fortaſſe tamen & antea, exaratus ille Codex fuerit.

Sed quando ſupra vidimus, ne barbaricis quidem temporibus omnino excidiſſe ſtudia *Arithmeticae*, *Geometriae*, & *Aſtronomiae*, repeto nunc, praecipue ſub finem Saeculi Decimi, Geometricis operam dediſſe ſaepe mihi laudatum Gerbertum Monachum, patriâ Aurelianenſem, qui Romanus Pontifex ſub Silveſtri II. nomine Anno Chriſti DCCCCXCIX. electus, magnum nomen, magnam quoque invidiam ſibi comparavit, & Scholas in Italia reſtaurandas curavit, uti in praecedenti Diſſertatione monui. Haec ejus ſtudia, praecipueque Geometricae figurae, ab ipſo uſurpatae, oculos & mentem indoctae gentis adeo praeſtrinxere, ut is pro Mago & praeſtigiatore tunc haberetur, & injurioſa fabula ad poſteros etiam manarit. Exſtat adhuc ejus Tractatus *de Abaco*, ſive *de Arithmetica* in Ottoboniana Bibliotheca MStus, & Epiſtola *de Geometrica quaeſtione* ad Adalboldum, uti & Tractatus *de Geometria*: quae duo poſtrema Opuſcula evulgavit V. Cl. P. Pezius Monachus Benedictinus Tomi 3. Part. 2. Theſaur. Anecdotorum. Sed & ipſum *rei Agrariae*, ſeu menſurae agrorum ſtudioſiſſimum fuiſſe, prodidit Wilelmus Goëſius in eleganti editione Scriptorum ejuſdem rei Agrariae, Amſtelodami Anno MDCLXXIV. procuratâ. Nam in Notis pag. 142. quaerens, an *Julius Frontinus* auctor fuerit fragmenti cujuſdam agrarii, id ſibi minime videri fatetur, tum propter inelegantiam operis, aliaſque ob cauſas, tum etiam, ut ait, *quod haec in MStis adſcribi videam partim M. Junio Nypſo, partim etiam, ut eſt in MSto, Domno Gerberto Papae & Philoſopho*. Tum pag. 156. earumdem Notarum, Libellum *de Coloniis*, a Rigaltio & Holſtenio eidem *Frontino* adſcriptum, ne ipſum quidem tanto viro tribuendum cenſet, ejuſque argumenta ſententiam hanc mihi omnino perſuadent. Liceat mihi in rem iſtam prodere, adſervari in Eſtenſi Bibliotheca Libellum, recentiori manu exaratum, & nonnulla complectentem fragmenta ejuſdem rei Agrariae: quae omnia ſub titulo unius *Marci Junii Nypſi de Menſuris* veniunt. Undique vitiis ſcatere, quae Goëſius evulgavit, jam norunt Eruditi. Ultra etiam modum depravata ſunt, quae in Eſtenſi Codice leguntur. Quum enim imperiti amanuenſes neque voces neque materiam intelligerent Artis Agrimenſoriae, paſſim impingebant, ac monſtra ad poſteros tranſmiſere. Attamen ex quo animadverti, inter ipſa ſphalmata aliquid occurrere, unde Goëſianae editioni aut praeſidium aut emendationem obvenire poſſe ſum opinatus, quaedam ex ea farragine excerpta inferre huc ſtatui, nihil moratus textûs vitia, quae detergenda vix quiſquam ſibi ſumat. Eruditis viris fortaſſis & iſta alicui uſui eſſe poterunt.

M. IV.

# M. JUNII NYPSI
## DE MENSURIS.

*NOtum (a) eſt omnibus, Celſe, paenes te ſtudiorum noſtrorum manere ſummam. Ideoque primum ſedulitatis meae impendium judicio tuo offerre propoſui. Nam conſequi inter aequales quemdam locum, depoſitâ aemulatione, magis conatibus noſtris profuturum credidi, quàm inter eos, qui in hac parte plurimum poſſunt. Itaque quo cultior quorumdam ſit notitia apud te, omnia perlaturus Liber iſte feſtinat, & apud te tyrocinii rudimenta deponens, tecum conferet quidquid a me inter ipſam armorum exercitationem accipere potuit. Nam ſi meretur publicam converſationem, ut ſufferat univerſorum oculos, a te potiſſimùm incipiat. Quod ſi illi parum diligenter adhibitam curam eſſe credideris, ut in aliquam ceſſare videamur partem, non exiguum laboris mei conſequar fructum, quod te monente malignorum lucrifecerim exiſtimationem. Quaeſo itaque, ſi monere non eſt improbum, habeam apud te quamdam excuſationem, quod non potuerit eo tempore conſummari, quo genus hoc, ferventibus ſtudiis noſtris, diſputatum eſt. Omnium enim, ut puto, liberalium ſtudiorum ars ampla materia eſt, cui ne quid deſit, & in hac modica re ſi quid deſit, ingenti animo veri Judicis cuſtodiendum eſt. Clara ſacratiſſimi Imperatoris noſtri expeditio me in ipſa ſcribendi feſtinatione praepediit. Nam dum armorum magis * excreor curis, totum hoc negocium velut oblitus intermiſeram, nec quidquam aliud, quàm*

A *belli gloriam cogitabam. At poſtquam primum hoſticam terram intravimus, ſtatim Celſi noſtri opera menſurarum rationem exigere coepit. Erant dandi interveniendi certo itineris ſpatio duo rigores, quibus in tutelam commendandi ingens majorum aſſurgeret moles. Mox interventu operis deciſâ parte, ferramenti uſus explicuit. Nam quod ad* B *notitiam pontium pertinet, & fluminum latitudinem diſcernere, etiamſi hoſti infeſtare ex proxima ripa poterimus; expugnandorum deinde montium altitudines ut ſcirem, hos venerabiles Diis oratio monſtrabit, quam ego in omnibus temporibus optabam. At poſtquam magnorum habitum experientia religioſius excolere coepit, ad conſummandum hunc* C *Librum, velut ad vota reddenda properavit. Poſtquam ergo maximus Imperator victoriam Dacicam proxime reſeravit, ſtatim ad Septentrionalem plagae annuam vicem tranſire permiſit: ego ad ſtudium meum tamquam ad ocium ſum reverſus, & multa velut ſcripta folia & ſparſa, in ordinem artis laturus, recollegi. Foedum enim mihi videbatur,* D *ſi genera angulorum interrogatus, reſponderem multum. Ideoque rerum ad profeſſionem noſtram pertinentium, in quantum potui, occupatus, ſpecies, qualitates, conditiones, modum, & numerum perſequens, ſatis ampla mediocritatis meae opinio obſervabitur, ſi illa viri tanti auctoritate ſtudentibus profutura judicaveritis.*

*Ergo*

(a) Vide Goëſium pag. 28.

*Ergo ne quid nos praeteriſſe videamur* (a) *Coloniae omnes Maritimae appellantur. Exiſtimo, vel quod mare in his deducitur litoribus; vel (quod pluribus placet) Maritimas appellant, ideo quod ab Alpibus in mare decurrunt. A tribus lateribus intuendum eſt. A Sicilia uſque ad Galliam: contrarius rurſus; pars verò, quae ad mare attingit Macedoniae & Galatiae Epyros partem ſpectant. Ergo in his litoribus Romani Colonos miſerunt Dacos . . . . . . Colonos dari Municipiis, vel ad ſupplendum Civium numerum, qui ſubinde movebantur. Praeterea legem tulit, ne quis in Italia amplius quàm ducenta jugera poſſideret. Intelligebat enim, majorem minuere modum, ſi ſubinde poſſiderent, quod ab ipſo poſſidente coli non poſſet. Et ſicut Populus Romanus omnium gentium potiti ſunt agros, & ex hoſte captos victori Populo Romano partiti ſunt, alios vendiderunt, ut Sabinorum ager, qui dicitur Quaeſtuarius, eum actis limitibus diviſerunt, & denique quibuſdam arctibus laterculis quinquagena jugera incluſerunt. Omnium* (b) *enim Menſurarum appellationes conferamus. Nam Menſurae notantur, ita & de qua loquimur, appellatur; & quidquid pondere, aut capacitate, aut animo finitur, aeque longitudine Menſura appellatur. Quid ergo Menſura ſit, de qua quaeritur, tractemus. Menſura eſt quamplurium & inter ſe aequalium intervallorum. Menſura finitur, ut Pes: per Pedem Decempeda: per Decempedam Actus: per Paſſum Stadium: per Stadium Milliarium, & ſimilia. Menſurarum appellationes, quibus utimur, ſunt duodecim. Digitus, Uncia, Palmus, Sexta, Pes, Cubitus, Gradus, Paſſus, Decempeda, Actus, Stadium, Milliarium. Minima pars earum Menſurarum eſt Digitus. Si quid infra Digitum metiamur, partibus reſpondemus, ut dimidiam aut tertiam partem Digiti. Uncia habet Digitum unum, & tertiam partem Digiti. Palmus habet Digitos ſex, Uncias tres. Sexta, quae tamen Sextans appellatur, habet Palmos tres, Uncias novem, Digitos duodecim. Unciae quadraginta quatuor. Digiti ducenti quinquaginta ſex. In Pede quadrato ſemipedes octo, Palmi quadraginta quatuor, Unciae mille ſexcentum viginti octo, Digiti quatuor mille quinquaginta ſex. Qui habet omnem iſtam menſuram agrorum, diligentius & fideliter exquirenda ſunt. Ideoque monemus, ut quiſque ſuos fines teneat, non alios laceſſat; nam ideo limes agrorum poſitus eſt,*

------ litem ut diſcerneret arvis.

*Nam ante Jovem limites non parebant, qui dividerent agros. Vicinorum autem exempla ſumite, unde poſſitis inculpabiles proferre ſententias. Nam ideo ager pedibus menſuratur, ut veritas declaretur.*

*Nomi-*

(a) Hactenus Frontini verba apud eundem Goëſium.
(b) Sequitur Frontini textus apud Goëſium pag. 29.

## *Nomina Lapidum finalium* (a).



*Orthogoneus Rectus rectum angulum mittit.*



*Iſocelos.*



*Excultellatus lateribus.*



*Iſopleurus Rectus ſubter conſtitutus.*



*Exculinus, ſive Exagoneus.*



*Rumbus, ſive Trapezus.*



*Iſocelos.*



*Pentagonus.*



*Septagonus.*



*Terminus Graecâ literâ ſcriptus.*



*Circulatus perramus metae acutatae ſimilis.*



*Complactus Rumbus Ampligoneus.*

*Ter-*

(a) Vide Coëſium pag. 212.



*Terminus Auguſtalis.*



*Terminus Curſorius.*



*Sepultura finalis.*



*Terminus lineatus.*



*Solus Trigonus illa jaƈtat.*



*Exagonus.*



*Sinagonus.*



*Terminus in ſummo acutus.*



*Perramus metae praeciſae ſimilis.*



*Emicirculus quadratus.*



*Terminus in ſummo acutus.*



*Terminus Trifinius.*



*Terminus in laterculum conſtitutus.*



*Terminus rotundus.*



*Terminus quadrifinius.*



*Spatula curſoria.*



*Spatula curſoria.*



*Terminus, qui angulum ſubjacet.*



*Terminus lineatus.*



*Terminus inverſum poſitus.*



*Arcifinium.*

*Lapides finales in diverſas regiones ſecundùm poſitionem locorum.*



*Terminus gammatus.*

*Noverca.*



*Tivortinus.*



*Varoverrimus.*



*Auguſtalis.*



*Terminus lineatus.*



*Symmatus.*



*Emicirculus.*



*Triideus.*

*Limites Orientis dicuntur Decimani.* A
*Limites Septentrionales dicuntur Cardines.*
*Limites Maximorum & Decimanorum.*
*Limites Actuarii.*
*Limites Intercisivi.*
*Limites Linearii.*
*Limites Sextani.*
*Limites Nonani.*
*Limites, qui curſum Solis ſequuti ſunt.* B
*Limites Praefecturales.*
*Limites Montani.*
*Limites, qui angulum ſubjacent.*
*Limites Uſtrevales.*
*Limites Undecimani.*
*Limites Solitri.*
*Limites Graeci.*
*Limites Regulares.*
*Limite Subjuncivi.* C
*Limites Quinciani.*
*Limites Scutellati.*
*Limites Temporales.*
*Limites, qui curſum Lunae ſecuti ſunt.*
*Limites Diagonales.*
*Limites Depotenſales.*
*Limites Gallici.*
*Limites Decimani.*
*Limites Coronici.* D
*Limites Perpetui.*
*Limites Paſſivi.*
*Limites, qui per antica & poſtica dividuntur.*

## *Nomina agrorum.* (e)

*Ager Centuriatus.*
*Ager Dextratus.*
*Ager Citratus.* E
*Ager Trisagonus.*
*Ager Normalis.*
*Ager Triumviralis.*
*Ager Neronianus podimatus.*
*Ager Caeſarianus aſſignatus.*
*Ager Nigriu in quinquagenos.*
*Ager Meridianus in viginti quinque.*
*Ager commutatus ex beneficio Auguſti.*
*Ager aſſignatus.*
*Ager ſucciſivus.*
*Ager feneſtratus.*
*Ager Ultratus.*
*Ager Teſſellatus.*
*Ager Epiponicus.*
*Ager ſolitrius Sylvanus.*

*Advocatio.* (f) *Praeſtandum eſt, quamquam diverſa ſint, & longe inter ſe diſcernere debeant. Prudentiam tamen eamdem artifices habere debent, qui judicaturi ſunt, & qui advocant, ut praeſtatores. In judicando autem menſorem, bonum virum & juſtum agere. Diverſorum fides quaerenda eſt. Neque ullâ ambitione aut ſordibus moveri. Servare opinionem metris & moribus. Omnis enim artificii veritas cuſtodienda eſt, excluſis illis ſimilitudinibus, quae falſa pro veris ſubjiciunt. Quidam enim per imprudentiam, quidam per avaritiam peccant. Totum hoc judicandi hominem artificem exigent egregium. Erit enim aequiſſimum & in advocationem & in controverſiam, de eâdem fide concordare menſoribus. Sed hoc poſſeſſores aequo animo ferre non poſſunt. Nam dum his veritas expoſita fuerit, adverſus ſinceritatem Artis facere coguntur. Multa ſunt in profeſſione, quae generaliter pro veris ſubjiciuntur, & quaedam quae ſpecialiter, conjecturaliter etiam, metiri Artifices coguntur.*

## *Agri menſurae.* (g)

VEJUS *Civitas, priuſquam oppugnaretur, ager ejus limitibus eſt aſſignatus ex Lege Julia. Poſtea defe-*



(e) Idem Goëſius pag. 26.
(f) Vide Goëſium pag. 128.
(g) Rurſus vide hunc eumdem pag. 129.

ctis his ad urbanam Civitatem aſſociandam cenſuerat Divus Auguſtus. Nam variis temporibus, & adcrendis in partibus, breves agri ſunt aſſignati, cujus ratio item datur circa Oppidum ejus. Sunt enim naturae locorum, quae vicem limitum ſervant, ſed non per multa millia paſſuum concurrunt. Et termini ſiti ſunt pro parte Silicenei, alii Tyburtini. Tyburtini verò diſtant a ſe in pedes CCXL. in pedes CCCXL. in pedes CCCCXX. in pedes DCC. in pedes DCCC. in pedes DXL. in pedes DCLX. Silicinei verò diſtant a ſe in pedes CCXL. CCCLX. CCCCLXX. DLXXX. DCXL. DCCXXV. Quod ſi ſpiſſiores ſunt, riparum curſus ſervatur, earum tamen, quae non per multa millia pedum concurrunt. Et ne eas ripas ſequendas ſperares, quae intra corpus agri naſcuntur, & unaquaeque in ſua ſpatia decidunt, lex Militum eas proclamavit. Et ne id aliquando ſequamini, quod major poteſtas limitum, recturarum, ripaeve non confirmat. Sed ſi converſationis causâ eas partes inter ſe cuſtodiendas cenſuerunt, non recturae imputandum eſt, ſed concurrenti definitioni fides adhibenda eſt. Quidquid enim viarum, riparum, cavearum, multorum agrorum, ſeparandorumve permeantium curſus ſervatur. Pars verò camporum, & ſilvae regionis Campaniae, vel Aureliae, ante a Divo Auguſto veteranenſibus data fuit. In qua regione limites Maritimi appellantur, ubi non ſunt termini lapidei, ſed ligni ſacrificales, qui ab exordio ſunt conſtituti. Nam poſtea juſſu Imperatoris Adriani vice numero limitum termini ſunt poſiti, qui ab uno incipiunt ſcripturae numerum continere, ut puta: Terminus I. & Terminus II. Terminus III. Terminus IV. Terminus V. uſque ad numerum ſuum, vel concluſionem angulorum agri aſſignati.

A B C



Quorum menſura licèt diverſa ſit, ſed tamen diſtant a ſe in pedes CL. in pedes CC. in pedes CCC. in pedes CCCLX. in pedes CCCCLXXX. in pedes D. Nam pars agri, quae circa portum eſt Tyberis, in jugeribus eſt aſſignata, atque oppidanis eſt tradita, & pro extimo libertatis profeſſionem acceperunt. Media autem pars inter Romam & Portum, ceptis quidem menſuris eſt aſſignata ſtipitibus oleaginis adfixis, numeri ad ſingulos angulos ſunt aſſignati. Quorum palorum loco poſtea lapides Graecales ad ſuum numerum, pedumque conſtituti ſunt.

D

Po-

A *Poſtea variis locis deficientibus veteranis, juſſu Imperatoris Caeſaris Trajani, agris termini lapidei ſunt aſſignati. Qui termini accipiunt menſuram per Gamma. Diſtant a ſe in pedes CC. DCC. DCCC-XL. MXX. MCC. MCCCXL. MDC. MDCC. MDCCC. MDCCCC. Ejus enim terrae formam in tabula aenea ab Imperatore Trajano juſſum eſt ſcribi,* B *quod limitibus normalibus maritimis eſt aſſignatum. Quinimmo & ſupra Hoſtis, quod eſt juxta portum, in quo terrae omnis ager jugerationis malum collectum, ſicut & in ceteris, nominatur.*

*Colonia Junonia a Triumviris aſſignata eſt, in qua limites intercifivi ſunt directi. Sed numero pedatura limites ſunt conſtituti in locis quibuſdam rivifinales & cavae, quae ex paſſione ſunt aſſignatae. Termini autem ſunt Silicinei pro parte, & diſtant a ſe in pedes CCCXL. CCC XX. CCCCLXXX. & DC. Ceteri normales rivorum curſus ſervant.*

*Colonia Nepeſis eâ lege ſervatur, qua & ager Faliſcorum. Colonia oppidanis eſt deducta. Ante, limites contra Orientem recturas deducebantur. Poſtea ex omni latere ſunt extenuati. Licet omnes agri ad modum jugerationis ſunt aſſignati, tamen propter naturam locorum ſicuti artifices agrum cenſuerunt, fecerunt gammatos riparum & coronarum natura ſaxi aſſignati.*



C *Sunt & termini mixti, quos pro parte lapideos poſuerunt, alios ligneos, qui Sacrificales appellantur, qui diſtant a ſe in pedes CCCC. in pedes DCCCC. in pedes M. Ceteros normales. Longitudo per rivorum curſu ſervatur.*

*Ager Ametillus lege Imperatoris Auguſti eſt aſſignatus. Veteranis eſt quidem adjudicatus, & aeſtimo ubertatis* D *legem ſunt conſecuti, ubi termini junguntur tam limitum, quàm recturarum circa ipſum Oppidum. Sed extra tertium milliarium lex Caeſariana operata eſt in abſoluto. Termini ſunt aſſignati, qui diſtant a ſe in pedes MCC. alii a ſe in pedes MCCCLX.*

*Colonia Spelatina lege aliâ eſt aſſignata in modum jugerationis, terminis* E *longis lapides ſemiſſales, qui diſtant a ſe in pedes CCLI. CCCCXX. ſemis III. eâ lege menſuram ſervari a noſtris juſſum eſt.*

*Ager Tyburtinus in Centuriis eſt aſſignatus. Poſtea juſſu Imperatoris in ſexagenos quinos, prout occupavit, miſit. Plebe deficiente, aliis paucioribus eſt aſſignatus, termini * pleroſpicis, & in qua obſervatione rationem tantùm oſtendunt, quantùm recturam limitum.*

*Colonia Ferentinenſis lege Semproniâ eſt aſſignata. Sed quod ante limitibus centuriatis fuerat aſſignata, poſtea deficientibus veteranis juxta fidem poſſeſſionis eſt recenſita. Sed numeris uncialibus termini ſunt conſtituti, ideſt Silicinei, craſſi, longi, qui diſtant a ſe in pedes MCCCC. alii ab aliis. Duo longe iidem diſtant a ſe per DC. Ceteri, prout natura locorum invenit, poſiti ſunt.*



* Frontin. de Coloniis apud Goeſ. pag. 131. *Plebe deficiente &c.* Eadem verba referuntur; *plerepicis* tamen pro *pleroſpicis* habet.

Colonia * Orientium Lege Auguſti &c. (h)

Colonia * Govis ab Auguſto deduci juſſa eſt, nam ager in abſoluto tenebatur. Poſtea a Tiberio Caeſare jugerationis modum ſervandi cauſâ lapidum immens...... Reipublicae loca deſignavit. Nam inter privatos gregibus terminos poſuit, qui diſtant a ſe parvo intervallo. Facile reperiuntur. Sunt & per rectura foſſae interjectae, quae communi ratione Gaviorum in jugeribus limitibus intercifivis ſunt aſſignata; ubi cultura ceterum in abſoluto eſt, & relictum in montibus & * ſuccicivis: quod Reges conſueverunt. Nam & inter multa loca hereditaria accepit ejus Populus agrum, qui fundo ſuo ter vel quater vicenus ſitus eſt in jugeribus, & jure ordinario poſſidetur, ſicut Interamne Flaminiae, & Interamne Paleſtina Picenſi.

Caſinum, muro ductum, a Lege Triumvirali in jugeribus eſt aſſignatum &c.

Aquinum, muro ductum, Colonia Lege Triumvirali deducta. Iter Populo debetur pedibus LXXX. Ager ejus perennis militibus eſt aſſignatus.

Nuceria, (i) muro ducta Colonia &c.

Atella, muro ducta Colonia. Nero Claudius deduxit &c.

Setia (k) in Municipium Coloniae, vel familiae Imperatoris Veſpaſiani juſſu acceperunt. Poſtea in laciniis ager ejus eſt aſſignatus. Iter Populo debetur.

Cora (l) Oppidum Imperator Hadrianus cenſuit &c.

Beneventum, Colonia muro ducta, Concordia dicta. Deduxit Nero Claudius Caeſar &c.

Bovianum, Oppidum Lege Juliâ milites deduxerunt Coloniam. Iter Populo debetur per pedes X. &c.

Boville Lege Syllana eſt circumductum &c.

Capua, muro ducta. Colonia Julia Felix, juſſu Imperatoris Auguſti a XX. viris eſt aſſignata. Iter Populo debetur pedibus C. Ager ejus Lege Syllanâ fuerat aſſignatus. A Caeſare Auguſto in jugeribus militibus dividi juſſum eſt pro merito. (m)

Calatia, Oppidum &c.

Claudium, Oppidum &c. poſtea menſuratus, limitibus eſt cenſitus.

Cumae, muro ducta, Colonia &c.

Cales, (n) Municipium muro ductum &c.

Iamonium, Oppidum Lege Syllanâ eſt munitum &c. (o)

Calatium, Oppidum Lege Gracchanâ eſt munitum &c. (p)

Divinium, Municipium &c.

Forum Populi (q) Oppidum &c.

Bola-

* Legendum *Colonia* videtur.

(*h*) Vide reliqua apud Goëſium.

* Aſteriſcus heic, & deinceps, erroris ſuſpicionem indicat. Forte *Gavis*, ut infra.

(*i*) *Nurſia* habet Goëſius.

(*k*) Goëſius habet *Aetium*. Setia Urbs Volſcorum in Latio, nunc *Sezza*. Sed infra eadem rurſus occurrit.

(*l*) Goëſius corrupte habet *Tamirum*. Adhuc Oppidum retinet nomen *Cori* in Campania Romana.

(*m*) De Colonia iſta multa attulit V. Cl. Alexius Symmachus Mazochius Canonicus Capuanus in erudito Commentario Campani Amphitheatri.

(*n*) Goëſius habet *Gallis*.

(*o*) Goëſius habet *Lemonium*. Utrumque nomen corruptum videtur. *Emonam*, ſive *Aemaniam*, aut *Anonium*, in finibus Italiae, huc adſciſcenda non puto. Neque *Humanam* ſive *Numanam* olim Urbem. Anonymus Ravennas memorat *Laminium*, & *Lanimunium*, Italiae Civitates. Sed & iſta nomina vitiata ſuſpicor.

(*p*) Goëſius habet *Catium*.

(*q*) Idem Goëſius habet *Forum Livii*.

*Bolaterra Colonia Lege Triumvirali &c.*

*Capis Colonia &c.*

*Fabrateria, muro ducta &c.*

*Fundi, Oppidum muro ductum. Iter Populo non debetur. Ager ejus ſub Auguſto veteranis eſt aſſignatus. Cultura ceterum in ejus jure & in publico reſidet.*

*Havum,* (r) *Oppidum Lege Sullanâ munitum &c.*

*Surrentum, Oppidum &c.*

*Sueſa, quae & Arunca dicitur, muro ducta &c.*

*Signia, muro ducta &c.*

A *Teanum, quod eſt Sidicinum, Colonia, Trebula, Municipium &c.*

*Tereventum, Oppidum &c.*

*Veletre, Oppidum &c.*

*Menſurae rationabilium agrorum.*

*Ager eſt Arcifinius &c.* (ſ)

*De Succiſivis controverſia, &c.* (t)

B *De locis publicis ſive Populi Romani, ſive Coloniarum, Municipiorumve, controverſia eſt &c. ut ex proximo in Monte Mutelli.*




C *Nam & Coloniarum & Municipiorum ſimilis eſt conditio, quoties Reipublicae data aſſignataque fuerint, ab aliis obtinebuntur, ut ſucciſiva conceſſa.*




D *De locis relictis & extracluſis controverſia eſt in agris aſſignatis. Relicta autem loca ſunt, quae ſive locorum iniquitate, ſive arbitrio conditoris relicta, limites non acceperunt. Haec ſunt juris ſucciſivorum.*

Ex-

(r) Corrupta vox. Goëſius habet *Gavis*. Sed ſupra *Gavis* ſe nobis exhibuit.
(ſ) Vide praelaudatum Goëſium pag. 38.
(t) Vide eumdem pag. 42.



*Extracluſa loca ſunt, quae juris ſucciſivorum, quae ultra limites, & ultra finitimas lineas erunt. Finitima autem linea menſuralis eſt, quae aut aliqua obſervatione, aut aliquo terminorum ordine ſervatur. Multis enim locis aſſignationes agrorum & immunitas ſuperfuit, ſicut & Luſitaniae finibus Auguſtanorum.* A




*De locis ſacris & religioſis controverſiae plu. mae naſcuntur, quae jure ordinario finiuntur, ſi de locorum modo agitur, ut de locorum publicorum in montibus, aut aedium, quibus ſecundùm inſtrumentum finis reſtituendus eſt.* B




*Similiter* (u) *locorum religioſorum, quibus ſecundùm cautionem modus eſt reſtituendus, quatuor ſigna ea, quae poſùiſti in limitem, aliis corniculis tenebis* C

(u) Vide Goëſium pag. 287.

*nobis alium limitem; & ſic menſuras agis, ut ſcias primam, an in limitis lapidibus Centuriae ſigna ſint. Lege ſcripturam lapidum. Si in uno rigore ſunt decimanum adſcriptum habes, ut, puta, decimanus primus, aut ſecundus aut tertius, vel quantuſcumque in aliis lapidibus fuerit ſcriptus. Duo lapides in lineam decimani: contra alios alii. Si verò in cardine linea fuerit, ſimiliter in ambobus lapidibus unus cardo ſcriptus erit. Item zaconem lapidis, ſi fuerit, ſic deprehendis; ut, puta, primum lapidem, quem inſpexeris, ſi ſcriptus eſt decimanus quintus, cardo XII. & alius decimanus ſextus, cardo XIV. Apparet per hos duos lapides, quia non cardo, nec decimanus eſt, illos in zaconem eſſe.*

*Varationem in agris diviſis ſic reponimus, ut puta lapidem a lapide pedes*
A *XX. Semperque praecedens XX. quoniam ſolum eſt, ſumo partem XX. Item varationis modus fit, ideſt ſi repoſitionem facies, ut per actus ſingulos pedes, quos varaſti, repones, ſi eumdem limitem agere neceſſe fuerit. Sed ſi ultra agros eum prodideris extra pedes XX. adhunc unum actum renormabis pedes XXI. & ſignum ad perpendiculum pones. Deinde in aliis*
B *pedibus inſequentibus CXX. ſimiliter & ſignum ponis. Deinde apprehenſis ſignis duobus, & lapide, recto limite ibis ſimiliter. Si verò ire volueris a lapide, a quo exieris, detrahis in actibus varationis pedes quantum adjeceris, ſi in priorem eas, hoc non ſolum obſervare debes, ſed in pedes LX. vel LXXX. plus minus, pro ut ratio poſtulaverit,*
C *facere debebis.*




*Aliâ ratione, ut quodcumque &c.*

*Quod ſi monti ordinato ſemina naſcuntur, omnia ſecundùm loci naturam habentur, cum non idem, hoc eſt totidem amborum ordines capiant, quot partes ejus in campo limes recte cultellabitur.*

*Limitum prima origo, ſicut Varro &c.*(x)

*Decimanorum* (y) *numerus in Septemtrionem ſi creſcet, erit pars dextrata. Sic ſcies te in dextrato & in citrato*
D *eſſe. Edimus ſemper partem ſolidam limitis, ut ad ſolidam varationem habeamus. Ut nunc limites CCCLXXV. Sumo partem XL. ubique convenerit, fit XXXI. Item XVII. fit...... hoc in portionem limitis & varationis ſive in priore repoſitione faciemus, & retrahabimus, ut ſciamus, quantum ad ſingulas repoſitiones aut adjicere, ſi in priore*
E *ibimus, aut demere, ſi retro revertimur.*

*In*

(x) Et pag. 215.
(y) Et pag. 298.

XXXI.




*In agris diviſis ſolent lapides in Centuriis non parere; ſed ſunt termini, qui inter limites conſortales finem faciunt. Aream prehendas in limite. Interponis & comprehendis lapidem, qui eſt in* A *angulo Centuriae, & tractabis, quomodo latitudinem ad longitudinem. Quod tibi fuerit, tractabis ſimiliter, & hi potius...... areae ponis...... & comprehenſis.*




*Aut lapis in angulo fuerit, & in alio angulo alius quaſi qui perſpiciatur in Zacono. Similiter duo lapides. Et quia in Centuriis paria latera ſunt latitudinis, ſimiliter & quacumque vol-* B *veris, verſuram facies normaliter. Et totidem quot inveneris cultellabi, comprehenſis limitibus in extremitatibus formarum.*




*In agris diviſis ex Julio Frontino Siculo ſucciſiva fiunt, in quibus Trigoni Trapizea pentagona ſunt. Et nihil aliud niſi modus jugerum aſſignatorum,* C *& nomen ſcriptum eſt, rectorum angulorum ratione conſtringi. Itaque maxime providere debemus, quod ſub ferramento quidquid occurrerit, tranſeamus. Adhibere dein-*

A *deinde metiendi diligentiam, quis potius actus incenſiti imitationis effectum lateris longitudinem aeque & ferramentum primum, ut & omnia indomito perpenſo dirigere. Cujus ex omnibus corniculis expenſa ponderibus inter ſe compara fila * zenuere vitas; ita perſpicere, dum haec proxima conſumtio alterius viſum ſola metiatur: tunc ductare metas, & eaſdem* B *tranſpoſito inter extremas metas ferramento reprehendere eodem momento, quo tenebantur, & coeptum rigorem ad interverſuram aut finem perducere. Omnibus autem interverſuris tetrantis locum perpendiculis oſtendat. Cujuſcumque loci menſura agenda fuerit, eum circuire ante omnia oportet, & ut ad omnes angulos ſigna ponere, qui normaliter ex rigore* C *aguntur. Poſito deinde & perpenſo ferramento, rigorem ob ſecundo maximo lateri ductare, & collocatis crepitis alteram partem rigoris mittere. Qui cum ad extremum pervenerit, parari...... primi rigoris, exeat, & ſeu in rigore ductando, quaedam dubitando. Incurrunt valles, loca fragoſa, arbores, quae propter moras aut fructus ſuccidi non* D *poſſunt. Nam aedifi.ia & maceriae, petrae, aut montes, & his ſimilia; & haec quacumque ratione optime poterit, menſuram accipere debent. Si fuerit ergo Vallis, quae in conſpectu agentis exſuperet, per ipſam metis ad ferramentum appoſitis erit deſcendendum. Cujus rigoris incenſum, ut ſe in contrario aequemus, affictâ ante lineâ, capitulum per-* E *ticae aequaliter & perpendiculum cultellare debemus, & perpenſum rigorem extendere lineam, in qua cultum locum perpendiculus aſſignat. Nam quoties cultellamus ſine linea, conſpectum iterum ſaepe excedimus, & feſtinantes ex eo loco iterum rigorem conſpicimus: tunc in illâ perticarum quamvis exiguâ converſione non minus fit diſtendi. Quod ſi jacentia quamvis, compreſſiore autem valle, & ultra quàm proſpici potuerit, evadendi difficultatis causâ, ſit tranſire, ut ulteriorem partem ductare minus metas tres. Quibus impreſſis, tranſpoſito ferramento recipere priores oporteat: & perpenſo caeli rigore, quantum res exegerit, perducere debemus.*

*Si in agri* (z) *quadratura tibi ductanti occurrerit flumen, quod neceſſe ſit varari, ſic facies. Rigor, qui impegerit in fluvio, exinde verſuram facies: & in qua parte veneris, tetrantem pones. Deinde transfers ferramentum in eo rigore, quem ductaveris, qui in flumen impegerat. Deinde transfers ferramentum, & comprehenſo eo rigore, quem ductaſti, verſuram facies in partem dextram. Deinde exigis medium illum in duas partes, & ibi ſignum ponis. Deinde figes perpenſum ferramentum ad ſignum, quod divident duae partes, quas diviſiſti. Et fixo ferramento, & perpenſo, comprehenſo rigore ab umbilico ſoli, emiſſum perpendiculum quum ſuper ſignum ceciderit, percutis croma, donec comprehendis, ſignum, quod poſueras trans flumen. Quum diligenter comprehenderis, tranſis ex alia parte, & manente croma, ductabis rigorem. Ubi ſe conſecuta fuerit norma tua cum eo rigore, quem ductaveris, ſignum ponis, & exigis ad numerum ad ſignum tetrantis. Sed quia linea, quam ſecutus eras, media duo trigona oſtendit &c.*

EXCER-

(z) Vide Goëſium pag. 285.

# EXCERPTA

## E CHARTIS

# ARCHIVI

## PISANI ARCHIEPISCOPII

Ab Anno Chriſti DCCXX. uſque ad Annum MCXCIX.

NUNC PRIMUM EDITA.

# IN EXCERPTA
## E CHARTIS
## ARCHIVI PISANI ARCHIEPISCOPII
## *PRAEFATIO.*

QUantum infra Graecam & Romanam jaceat Eruditio barbaricorum Saeculorum, jam alibi animadverti. Quod ergo praeſtiterunt hactenus viri de re Literaria bene meriti, in pluteis Bibliothecarum Libros & Opuſcula MSta, in Archivis Diplomata & Chartas expiſcati ſunt; haec enim una ratio ſupereſt, qua tenebricoſis iis temporibus aliquid lucis adferri poſſit. Eorum veſtigiis & ego inſtiti pro viribus tum in Opere iſto, tum in Collectione Rerum Italicarum. Juvat nunc proferre ſyllogen Chartarum, quas ex inſigni Archivo Archiepiſcopii Piſani excerpendas duxi. Laudandum vero in primis eſt mihi nobile conſilium Illuſtriſs. & Reverendiſs. viri *Franciſci Froſini* Archiepiſcopi Piſani & Primatis, quod ante aliquot annos ejuſdem Archivi Chartas deſcribendas, & in unum volumen compingendas curaverit. Illius exemplum utinam & aliae Eccleſiae, ipſaque Monaſteria, quibus eſt veterum Monumentorum copia, imitarentur. Quod ejuſmodi Regeſto uti mihi quoque licuerit, tribuendum eſt eximiae humanitati Illuſtriſs. ac Reverendiſs. ejus in Archiepiſcopatu Piſano Succeſſoris, *Franciſci* videlicet ex antiquiſſima & generoſa *Comitum Guidonum* ſtirpe progeniti. Ut enim ille eſt bonarum Literarum amantiſſimus, atque erga earum cultores probe animatus, vix a me rogatus, quod exoptabam liberaliſſime conceſſit. Inde igitur quae alicujus uſus ad Eruditionem barbarici aevi eſſe poſſe ſum arbitratus,

ea ſelegi, reliquis dimiſſis: Neque enim quaecunque Chartae veteres temporum edacitatem evaſerunt, luce omnes dignae ſunt. Ejuſmodi honor ac beneficium, ſi quid video, illis tantum deferendum eſt, quae opem conferre poſſunt ad ſtatuendam Chronologiam Imperatorum, Regum, aliorumque Principum, aut Romanorum Pontificum, atque Epiſcoporum; tum quae Magnates antiquorum temporum, aut inluſtria Monaſteria nobis oſtendunt, aut aliquid non vulgare ad veterum ritus dignoſcendos, ad Hiſtoriam, ad Geographiam, aliaſque Artes inluſtrandas complectuntur. Oneri forent, non eruditioni, quae nihil horum praeferunt, leves nempe donationes, emphyteuticae conceſſiones, aliaque ejuſmodi acta a plebejis hominibus nullâ memoriâ dignis profecta. Poſtrema haec una tantum grandis antiquitas commendare nobis poteſt, qualia fere ſunt conſcripta ante Annum Chriſti Octingenteſimum.

Multum ſane debemus Ferdinando Ughellio, quod ingenti labore ac ſtudio Italiam Sacram primus nobis dederit, eamque tot antiquis Monumentis refertam, e quibus barbaricorum temporum Eruditio plurimum lucis accepit. Multum quoque debemus doctiſſimo Coleto, qui non ſolum novam inſignis illius Operis editionem Venetiis inſtruxit, ſed etiam auctario magni faciendo, & compluribus etiam emendationibus locupletiorem nobis exhibuit. Quod tamen non ſemel dixi, heic repetam. Videlicet optandum eſſe, ut quiſquam laboris impatiens, & cui commodum ſit per univerſam exſpatiari Italiam, ſingulas rurſus adeat Eccleſias, & earum ſuperſtites Chartas diligentius conſulat: qua ratione aut nova Italia Sacra effingi, aut ſaltem vetus expurgari, augerique, & compleri poterit Hoc in Gallia Sacra praeſtiterunt, aut adhuc praeſtant Clariſſimi PP. Benedictini e Congregatione S. Mauri. Nempe in Ughellii Opere quam plurima offendas Diplomata, aliaque vetuſtatis documenta, non eâ, quae par erat, diligentiae menſurâ deſcripta. Hiſce adhibenda foret medica manus. Alicubi etiam confuſa eſt Epiſcoporum ſeries, & Chronologia; Epiſcopi quoque ſuppoſiticii additi; nullaque ratio habita fuit aliorum monumentorum, quibus tamen tempus pepercit. Exemplo erunt, quae nunc ex Archiepiſcopali Piſarum Archivo depromta publici juris facio. Ex iis intelliges, quam parum accurate digeſtus fuerit ab Ughellio veterum ejus Epiſcoporum catalogus. Quo quidem in argumento jampridem verſatus fuit Clariſſimus Vir P. D. Guido Grandius, Camaldulenſis Abbas, illuſtre non ſolum Piſanae Academiae, ſed & univerſae Italiae ornamentum, in Epiſtolâ *de Pandectis* Anno MDCC-

XXVII.

XXVII. editâ. Sed haec eadem, ipſis Chartis productis, confirmata, aut luculentius inluſtrata in poſterum habebis. Quod tantummodo Lectorem monitum volo: qui omnia publica Acta praelaudati Archivi Piſani e membranis deſcripſit, ſuo quidem munere ſatis laudabiliter functus fuit, & fideliter quaecumque intellexit, exaravit. At quia non omnium eſt probe aſſequi breviatas antiquorum voces, & barbarica verba & phraſes, quae in iis occurrunt: complures ipſe lacunas in exemplo ſuo reliquit, quas complere mihi longe poſito non licuit. Quum tamen ex iis nulla ſit, quae argumentum Chartae vitiet, aut tenebris conſpergat: nullam mihi moleſtiam ejuſmodi defectus attulit, nullam inde Lectoribus obventuram ſpero.

# EXCERPTA

## E CHARTIS

## ARCHIVI PISANI ARCHIEPISCOPII.

### Charta venditionis factae a Sundualdo Piſano honorabili viro. Anno Chr. 720.

IN nomine Domini Dei noſtris Jeſum Chriſti. Regnante Domno noſtro Liutprand Rege, Anno Hoctavo (1), ſup die Quartam Kalendis Februari, per Inditione Tertia. Conſtant, me Sunduald, vir honorabilis, hac dies arvitrium bone mee voluntatis............ eniente, neque aliquis me ſuadente, niſi bono animus meus vindediſſe, & vindedi, tradediſſe & tradedi tivi Filicauſi, medietatem de Caſa meas infra Civitatem cum gronda (2) ſua livera, tam ſolamentum, quam ligname ſine grondas, ipſa medietatem de caſas cum petras, que inibi eſſe vidi...... tibi Filicauſi venondavit, atque tradedit, de quibus pretium petivi. En in preſenti accepit auris Solidos nove tantummodo, ſicut inter nobis bono animus in placetum convinit, & conſtant me in omnibus eſſe ſuppletus, & nihil mibi in amplius pretium reddevire videris ſet omnia mibi cum-

A pletus pariaſti. Unde atmodo tu ſupraſcripto Filicauſo ipſa medietatem de caſa cum ſolamento haveas, teneas, poſſedeas tu, tuiſque, vel heredibus tui in perpetua temporibus vindici atque defendas, & quidquid exinde agere, facere volueritis vendendo, donandi, ut potens firmiſſimus domino in tua...... emturi ſit poteſtatem ipſa medietatem de caſa

B vel ſolamento quia tivi venondavit atque tradedi. Et quod non credimus, nec fieri potens, ut ſi contra hanc cartula venditionem a me facta ire, venire temptavero ego per me Sunduald, aut heredibus meus, & menime potuero defendere aut anſtare ipſa ſupraſcripta medietatem de Caſas de quacunque homine ſit tivi emturis, componimus pine nomine auri

C Soledos Denarios dece octo, quod eſt dupla bona conditionem, & cartula venditionis in ſua permaneat firmitatem. Unde pro monimine & cautila praeſentis futuri temporibus anc cartula venditionis Anſolf Notarium ſcrivere rogavit.

Actum Piſa, per Inditione ſupraſcripta feliciter.

Signum

(1) Hinc certum habes, Liutprandum Langobardorum Regem initium Regno ſuo dediſſe Anno Ch. 712.

(2) Pars prominens tectorum, ſive tegularum. *Subgrundes* habet Varro de Re Ruſtica.

*Signum manus ✠ Sundwald Vir Honorabilis, qui hanc cartula ſcrivere rogavit.*

*Signum manus ✠ Pertualdi V. D. teſtis.*

*Signum manus ✠ Audolfi V. D. teſtis.*

*Signum manus ✠ Veoglantis V. D. teſtis.*

A

*Signum ✠ manus Coliutulo V. H. teſtis.*

*Signum ✠ manus Gundualdi V. D. teſtis.*

*Signum ✠ manus Reparato V. S. Clericus teſtis.*

*Ego Anſolf Notarius rogatus & petetus ab Sundwald, qui hanc cartula ſcripſit & deplevit.*

## Charta venditionis factae a Candido Clerico, teſte Johanne Epiſcopo Piſano. Anno 730.

*IN nomine Domini Dei Jeſu Chriſti. Regnante Domno noſtro Liutprand vir excellentiſ....... ejus, Octavo decimo, menſe Januario, Indictione Tertiadecima. Candido venerabilis Clirico, filius condam...... doloni anc dies arvitriom & benigna voluntatem vendidiſſe, & vindedi, tradidi tivi Larino, terrula mea in locum, qui dicitor...... minus modiorum tris, prope via publica, & caput de....... & infra ipſa terrula eſt uno pero, tivi venondavi de ...... & infra ipſa terrula eſt de p. ....... petivi, & in preſenti accepit auris ſoled....... cano nomero quindecim tantum, ſicut in..... placitum convine, & conſta me in omnibus....... tus; & nihil mihi in amplius pretium reddevire vide......... mihi cumpletus pariaſti, unde a modo tu denem......... terrula in predictum locum aveas, teneas, poſſe....... vel heredibus tui in perpetui temporibus vind....... das, & quidquid exinde agere facere volueris..... miſſimos domino in tua..... emturi ſit poteſt..... terrula. Et quod non credimus nec fieri p........ Cartula venditionis a me facta, vel tradi..... temptavero ego per me Candido, aut heredibus...... potuero, te aut tuos heredis ipſa terrula qualivit homine ſit tivi emturis co...... auris Soldos trentas, quod eſt in duplus pr.... in ſua manere firmitate. Quam Cartul...... Anſolf Notarium ſcrivere rogavi, ubi prope...... ſignum ſancte Crucis feci & teſtibus .........*

B

*Actum Piſa per Indictione ſupraſcripta feliciter.*

C

*Signum ✠ manus Candido venerabilis Clirícus, qui i....... ſcrivere rogavit.*

*✠ Ego Joannis (1) Epiſcopus in hanc Cartula manu mea.....*

*✠ Ego Andreas Diaconu in anc Cartula venditionis......*

*✠ Ego Benedictus....... Notarius Domno Gregorio & Lodocio huic...... nis rogatus ab Candito venerabilis Clerico teſtis ſubſcripſi....... quindice Sol ......*

D

*Ego Albari ad Candidu rogatus propria manu mea ſubſcripſi.*

*Signum ✠ manus Anſprand venerabilis Diaconus filius quondam Tr.......*

*Ego Anſolf Notarius poſt tradita deplevit........*

E

Char-

(1) Ughellius Tom. III. Ital. Sacr. ad Annum Ch. 742. Epiſcopum Piſanum exhibet nobis *Andream*. Tum ab Anno 742. uſque ad 747. floruiſſe *Johannem* Epiſcopum ait. Habemus heic *Johannem* in eâdem Cathedra ſedentem Anno Chr. 730. *Maximus* Epiſcopus Piſanus Anno 715. occurrit in Charta heic edita Diſſertat. LXXIV.

## Charta venditionis factae a Rodoino Piſano viro honeſto. Anno 730.

*IN nomine Domini Dei noſtri Jeſu Chriſti. Regnante Domno noſtro Liutprand vir excellentiſſimus, Rege, Anno feliciſſimi regni ejus Octavo decimo Menſe Februario, Indictione Tertiadecima. Conſta, me Rodoin vir honeſtus, filius quondam Baroncioni, & quia manifeſtum eſt eo quod ante as annibus venondavi tivi Dondoni aliquanta terrula in locum, qui dicitor ad Stabla Marcucci, uno capite tenente in terra Chiſoni, & alium capite tenente in terra Ciulloni. De uno latere corre* (1) *Via publica, & de alium latere eſt terrula Piſinnuli, plus menus modiorum dua, & Scaffilo. Item & alia petia in locum Tautina prope terra Haudimari, plus menus modiorum....... Et petia una ad uncio B.liſarida, Uraturio prope terrula Haudimari & Cocciani, ſiſtariorum quindecim. Item & portionem meam de terrula in caput de terra Barroncioni, & t......... cualdi, quarta portionem de ipſo Campo tivi Dondoni venondavi, & modò viſo petiſti me, ut tivi exinde cartula venditionis & mittere devere. Ita mit factum eſt. Unde pretium petivi, & in preſente accepi pro ſcripta terrule auri Soledus Stellatus nobus.... eno nomero quindecim & tremiſſe tantum, ſicut inter nobis bono animus in placitum convinet. Et conſta, me in omnibus eſſe ſupoletus, & nihil mihi in amplius pretium reddevire videris, ſet omnia mihi cumpletus pariaſti; unde ammodo tu denominato Dondulo ipſa*

A *predicta terrule, ſicut ſuperius legitor; aveas, teneas, poſſideas, tui, tuiſque vel heredibus in perpetui temporibus vindici ac defendas. Et quidquid exinde agere, facere volueri ut potens firmiſſimo domino in tua, qui emturi, ſit poteſtatem ipſa terrula, qualiter ſuperius legitor. Et quod non credimus, nec fieri potens, ut ſi contra hanc cartula venditionis*

B *a me facta vel tradita, ire venire temptavero, ego per me Rodoin, aut heredibus meis, & non potuero defendere te aut tuos heredis ipſa ſupraſcripta terrula, qualiter ſuperius nominata da qualivit homine, ſit tivi emturis compoſituri pine nomine auri Soledos trentas, & duas tremiſſis, quod eſt in duplus: preſens cartula venditionis in*

C *ſua maneat firmitate. Unde pro monimine ec cartula preſentis futuris temporibus, hanc cartulam venditionis Anſolf Notarium ſcrivere rogavit.*

*Actum Piſa per Indictionem ſupraſcripta feliciter.*

*Signum ✠ manus Rodoin v. h. qui hanc cartula ſcrivere rogavit.*

*Signum ✠ manus Pertuald v. d. fi-*

D *lius quondam Fridimundi, teſtis.*

*Signum ✠ manus Gairemond v. d. idem filius Fridimundi, teſtis.*

*Signum ✠ manus Cauſeradi germano Pertuald, v. d. teſti.*

*Ego Anſolf Notarius rogitum & petetum ab a Rodoin poſt tradita vel ſigna teſtius ſcripſit deplevit.*



(1) En Italicae Linguae ſpecimen.

## Charta venditionis factae a Pinculo & Macciulo viris honeſtis Piſanis Mauricioni Canevario Regis Liutprandi. Anno 730.

*IN nomine Domini. Regnante Domno noſtro Liutprand vir excellentiſſimo Rege, Anno Nono decimo Menſe Julio* (1), *Indictione Tertiadecima. Conſtat, nos Pinculu & Macciulu viri honeſti, germanis filiis quondam Alchis, hac die prona & benigna noſtra voluntatem, nullus aliquis nos ſuadentes, neque boccaiſione querentes, vindediſſemus & vindediſſemus & vindedimus, tradediſſemus atque tradedimus tivi Mauricciuni, Canavario* (2) *Domni noſtri Regi, ſorte de terra noſtra, quem avire viſi ſumus de Fiuvadia in loco Arena ſa.... aliis coli verti noſtri, uno caput tenente in foſſa, & alio in palude prope terra Stavili. Unde recipimus a te prepredictus Mauriccius pretium placitum & definitum auri Soledos ſex & tremiſſe, ſicut novis bono animo in placitum convinet; cunſtat nos ex homnebus eſſe ſupletus. In tale vero tenure promettemus nos, qui ſupra vendituri, ut ſi qualive tempore forſitans ipſa terrola portionem noſtra in integro publicum requeſierit, & ad deviſionem revinerit cuicumque in alio homine, & novis in alio locum ad vicem ſorte redditam fuerit, ſi volueris tu Mauricius ipſa terra, nos tivi ſine aliqua mora ipſa terra reddamus. Et ſi minime voluerimus tivi ipſam portionem noſtra reddere, aut ſi nos qui ſupra Pinculus & Macciulus, aut herides noſtris de ea, que ſuperius legitur....... Mauricioni, aut ad heridebus tuis qualive moleſtia generare pre....... vimus, aut a qualive homine vobis minime defenſare potuerimus, cunponamus tivi pine nomine Soledos duodecim & duo tremmiſſi, & nec ſic valeamus noſtra diſrumpi venditione, ſet preſentis & futuris temporibus in tua vel heredibus tuis permaneat poteſtatem. Quam verò venditionis noſtre cartula Roduald Notario ſcrivere rogavimus.*

*Actum Piſa per Inditionem ſupraſcriptam feliciter.*

*Signum* ✠ *manus Pinciuluni v. d. vendituri, & conſerbaturi.*

*Signum* ✠ *manus Macciuluni v. d. germano ejus, vendituri.*

*Signum* ✠ *manus Barbentius v. d. filius quondam Gundulo, teſtis.*

*Signum* ✠ *manus Cunipert v. d. filius Pittuni, teſtis.*

*Signum* ✠ *manus Ermuluni v. d. filius quondam Arnicauſi, teſtis.*

✠ *Ego Roduald Notarius hanc cartula ſcripſi, Soledos dante vidi, & poſt tradita explivi.*

## Donatio facta Eccleſiae S. Mariae de Caſſina a Raculo. Anno 750.

*IN nomine Domini Dei noſtri Jeſu Chriſti, regnante Domno noſtro Aiſtolfo vir excellentiſſimo Rege, Hanno Regnis ejus Primo, Menſe Junio, die ſexta*

(1) Ergo inter Februarium & Julium Anni 712. Liutprandus Regnum iniit.

(2) Inter officia Domus Regiae & hoc enumerandum eſt. Hac de re dedi Diſſertationem T. I. Antiquit. Italic. *Canavarius* Cellae vinariae Praefectus. Vox apud nos perdurat. * Et apud alios, praecipue Florentinos, ut alibi adnotavimus.

A *ſexta ante Calendas Julias, per inditione Tertia. Ideo ego Racolo v. d. filio quondam Tachiperti vocitator Vicobruci, & manifeſto ſum mibi eo cod ante os anno mibi offervere viſus fuit cum bomnis res meam de quamto avire viſo ſum ab Eccleſia* **Dei**, *& beatiſſime Sancte Marie de Caſſina. Et menime exinde cartula ad ipſo ſupraſcripto loco emiſit*

B .......... *Vero conſideravit Dei omnipotentis temore & mercede anime mea, ut per hanc cartula ſupraſcripta res mea in ipſo ſupraſcripto loco una meco offero, unde modo Deus & tivi predicta Eccleſia Sancte Marie cartula exinde emitto, ut aveas, poſſedeas ipſa ſupraſcripta Eccleſia omnis res meam, vel ejus Coſtodes, tam Caſa avitationis me*

C *cum omnia & in bomnibus, de quanto mibi de jura parentorum meorum evinet, & in perpetui mea foturis temporibus ipſa meam offerſionem firma & iſtavilis permanead. Et non ego, non eredes meus, nec nullus...... ſita perſonam aveas loquendi facundia alique de ſupraſcripta res meam ad ipſo ſupraſcripto loco, vel ejus Coſtodis retollendo. Ses, ut dixit, iſtavile permanead in ipſo ſupraſcripto loco bomnia, ſicut ſuperius legitur; ut mibi aput Domino, vel ejuſque Sancti exinde magna mercis adcriſcad, & in foturo ſeculo bona inveniat retributionem, vel ejus Coſtodientis die noctuque Deus deprecare pro redemtionis anime meam non ceſſit. Ecce ut meus bono fuit deſiderio, per banc cartula confirmavit, unde pro monimine & cautelat ban cartula in ipſa Eccleſia emiſit, & Teofrid Notarius iſcrivere rogavit.*

*Actum Piſa per Inditione ſupraſcripta feliciter.*

*Signum ✠ manus Racoli v. d. qui ban cartula iſcrivere rogavit.*

*Signum ✠ manus Birrica filio quondam Urſi, teſtis.*

*Signum ✠ manus Teofrid filio* **Lautperti**, *teſtis.*

*Signum ✠ manus Siſiperti filio quondam Aunefrid, teſtis.*

*Signum ✠ manus Lamperti filio quondam Teuperti, teſtis.*

*Ego Teofrid Notario rogito ad Racolo banc cartula iſcripſit, & poſt teſtium roverati ſupplevit & dedit.*

## Collatio Eccleſiae S. Mamiliani in loco Collinae, facta ab Andrea Epiſcopo Piſano. Anno 757.

D IN *nomine Domini Dei noſtri Jeſu Chriſti, guvernante Domno Ratchis* (1) *famulu Chriſti Jeſu, Principem gentis Languvardorum, Anno Primo, Menſe Februario, per Inditione Decima. Magnum donationis eſt titulus, uvi cauſa largitatis congrue poteſt agnuſci. Ita Domnus Epiſcopus Andreas ſancte Piſane Eccleſie ........ unuſquis conſiderans ſervienti ſuo fideli famulo*

Q 2 *elico*

(1) Nodum heic exhibeo. Uti Pagius animadvertit, aliaque a me edita monumenta produnt, Liutprandus Rex Anno Ch. 744. e vivis abiit. Eodem Anno Ratchis, dejecto Hildebrando, Regnum iniit. Quid ergo eſt quod Ratchis *Annum Primum* ſignat Anno 742. quem *Indictio Decima* innuit? Quod peregrinum eſt, non is Rex appellatur, ſed *Princeps gentis Langobardorum gubernans*. Num is Tuſciae Praefectus annos regiminis ſui numerare coepit? At negligendum nomen Regis non erat. Hac etiam ex Charta Ughellius deduxit, ut arbitror, *Andream* Epiſcopum Piſanum Anno Ch. 742. ſedentem. In eam ergo ſententiam deſcendi, indicari heic non Annum 742. ſed quidem 757. quo tempore uti Anaſtaſius Bibliothecarius memoriae prodidit in Vita Stephani II. Papae, *Ratchis*

*alico beneficii munus impenditur, ut beneficii ſui aliqua remunerationi ſue miſericordia conſequatur, idio omnipotens Dominus ſuo fideli famulo, juſtoque diſpenſatori adſatus eſt, dicens:* Euge, ſerve bone & fidelis. Quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudio Domini tui. *Iscirco auctore Deo ego ſuperius nominatus Andreas Epiſcopus, conſiderans tuo Atoni obſequium, & fidelem ſervitium, confero adque cedo tivi, cui ſupra, Atoni Ecleſiam Sancti Mamiliani, ſita in loco Collinem, quam mihi da Rotpertu quondam Presbiter cum Monaſterio, vel campis, pratis, ſilvis, vineis, pomiferis, paſcuis, padulibus, vel aquarum fontibus, ſeu & in loco, qui dicitur Pinaule quidquid ad ipſa Ecleſia; vel ad ipſum Presbiterum pertenuit, vel nunc preſenti tempore babere vel poſſidere videtur, ut diximus, movilia & immovilia, familia, ſeque moventia, in tua Atoni giure dominioque concedo, habendi, dominandi, poſſidendi, ordinandi omnibus diebus vite tue, livere & inconcuſſe firmiter valeas poſſidere, & nullo umquam in tempore tivi aliquis homo aliqua poſſet exinde inferre moleſtia. Nepotis autem ipſius quondam Rosperti Presbiteri, qui nunc ividem abitare videntur, eorum nomina ſunt Rutperga & Romias, Monacas ambas, dum advivere meruerent, liceat earum ambabus cum ſis ſuas ividem vivere & abitare. Poſt obitum earum vertatur omnia ad ipſa Ecleſia & Atoni, vel quem ivi ipſe conſtitueret. Poſita vi ò poſt deceſſo Atoni, vel quem Ato ordinaveret, ideo poſtea revertatur ad poteſtatem Sancte Marie Matris Ecleſie, vel Epiſcopo, qui pro tempore in Civitatem Piſanam fuerit ordinatus. Onde amodo tempore abeas noſtrum firmitatis donum cum Dei gratia, & ſancte ejus Genetricis Marie, ſecurus cum gaudio valeas poſſidere. Quam viro donationis, ſeo firmitatis noſtre cartula, Alpertu Notario ſancte Ecleſie noſtre ſcrivere juſſimus.*

*Actum Piſas, per Indictione ſupraſcripta feliciter.*

✠ *Ego Andreas Epiſcopus in hanc cartula donationis a me facta manu mea propria ſubſcripſi.*

✠ *Ego Aunemund Archipresbiter ex juſſio Domno Andreas Epiſcopus in anc cartula manus mea ſubſcripſi.*

✠ *Ego Alvart Presbiter ex juſſio Domno Andre Epiſcopus in hanc cartula manu mea ſubſcripſi.*

✠ *Ego Ilmipertus Diaconus ex juſſionibus Domni Andre Epiſcopus manu mea ſubſcripſi.*

✠ *Ego Aſfuru Diacono ex juſſione Domno Andreas Epiſcopus manu mea ſubſcripſi.*

✠ *Ego Barunta Presbiter ex juſſione Domni Andree Epiſcopus manu mea ſubſcripſi.*

✠ *Ego Alpertu Notarius ex juſſione Domni venerabilis Andrea Epiſcopo hac cartula donationis ſcripſi, & poſt manu ipſius propria ſcripta, & a teſtibus rovorata, & manibus ſui tradita ſupplevi & dedi.*

Oblatio

*chis* Monaſticae profeſſionis pertaeſus, ad Regnum antea depoſitum rurſus adſumendum advolavit, exercitumque contra Deſiderium conflavit. Charta haec prodit, ambitioſum hunc Monachum jam Tuſciâ Provinciâ potitum, numeraſſe *primum Annum* Regiminis a ſe ſuſcepti: quod antea ignotum fuit. Quare *Andreas* Piſanus Epiſcopus ab Anno Ch. 742. transferendus eſt ad Annum 757.

## Oblatio ſuarum rerum, facta Eccleſiae S. Petri ad ſeptem Pinos a Liutperto. Anno 763.

*IN nomine Dei noſtri Jeſu Chriſti. Regnante Domno noſtro Deſiderio, & Adelchis filio ejus, Regibus, Anno Regni eorum in Dei nomine Septimo & Quarto, menſe die Calenda Martia, Indictione Prima. Liutpertu v. d. filio quondam Aidoloni dixit: dum me in infirmitate egritudinis fortiſſima eſſe cognoviſſe, adque ad filio, vel filia diſtituto, pro ut namque Dei compulſatione ſuper me venientem, ut pro meis delicta cogitare, qualiter mei facinoribus redimere, ut mihi Domino pondere peccata relaxare, & in futuro Seculo illa invenire retributione, quam Deo dare promiſe diligentius ſivi: ex cujus conpuntione rememorato ſum ego jam nominato Liutpertu, ita tractavit in omnibus mea bona voluntate, qualiter me ad aula Sanctorum Dei cum homnia offerire, ſicut nunc preſente die me una cum omnis paupertatis ſupſtantiola mea quitquit avire aut poſſedire mihi pertinente ubique viſo ſum, do, dono, cedo, & hoffero me Deo & tivi Ecleſia Sanctorum Dei, & beatiſſimi Sancti Petri ad ſeptem Pinos, ubi Alateo Arcidiacono praeeſſe videtur, ita ut in ipſius ſancti & venerabilis Ecleſia admodo ſia poteſtatem & defenſionem, ut dixit, omnia & in omnibus res meas, antepoſito homeni, quod mihi reſervavi ad livertando, ſeo & notrimenta & otenſilia, quot pro anima mea expenſando mihi reſervavit una cum Alateo Arcidiacono, aut Sacerdote predicte Ecleſie. Et ſi me mors occupaverit, & ego ipſo non adempliro ita, in ipſorum Sacerdotis ſia dominio hec adimplendo, quod ſupra promiſi, & quot in Dei ponitur poteſtate, & mihi Domino de infirmitate iſta ad vita reduxerit, ita*

A *decerno, ut pro unoquomquem anno dare diveas in Eccleſia ipſa luminaria Solido uno puro. Uſufructum de ipſas res, & filio, aut filia de conjuge mea Alderada abuero, & ipſi ſic perſolva in ipſa Eccleſia, ſicut ego dare promiſi. Et ſi ipſa conjuge me ſuper me vixere, & lecto coſtodierit, avea medietate ipſo oſufructum. Pos deceſſo......* B *ipſius mulieri opſervata ſicut ſupra omnia & in omnibus revertatur in ipſius Ecleſie, ve de ejus Coſtodis poteſtatem & dominio, ſicut ſupra legitur, & ad mi ſemel conceſſa & offerta eſt. Et numquam ego Liutpertu, nec meus eredis nec per nulla ſuppoſita perſona anc mea donationis offerta poſſit diſrumpere, nec alio tenore ſe removere, ac judicare;* C *& compona in ipſa Sancta Ecleſia duplus de eo agitur, preſens anc mea offerta in ſuo manea rovore, Sacerdote vis........ Ecleſie qualiter pro anima mea de pondera peccata mea Deo deprecare avead Domino.......... re. Unde qualiter mihi complacuit anc Cartula fieri eligi, & Teufrit Notarium iſcrivere rogavit.*

D *Actum Piſa per Inditione ſupraſcripta feliciter.*

*Signum ✠ manus Liutpertu, qui an Cartula fieri rogavit.*

*Signum ✠ manus Beati filio quondam Baruncio, teſtis.*

*Signum ✠ manus Gumpuli filio quondam Cumperti, teſtis.*

*Signum ✠ manus Urſi filio Beati,* E *teſtis.*

*Signum ✠ manus Cuntefridi aurifici, teſtis.*

*Ego Teufrit Notarius an Cartula poſt tradita ſupplevit.*

Dona-

## Donatio facta Eccleſiae S. Margharitae ab Audiperto Piſano. Anno 765.

*IN Chriſti nomine, Regnante piiſſimo Domno noſtro Deſiderio, viro excellente Rege, & Domno noſtro Adelchis Rege, Anno pietati Regni eorum Octavo & Sexto, Menſe Januario, Indictione Tertia. Audipertu, qui & Argentio vocatur, filio quondam Audualdi, propter ſalute dixi, quia dum in hoc Seculo vivit homo, oportet illi cogitare, qualiter malorum noſtrum pondera ſubleventur, & ea que noviſcum portare non poſſumus, piis expendamus operivus, ut aliquas portiunchula beatitudinis ſit novis profutura. Et ideo ego, qui ſupra Argentio, Dei omnipotenti conſideratum ſum miſericordia, & pro redemtione, & mercide anime me, do, dono, cedo, trado, & offero tivi Deo, & ad Eccleſia Sancte Margarite, ſita hic intra Civitate noſtra Piſana, quam nunc Aluarto Arcipresbiter à fundamentis edificavit, ideſt portione de res mea in loco Colline, que vocitatur Urſiano; hoc eſt, Caſa maſſaricia, qui regitur per Liutpertu, una cum terris, vineis, ſilvis, movile & immovile, adque ſe ipſe moventivus, omnia & in omnivus, quidquid ipſi Liutpertu manu ſua avire invenitur: vel omnia ad ſupraſcripta Caſa pertinente, ut dixi, quidquid ivi avire viſu ſum, omnia in predicta Eccleſia Dei & Sancte Margarite amodo traſacto jure contradavi, avendi, poſſedendi poſteris quevis Aluart Arcipresbiter........ ipſis dominandi, aut quidquid ex eis facere, judicare volueritis, in veſtra ſit poteſtate. Et ſi quis ego ſupraſcripto Argentio, aut meus heredes contra hanc cartula ire, venire in aliquo ex eis moleſtare vovis aut ſubtragere queſieſſemus per nos, aut per qualivit hominem, duplam meliorata rem componere promitto ego Argentio, aut meus heredes in ſupraſcripta Eccleſia, aut ad Cuſtodivus ejus, & preſens pagina omnino tempore in ſua permaneat firmitate. Quam verò in predicta Eccleſia benigna mea voluntate pro anima mea de ſupraſcripta res fiere eligi, & Maccio Notario ſcrivere regavi.*

*Actum Piſas per Inditionem ſupraſcripta feliciter.*

*Signum ✠ manus Argentio, qui hanc cartula donationis pro anima ſua fieri rogavit.*

*Signum ✠ manus Pertingo filio quondam Pertinandi, teſtis.*

*Signum ✠ manus Tiunti filio Gundi, teſtis.*

*Signum ✠ manus Grinpo filio quondam Teuſperti, teſtis.*

*Signum ✠ manus Mauri germano Grinpi, teſtis.*

*Ego Diatianus filius quondam Leoniani rogatus ad Argentiu in hanc cartula manu mea ſubſcripſi.*

*Ego Maccio Notarius poſt tradita complevi & dedi.*

## Codicilli Dommolini pergentis in Exercitum, quibus liberalem ſe praebet erga Auſtricundam Sororem. Anno 769.

*IN Chriſti nomine. Regnante piiſſimo Domno noſtro Deſiderio & Adelchis Regibus, anno filiciſſimo regni eorum Tertiodecimo, & Decimi, Menſe Julio, Inditione Septima. Ego Dommolino filio quondam...... quoniam incerti ſumus*

*mus omnis de Dei judicio, non iſcimus* A *qualiter novis finis mortis occhurra, & ideo diſpoſitum ſum iter in exercito* (1), *& tivi Auſtricunda dulciſſima Sorore germana mea in domo mea in capillo* (2) *avire videor, elegiſti tivi monaſticho voto Deo deſervire, petiſti me, ut tivi largito cedere de res tua ſacbultate, quam tivi chonquiſiſti, pro anima tua dare.* B *Unde chonſideratus ſum ſuperna retributione, & tuam...... uam mihi poſtulaſti, do, & cedo tivi licentia, adque per hanc cartula mea largit ......... ſechundo ediſti pagina in te chonfirmo & chonſtituo tivi avire Diſpenſatorem Ufrit Presbiterum Eccleſia Sancti Petri ſita, que vocitatur ad Septem Pinos, aut poſteros ejus. Et ſi poſt tranſito meo tu dulciſſima Sorore* C *mea remanſerit, volo, decerno u....... a chum ipſo, ſicut tua fieri voluntate & licentia aveatis omnis res tuas, quas tivi chonbaraſti aut chonquiſiſti, movilia & inmovilia vendere, & cartula venditionis emittere pina ſuper eredes meus obonligare ipſa res moleſtavere ad emtoribus, aut ad loca veneravilia, aut ubui de ipſa res in integro, aut quemo-* D *do volueri dare, ſuptragi queſieri, dupla meliorata chomponatur, ſicut tivi placuerit animo dandi pro anima tua una cum ſupraſcripto Diſpenſatores, aut poſteros ejus, quot dederit omni tempore pro mea largitate firmiter chonſtituo permanire. Et ſi quis aliquis de eredis proberedibus meis poſt meus deceſſor quoquo tempore chontra anc cartula largitatis diſpenſationis ire, venire, moleſtare, diſrumpi, aut moleſtare tentaverit; componiturus eſſe inveniatur tivi ſupraſcripto Diſpenſatores, aut ad poſteros tuos dupla meliorata rem, de quot agitur. Et preſens cartula in ſua permaneat firmitate, ſicut Maccio Notario iſcrivere rogavi.*

*Actum Piſa per Indiſione ſupraſcripta feliciter.*

*Signum ✠ manus Dommolini, qui an cartula fiere rogavit.*

*Signum ✠ manus Rotperti filio quondam Rodualdi, teſtis.*

*Signum ✠ manus Anſari filio quondam Anſualdi, teſtis.*

*Signum ✠ manus Auriboni filio quondam Auſrit, teſtis.*

*Signum ✠ manus Mauwunte filio quondam Filicenti, teſtis.*

*Signum ✠ manus Gumfrit filio quondam Guntifrit, teſtis.*

*Ego Maccio Notarius poſt teſtium complevi & dedi.*

*Ego Anſpertu Notarius an cartula ſine fraudem exemplavi.*

## Oppignoratio fundi pro debito, facta Giſelperto a Barundolo. Anno 777.

*IN Chriſti nomine. Regnante piiſſimo Domno noſtro Carulu viro excellente* (3) *Rege, Anno Regni ejus in.... Tertio, Menſe Auguſtu, Inditione Quintadecima. Conſta me Barundulu.......* E *& quia manifeſtu ſum, eo quod divito ſum, dare tibi Giſilperto filio..... tuos, & medio boni novi ſonantis expendivilis Lucan* (4)...... *Unde tivi modo ipſo divito perſolva, proinde tivi manus mea*

*em*

(1) Alterum exemplum in hoc Opere dedi hominis ituri ad exercitum, qui Teſtamento peracto ſuis conſuluit rebus.

(2) Ideſt virgo; intonſae quippe virgines eo tempore erant ad nuptarum diſcrimen. Vide Leges Langobardicas.

(3) Rectius *Excellentiſſimo*, ut in aliis ejus aevi Chartis.

(4) Habes heic Solidos *Lucenſes*, nam vel ſub Regibus Langobardis jure Monetae ſive cudendi Nummos, fruebatur Civitas Lucenſis, eaque una in Tuſcia.

em...... heredes, ego aut meus heredes A in affiduciato poſui terram in loco..... in fluvio Auſare, & alio capo tenente in terra mea, uno lato tenente........ & alio lato tenente in terra Auſrid. Hec terra, ſicut ſuperius legitur, una cum omnia ad ea pertinen....... tivi in affiduciato dedi & tradavi. Dato enim conſtitutu ſupradicti Soledi ad redendo in Sancti Stefani poſt iſti alii B proxime venientem, & dum uſque ipſo divito nos auveremus, pro nullo ingenio non aveamus licentia vindere nec alienare, & ſi vindidero aut alienavero ego aut meus heredes, tu Giſilpertu, aut tuos heredes licentia aveatis ipſa terras prindere vin...... avire & denominare in extromento vinditionis. Unde promitto ego qui ſupra Barundulus, C aut meus heredes tivi Giſilperti, aut ad tuos heredes, ut ſi ſupraſcripti Soledi ipſo capital, ſicut ſuperius legitur, in ſupraſcripto conſtitutu non dederemus & non redederemus, & vos parati fuiſſetis recipere hic in Piſa ad caſa avitationis veſtre, nos ivi parati non auveremus, & non redederemus ipſo capital (1) in integro, licentia aveatis tu D aut tuos heredes ſupradicta terra avire & dominare in veſtra poteſtate, tanquam ſi ea vovis da omnem hominem defendere non potueremus, alia tanta terras ab extimationem ſerquide tale tivi, aut ad tuos heredes ego aut meus heredes reſtaurare deveamus. Et ſi infra quarta die reſtaurare neglixeremus, conpono repromitto ego Barundulu, aut meus heredes tivi Giſelperti, aut ad tuos heredes ipſa terra in duplum. Et ſi in ſupraſcripto conſtitutu redere potueremus poſt divito ſolutu, & fruge recolitu, hanc cartula aput me, aut aput meus heredes revertatur. Unde tivi hanc cartulam Iſtaipertum Notarium iſcrivere rogavi.

Actum Piſa per ſupraſcripta Inditione feliciter.

Signum ✠ manus Barunduli, qui hanc cartulam fieri rogavit.

Signum ✠ manus Domnuli filio quondam Perticauſi, teſtis.

Signum ✠ manus Riperti filio quondam Tripaldi, teſtis.

Signum ✠ manus Rodicauſi filio quondam Roxperti, teſtis.

Signum ✠ manus Petri filio Deardi, teſtis.

✠ Ego Iſtaipertu Notarius pos tradita complevi & dedi.

## Donatio Curtis Raſinianae, facta à Perprando Ololiae filiae ſuae. Anno 783.

IN Dei nomine. Regnante Donno noſtro Carulu Regi Francorum & Lan- E gubardorum, Anno Regni ejus in Langubardia Decimo, & Donno noſtro Pipinu Rege filio ejus, Anno Regni ejus Tertio, Menſe Julius, Inditione Sexta feliciter. Manifeſtu eſt mihi Perprandu, filio bone memorie Avalperti, quia per hanc cartula donare & tradere videor tibi Ololia Filia mea, ideſt Curte mea, quam avire viſus ſum in loco Raſiniano, unacum terris, vineis, ſilvis, pratis, paſcuis, cultu vel incultu, movilia vel inmovilia omnia & in omnibus, ſeo ſemoventibus, ſive cum maſſaricias Caſas ad pertinente, ſive Aldionibus vel Aldianes, mihi pertinentibus ad jam dicta Curte in predicto loco Raſiniano, ſeo notrimina menoris vel majoris; excepto ſala mea in ipſo loco, ubi dici-

(1) Animadverte antiquitatem Italicae vocis *Capitale* pro ſumma pecuniae creditae.

*dicitor ad Monte una cum Sundrio de vinea ante ſe, ſeo & ipſo Oliveto, in ipſo Monte, ſeo & Caſagio meo in ipſo loco Raſiniano, ubi dicitor ad Suvera, ſeo & vinea, ubi dicitor prope Sancto Johanne, excepto Appula muliere Ermuli Cavallarii meo, una cum infantuli ſui; excepto Caſagio meo, qui dicitor da Formicianu, & prato tras monte; & excepto omnia in ipſo loco, quantu mihi da Liutprandu obvine. Ipſa omnia excepta tua res, vel homenes, in mea reſerbo eſſe poteſtate faciendi de as quem voluero. Nam alia omnia res ipſa in jam dicto loco Raſiniano, que ſuperius legitor...... caſe ſeo homines Aldionibus vel Aldiane, ſicut mihi ſunt pertinenti, tibi qui ſupra Ololia dulciſſima Filia mea, mulier Auſtriſunſi, donare & tradere viſu ſum in integrum, ut in tua vel de heredibus tuis ſit poteſtate, excepto, ut dixi, quem ſuperius exceptavi. Sic tu me in eo ordine tibi iſta omnia res, ſeo homenis donavi & tradedi, ut dum ego advivere meruero, ut in mea ſit poteſtate uſufructandi, & poſt virò meo deceſſo jam dicta..... omnia, quas tibi ſuperius donavi, in tua, ut dixi, vel de heredibus tuis ſit poteſtate. Et adcepi à te launichildi legibus meis Langubardorum, ſicut Edicti contenit auctorita, uno pario mani-*

A *cias. Et neque ad me neque ad meis heredibus hec mea cartula donationis poſt meo deceſſo poſſit derumpi, ſet omni in tempore poſt meo deceſſo firma & iſtavile divea permanire. Et ſi quicunque de heredibus meis tibi jam dicta Ololia, vel ad tuis heredis, ſi intentionare...... quiſierit jam dicta Curte, vel ipſe alia caſa, ſeo omnia ad eas pertinente,*

B *quas tibi ſuperius donavi, per qualibe ingenio, & as vobis ad omni homine defenſare non potuero, ut ſit componituri ipſi heredis meis tibi, vel ad tuis heredis....... ipſe Caſe, & res, vel homenis, omnia in duplum, in ferquide locum ſu extimatione qualis tunc fuerit. Et Teudipert iſcrivere rogavi.*

*Actum in Cantinianu.*

C *✠ Ego Perprand in anc donationis à me facta manus mea ſubſcripſi.*

*Signum ✠ manus Tachiperti, filio bone memorie Ratcauſi de Piſa.*

*Signum ✠ manus Anſelmi filio quondam Auriperti, teſtis.*

*Signum ✠ manus Riculi filio quondam Aſprandi, teſtis.*

*Signum ✠ manus Auriprandi filio*

D *quondam Auperti, teſtis.*

*Signum ✠ manus Lucci filio bone memorie Cauſeradi, teſtis.*

*✠ Ego Teudipert poſt tradita complevi & dedi.*

## Placitum Reghinardi Epiſcopi Piſani, in quo decernitur, quoſdam homines Servos eſſe Piſanae Eccleſiae. Anno 796.

*IN Chriſti nomine. Regnante piiſſimo Domno noſtro Carulo, viro excellente* (1), *Rege Francorum & Langubardorum, hac Patricius Romanorum, quod Langubardia cepi Anno Vigiſimo ſecundo, & Domno noſtro Pippino Rege*

E *Langubardorum filio ejus Anno Regni ejus Sextodecimo, Quinto die intrante Menſe Junio, Indictione Quarta. In Dei nomine dum reſediſſe Reghinardus* (2) ......... *nomine vocatus Epiſcopus ſancte Eccleſie Piſane Civitatis, & nos*



(1) In membrana, ut puto, legitur *Excellent.* ideſt *Excellentiſſimo*.

(2) Diligentiam Ughellii effugerat Epiſcopus ille, Piſanae Eccleſiae Faſtis proptea addendus.

*nos inſimul Petrus Diaconus, Fiducia Clericus loci poſite* (1) *ſupraſcripte Eccleſie hujus Piſane Civitatis, atque & Dondo idem Scabino de Piſa, ubi aderant nobiſcum Thomas Diaconus, Otus Presbiter, Chuniſrid Presbiter, Roſchiſi Presbiter, Johannis Clericus, Hildipertus Subdiaconus, Grimpo Clericus, Sanitas Notarius, Sachipertu Clericus, Petro Clericus, Baucherat Vaſſus Domni Regi, Uvillardo Gar....... Iſtabili, Manepas, Gumpertus filius quondam Urſi, Teodingo, Pertualdo, Amulo, Allo, Gumprando, & Uvalprando germanis, Grauſo Clericus, Suliprando, Nandifrid, Lautpertu, & alios plures. Venerant ibi ante nos Arnulfus Vicedominus, nec non & Sotprandulu, Aſpertulu Clericus, & Perticauſulu germanas perſonas, altergationem habentes. Dicebat Arnulfus Vicedominus contra jam nominatos Sotprandulo, Aſpertulu Clerico & Perticauſulu:* Pro quas re perſonas veſtras queritis ſubtrahere de ſervitio Sancte Marie? Quia quidam Anſcauſulu genitor veſtrorum Servo fuit Sancte Marie domoi Epiſcopalis Civitatis Piſana. *Hac contra reſpondebat ſopraſcripti Sotprandulus, Aſpertulus Clericus, & Perticauſulu:* Non faciat Deus, quod genitor noſter Servus fuiſſet Sancte Marie, nec nos de perſonas noſtras Servi eſſe devemus, niſi tantum de ipſa caſa Sancte Marie hic fecimus ſervitio pro liveris homenis. *Tunc qui ſupra Petrus Diaconus, Fiducia Clericus, ſeo Dondo Scabini pertractantis nos una cum ſupraſcripti Auditores, judicabimus, & vvadiam dare fecimus Arnulfus Vicedomini conſignare per teſtimonia, qualiter Aſcauſulu pater Sotprandulí, Aſpertuli Clerici, & Perticauſuli, Servus fuiſſet Sancte Marie, & ante nos co-*

A *rum fidijuſſore poſuet. Et dum prefatus Arnulfus ivi preſentem teſtimonia ante nos preſentaſſet, & nos eos ſingulatim & diligenter ſub Dei timore inquiſivimus. In primis Tiontii dixit:* I ſcio, Aſcauſulu pater iſtorum Sotpranduli, Aſpertuli Clerici, & Perticauſuli infra trigintas annos eſſet Servus Sancte Marie: & quando

B Rincualdo battedit ipſum Anſcauſulu, ad parte Sancte Marie pro Servo compoſuet. *Gumprando filius quondam Gauſperti ſimiliter dixit. Aurulus germanus ejus ſimiliter dixit. Audilaſci Presbitero dixit:* Scio Sicualdo Presbitero eſſe Vicedomoi Sancte Marie, & prindere Aſcauſulu pater iſtorum Sotpranduli, Aſpertuli Cleri-

C ci, & Perticauſuli, & batebant eum pro Servo. Et infra trigintas annos Servo fuit Sancte Marie de perſona ſua. *Pos teſtimonium vero redduto ipſe teſtimonia unuſquiſque ipſorum germanis per Dei Euangelia juratus dixerunt ante nos;* ſicut teſtimonium rededimus, ſic fuit certa veritate. *Et inſuper Arnulfus Vicedomoi ante nos omnes Sot-*

D *pranduli, Aſpertuli Clerici, & Perticauſuli juratus dixit per ſanctam Dei Euangelia:* Sicut teſtimonias iſtas ad parte Sancte Marie teſtimonium reddiderunt, ſic fuit certa veritate. *Poſt ec interrogabimus nos Petrus Diaconus, Fiducia Clericus, & Dondo Scabini jam dictos Sotprandulo, Aſpertulu Clericus, & Perticauſulu, ut ſi poterit a-*

E *daniare livertate ſua aut per cartulam, aut per teſtimonia, vel poſſeſſionem juxta Lege. Quidem ipſi dixerunt, quod ſua livertate adprovare poterit. Et taliter ipſi Arnulfi de conſignationem vvadiam dare fecimus. Tunc ibi preſentem Sotprandulo, Aſpertulu Clerico, & Perticauſulo poſt vvadiam data manifeſtaberunt*

(1) Pro *Locopoſiti*, ideſt Vicarii. De *Loci Servatoribus* in hoc Opere egi Diſſert. X. Sed hi *Loco poſiti Eccleſiae Piſanae* dicuntur.

A *berunt in judicio ante nos omnes, quia* neque per teſtimonia, neque per cartulam, nec per poſſeſſionem juxta Lege, nulla conſignationem, ſicut vvadiam dedimus de perſone noſtre, qualiter liveri fuiſſemus, facere non potemus, nec livertate noſtra aduniare non potemus, quia Servi ſumus de perſone noſtre Sancte Marie B Domus Epiſcopalis Piſane Civitatis. *Unde nos, qui ſupra Petrus Diaconus, Fiducia Clericus, & Dondo Iſcabini judicavimus, ſicut Arnulfu Vicedomoi per teſtimonia conſignabit, & per ſagramentum firmaverunt. Et ſecundum ipſorum manifeſtationem judicabimus, ut Sotprandulo, Aſpertulu Clericus, & Perticauſulu omni tempore deſervire in* C *caſa Sancte Marie de perſonas ſua pro Servi omnibus diebus vite ſue. Et fenita eſt inter eis cauſatio. Et hunc notitia judicati Iſtaipertu Notario ſcrivere ammonuemus.*

*Actum Piſas per Inditionem ſuprascriptam feliciter.*

✠ *Ego Petrus Diaconus in unc judicatu ad nos factu, manus mea ſub-* D *ſcripſi.*

✠ *Ego Fiducia Clericus in hoc judicato ad nos factum, manus mea ſubſcripſi.*

*Signum* ✠ *manus Dondi Lociſſi, qui hunc notitia judicati pariter fieri ammonuet.*

✠ *Ego Thomas Diaconus in oc judicio interfui.*

✠ *Ego Otus Presbiter in obc judicio interfui.*

✠ *Ego Cunifridi Presbiter in hoc judicio interfui.*

✠ *Ego Roſcbiſi Presbiter in hoc judicio interfui.*

✠ *Ego Johannes Clericus filius Alperti in oc judicium interfui.*

✠ *Ego Sanitas Notarius in hoc judicio interfui, & manu mea ſubſcripſi.*

✠ *Ego Nonpertu Subdiaconus in hoc judicio interfui.*

✠ *Ego Grimpo Clericus in hoc judiciu interfui.*

✠ *Ego Rachipertus Clericus in unc judici interfuit.*

*Signum* ✠ *manus Gumperti filio quondam Urſi in hoc judicio interfuit.*

✠ *Ego Teudintus in hoc judicio interfui.*

*Signum* ✠ *manus Amuli filio quondam Pertuinghi in hoc judicio interfui.*

*Signum* ✠ *manus Alli filio Alduli in hoc judicio interfuit.*

✠ *Ego Grauſus Clericus filio Dondi in oc judicio interfuit.*

✠ *Petrus Clericus filio quondam Fauſrighi in oc judicio interfuit.*

✠ *Ego Suilprando filio quondam Tiuſulli in oc judiciu interfui.*

*Signum* ✠ *Uualprandi filio quondam Auruli in oc judicio interfui.*

*Ego Staipertu Notarius poſt rovoratam ſupplevi.*

## Locatio terrarum facta a Platone Epiſcopo Piſano, Anno 801.

E IN *Dei nomine. Regnante Domno noſtro Karolus Imperator Auguſtus, Anno Imperii ejus poſtquam Italia ingreſſus es, Anno Primo, Pridie Kalendas Magias, Indictione Nona. Placuit & convenit in......... Plato* (1) *per miſeri-*

R 2

(1) Epiſcopum hunc Ughellius exhibet nobis ab Anno 821. uſque ad 826. in Cathedra Piſana ſedentem. Habemus heic ipſum eidem Eccleſiae praefectum Anno Ch. 801. Quare expungendus ex ejuſdem Ughellii Catalogo *Johannes Secundus*, quamquam is dicatur ab Anno 804. uſque ad Annum 820. in multis inſtrumentis ſubſcriptus. Chartas ſub Carolo Magno ſcriptas minime diſtinxit Ughellius à ſcriptis ſub Carolo Calvo, & Craſſo Auguſtis.

A *miſericordia Dei ujus ſancte Piſane Ecleſie Epiſcopus, nec non & Teupaldus, & Vit.......... auchiſi eſt qui ſupra Teupaldus, & Vitali germani, & noſtris heredibus noſtris laborare & exercere debeamus caſis & rebus pertinentes Sancte Marie, quod eſt Plebe Baptiſmalis........... Caſſina. Caſa vero ipſa in loco Cociliana, quam recta fuit*
B *per Lupualdo & Petro....... per nos ipſi recta eſſe videtur. Hec predictis Caſa & omnibus rebus ad eam pertinen.......... borare & excolere facere debeamus, ita ut melioretur & non pejuretur, & per omne....... & fruge, ſeo & per fructum arboribus nos vobis per omnes annos ad parte Epiſcopatui veſtro ad ipſa Curte veſtra in Caſſina*
C *vobis vel ad loco poſito veſtro, qui in ipſa Curte....... ordi........ cenſum dare & perſolvere debeamus, ideſt de argentum denarios duodecim de bo..... expendibiles, & ille homines, qui in ipſa Ca......... reſedentes fuerit, nos vobis à mandato veſ......... debeamus in Civitate Piſa & ad ipſa Curte veſtra Domnicata in Caſſina ad juſtitia...*
D *cio veſtro audiendum & conplendum. Unde promitto ego Teupaldus & Vitali una cum........ vobis jam dicto Plato Epiſcopo, & ad Subceſſores tuos, ſi nos jam dicta Caſa, & rebus ad eam perte........re, aut poſtponere preſumſerimus, aut ſi per nos peguratas fuerit, & nos vobis ad parte Epiſco..... nia per ſingulos annos non perſolverimus & non adimpleverimus, qualiter ſuperius legitur, componamus vobis pene...... quinquaginta. Item & repromitto ego qui ſupra Plato Epiſcopus, una cum Subceſſores meos vobis jam.... ſtris heredibus, ſi vos nobis ad parte Epiſcopato noſtro omnia per ſingulos annos ſic perſolveritis........ riti·, ſicut ſuperius promiſiſtis nos vobis de jam dicta Caſa, & rebus ad eam pertenentes fora expellere....... nare, aut amplius vobis ſuper impoſita fuere preſumſerimus, ſimiliter componamus Soledos quinquaginta......... taliter inter nos convenit. Et duo libelli prope uno tinore Johanne Notario ſcribere rogavimus.*

*Actum Piſa.*

*✠ Ego Teupaldus in unc libello à nos facto manu mea ſubſcripſi.*

*Signum ✠ manu Vitali germano ſupraſcripti Teupaldi, qui unc libellum ſcribere rogavi.*

*✠ Ego Agiprando ſubſcripſi.*

*✠ Ego Petru Scabino ſubſcripſi.*

*✠ Ego Johannis rogatus à ſupraſcriptis germanis me teſte ſubſcripſi.*

*✠ Ego Johanni rogatus à ſupraſcriptis me teſte ſubſcripſi.*

*Signum ✠ manu Leofridi filio quondam Ricoli, teſtis.*

*✠ Ego Johannes Notarius & Scabinus poſt tradito complevi.*

## Locatio terrarum facta ab Adalperto Presbytero. Anno 804.

*IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Regnante Domno noſtro Carolo ſereniſſimo Auguſto à Deo coronato, magno & pacifico Imperatore Romano, gubernante Imperio..... miſericordiam Dei Rege Francorum & Langubardorum, Anno Regni ejus, à quo*
E *Langubardia cepit, Deo propitio, Trigiſimo....... ejus Domno noſtro Pippino Rege...... Lungubardorum, Anno Regni ejus in Dei nomine Vigiſimo tertio, menſe......... arto, Indictione Duodecima. Placuit atque convenit inter nos..... tus Presbiter Ecleſie Sancti*

ſti ......... ri, que vocatur ad ſeptem Pinos ..... & Sichiprandus ..... Teuperti, ut ego .......... ndus Clericus reſedere & avitare deveam ........ ere & colo ......... ipſius Ecclesie Sancti Petri ...... in ipſa Caſa & ..... ad ipſa ſupraſcripta Dei Eccleſia ...... per offerſionis ...... meme ...... evenit & ipſa Caſa ....... ego bene lavorare & excolere deveam, ut melioretur & non pejoretur, & per omnem ...... ego qui ſupra Sichipra ....... aut meus heredes tibi ſupraſcripto Adelpertus Presbitero, vel ad poſteros tuos ad partem predicte ........ e de ipſa Caſa & Colonia (1) vobis redditum facere debeamus uno Soldo argento per omnem natale Sancti Petri, & à mandato veſtro venire deveamus, juſtitia faciendo. Et ſi hec, quod ſuperius legitur per ſingulos annos non perſolvero, & non adimplevero ego, qui ſupra Sichiprandus Clericus, aut meus heredes tibi ſupraſcripto Adelpertus Presbitero, vel ad poſteros tuos ad partem preſate Eccleſie, aut ſi ipſa ſupraſcripta Caſa & Colonia dimittere vel poſtponere preſumpſerimus, aut ſi apud nos pejorata fuerit, componamus vobis pene nomine Solidos centum. Item & ego Adalpertus Presbiter repromitto tibi ſupraſcripto Sichiprando Clerico, ut ſi ego vel poſteros meos tibi vel tuos heredes de ipſa predicta Caſa & Colonia vobis foram expellere vel menare queſierimus, aut ſi vobis ſuperimpoſita fecerimus, ſimiliter vobis componamus Solidos centum. Unde inter nobis due Cartule uno tenore Anſelmo Notario ſcrivere rogavimus.

Actum Piſa.

Signum ✠ manus Sichiprandi Clerici, qui hanc Cartula ſcrivere rogavit.

✠ Ego Petrus Clericus filio quondam Fuvingi, rogatus ad Sichiprandu Clerico, me teſte ſubſcripſi.

✠ Ego Ilmerandu filio quondam Deusdedi, rogatus at Sichiprandu Clerico, me teſte ſubſcripſi.

Signum ✠ manus Cocie filio quondam Nandulfi, teſtis.

✠ Ego Anſelmo Notarius poſt tradita complevi.

## Charta venditionis, factae Adelperto à Gumperto & Landolo Anno 816.

REgnante Domno noſtro Lodobis Rex, & magnus Imperius in Italia Anno Tertio, & Domnus Bernardus (2) Rex Langubardorum in Italia Anno Quinto, menſe Janoario, Indictione Nona. Conſtat Lando, & Gumpaldo germanis filiis quodam Gumperto, Landolo filio quondam Theopaldo, vindimus & tradamus vobis Adelperti v. d. enturis tris petias de terra infra Caſale. Prima petia in l..... dece & ſepte in traverſo de uno capo pertegas duas, de alio uno pedis octo, & lato un........... ri, de alio lato heredes Theopaldi, capo via, alio capo Caniſridi. Secunda petia in ..... in traverſo pertigas dua in ambas capus ex lato Domnini, alio Galdenari ca.... alio capo Theopaldi heredis. Tertia petia in longo pertigas ſidicenta ad pertigas ....... de pedis duodice menſuratam, & lato Dullioli, de alio Baſilica Sancti Johanni, alio heredes Theopaldi. Quarta petia cum vitis in dullio,

(1) Ideſt praedium. A Colono nata haec vox, cujus exempla complura habes apud Du-Cangium in Gloſs. Lat.

(2) Epocha Bernardi Italiae Regis heic deſumta videtur ab Anno Ch. 811. aut ab exordio ſubſequentis.

lio, avent in longo pertigas quatuordice in traverſo, de uno capo pedis dece, de alio capo Martini, alio Theopaldi, Secunda petia cum vitis in long....... gas nove in traverſo, de uno capo duas pedis, cinque de alio capo duas pedis ſex...... lato Domnini, de alio lato Caponoruni, de alio capo vindeturis. Tertia petia cum vitis ad Albarelli in longo pertecas tris & pedis quatuor ex traverſo in uno capo perteca una, de alio ſimiliter ad perteca legitima ex lato Domni Regis, alio lato Brittolani Capo Regis, alio ſimiliter Regis ſibi quis alius ſunt adfinis. Quarta petia cum vitis pro nomero vitis ſex prope emturi recepimus nus ſupraſcriptis vindeturis ad te emtur pro ſupraſcriptas res una cum ſuperius & in inferioribus rebus recipimus Dinarius ſexſanta ſenitum pretium. Unde modo promittimus nus ſupraſcriptis vindeturis, & noſtros heredes vobis enturis, & ad veſtris heredibus ſupraſcriptas res ab omni homine defenſare, ſit minimen potuerimus, aut remobere preſumſerimus, tunc componamus dublas res melioratas in conſimile loco.

Acta Cartol.......

Signum ✠ manus Landoni vindeturis, qui fierit rogavet.

Signum ✠ manus Gumpaldo vindeturis, qui fierit rogavet.

Signum ✠ manus Theopaldo filio bone memorie Vuinpaldi, teſtis.

Signum ✠ manus Gille filio quondam Uneſperto, teſtis.

Signum ✠ manus Johanni filio bone memorie Garipaldi, teſtis.

Signum ✠ manus Ariperti filio bone memorie Ritperti, teſtis.

Signum ✠ manus Martello filio bone memorie Theodaldi, teſtis.

✠ Ego Urſo filio Munichini rogatus ad ſupra utris vindeturi, me teſtis ſubſcripſi.

✠ Iſcripſi Gogavoin Notarium complevit & dedit.

## Locatio agrorum facta à Platone Epiſcopo Piſano. Anno 819.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Regnante Donno noſtro Lodoico Sereniſſimo Auguſto, à Deo coronato, magno & pacifico Imperatore, Anno Sexto, decimo menſe Madii, Indictione Duodecima. Placuit & convenit inter nos Platus gratia Dei ſancte Piſane Eccleſie Epiſcopus, nec non Deodatus Presbiter, qui ſuper nomine abet Avocatus, filius quondam Olperti, ut ego Deodatus Presbiter redere & tibi dare debeam in Caſa & rebus pertinentibus Eccleſie veſtre Sancti Martini in loco & finibus Septimo; Eccleſia vero ipſa, ſeo Caſis & rebus, quibus antea, rectas ſunt, per quondam Majorino Presbitero, & uſque modo per me ipſa rectas eſſe videntur. Ipſa vero Caſa, & rebus, quibus memorato Majorino Presbitero ad manum ſuam habuit, & ego laborare & gubernare debeamus, melioretur & non pejoretur, & in ipſa Dei Eccleſia ſit incenſum & luminaria, ſeo officium die, noctuque, juſta poſſivilittate mea facere & adimplere debeam. Et ipſa jam dicta Eccleſia, ſeo Caſa & rebus per omnes annos in menſe Martio, tibi vel ad poſteros tuos, aut à Miſſo, vel Loco...... to veſtro, cenſum vobis dare & perſolvere debeam a Piſa Curte veſtra in Caſcina de argentum Denarios ſexaginta boni expendibiles, & a mandato veſtro venire debeam ad juſtitia faciendum, & judicio veſtro audiendum & complendum. Unde promitto ego, qui ſupra Deodatus Presbiter

*ebiter tibi Plato Epiſcopo & ad poſte-*
*ros tuos, ſi ec, que ſuperius legitur,*
*mea promiſſione per ſingulos annos vobis*
*tal. . . . . . . parte Sancte Marie Epiſco-*
*patui veſtri non perſolvero, & non*
*ad . . . . . . . . . ſicut ſupra promiſi, ut ſi*
*jam dicta Eccleſia, ſeo Caſa, & rebus*
*dimittere, aut poſtponere preſumpſero,*
*aut ſi apud me pejorata fuerint, ſim*
B *vobis componiturus pena nomine Solidos*
*centum. Item & ego Platus Epiſcopus*
*promitto tibi ſupraſcripto Deodato Pre-*
*sbitero, ſi ego aut poſteros meos te de*
*jam dicta Heccleſia, vel de Caſa, &*
*rebus ad eam pertinentibus, de quibus*
*memorato Majorino Presbitero ad manu*
*ſua habuit, foras expellere, vel menua-*
*re queſierimus, aut ſuperimponere tibi*
A *facere preſumpſerimus, ſimiliter tibi com-*
*ponere Solidos centum, quia taliter in-*
*ter nos convenimus, duo libelli juxta*
*uno tinore Roſſelmum ſcribere rogavimus.*
*Actum Piſa.*
✠ *Ego Deodatus Presbiter in hoc*
*libellum à me facto, manus mea ſcripſi.*
✠ *Ego Nandifredi filio Dodi rogato*
*à Deodato Presbitero teſtis ſcripſi.*
✠ *Ego . . . . . . . tus à Deodato Pre-*
*sbitero me teſte ſubſcripſi.*
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . .
*Ego Roſſelmus Notarius . . . . . . .*
*Ego Raynerius Notarius Apoſtolicae*
*Sedis autenticum hujus vidi, & . . . . . .*
*hunc exemplar tracta eſt, & exem-*
*plavi.*

## Locatio terrarum facta à Platone Epiſcopo Piſano. Anno 823.

C *IN nomine Patris & Filii & Spiri-*
*tus Sancti. Regnante Domno noſtro*
*Hludovvico Sereniſſimo Auguſto à Deo*
*coronato, magno & pacifico Imperatore,*
*Anno Octabo, menſe Martio, Indictione*
*Prima. Placuit & convenit inter nos*
*Plato* (1) *gratia Dei, ſancte Piſane*
*Eccleſie Epiſcopus, nec non Ildeprandus*
*qui ſupra nomen Ildo vocatur, ſeo Lam-*
D *prando, & Teupertus germanis filii*
*quondam Ermiprandi, ut nos Ildepran-*
*dus, Lamprandus, & Teupertus ger-*
*manis reſedere & abitare debeamus in*
*Caſa, & rebus pertinentibus Epiſcopa-*
*tui veſtri Sancte Marie in loco & fi-*
*nibus Chociliana, quibus rectas fuerunt*
*per quondam Benedicto, & uſque modo*
*per nos ipſis regere videtur. Ipſa vero*
E *Caſa cum rebus ad eam pertinentibus,*
*nos vel noſtris hered. . . . . . . ſimul cum*
*petia illa de vinea trans fluvio Arno,*
*que tu nobis ad ipſa Caſa adjunxiſti,*
*laborare & gubernare debeamus, ut me-*
*lioretur & non pejoretur, & pro jam*
*dicta Caſa & rebus, ſeo & pro ſupra-*
*ſcripta vinea per omnes annos unus ex*
*nobis in Caſſina angaria facere debea-*
*mus, ideſt per omnes ebdomatas dies*
*quattuor, quibus de ſupraſcripta Caſa*
*& rebus conſuetudo fuit ad faciendum,*
*& a mandato veſtro venire debeamus*
*ad juſtitia faciendum, & judicio veſtro*
*audiendum & conplendum. Unde pro-*
*mittimus nos qui ſupra Ildiprandus,*
*Lamprandus, & Teupertus, vel noſtris*
*heredibus tibi ſupraſcripto Plato Epi-*
*ſchupo, & ad poſteros tuos, ſi haec quod*
*ſuperius legitur, noſtra promiſſione per*
*ſingulos annos vobis taliter ad parte*
*Sancte Marie non perſolſerimus & non*
*adimpleberimus, ſicut ſupra promiſimus,*
*aut ſi in jam dicta Caſa & rebus di-*
*mittere aut poſtponere preſumpſerimus,*
*aut ſi aput nos pejoratis fuerint, ſia-*
*mus*

(1) Supra vidimus ad Annum Ch. 801. *Platonem Piſanum* Antiſtitem. Idem hoc Anno recurrit. Quare nullus locus *Johanni II.* quem Ughellius interpoſuit.

mus vobis componituri pene nomine Soledos centum. Item ego Plato Epiſcbopus promitto vobis ſupraſcripti Ildeprando, Lamprando, & Teuperto, & ad veſtris beredibus, ſi ego, aut poſteros meos, vos de jam dicta Caſa, vel de rebus ad eam pertinentibus, aut de ſupraſcripta vinea foris expellere vel menare queſierimus, aut ſuperimpoſita vobis facere preſumpſerimus, ſimiliter vobis componamus Soledos centum, quia taliter inter nos convenit, & duo libelli juxta uno tinore Roſſelmum Notarium ſcribere rogabimus.

Actum loco Calci.

Signum ✠ ✠ ✠ manus ſupraſcripti Ildeprandi, Lamprandi, & Teuperti germanis, quibus hunc libellum ſcribere rogaberunt.

✠ Ego Adalberto filio bone memorie Hiudi, rogatus à ſupraſcriptis germanis, me teſte ſubſcripſi.

.......... batus à ſupraſcriptis germanis, me teſte ſubſcripſi.

.......... filio Teuding, rogatus à ſupraſcriptis germanis, me teſte ſubſcripſi.

.......... andi filio quondam Vualprandi, teſtis.

........... filio quondam Gherimundi, teſtis.

✠ Ego Gumpertu, rogatus à ſupraſcripti germanis, me teſte ſubſcripſi.

✠ Ego Adalperto, rogatus à ſupraſcripti germani, me teſte ſubſcripſi.

✠ Ego Roſſelmus Notarius & Scabinus poſt tradito complebis.

## Charta locationis terrarum facta à Platone Epiſcopo Piſano. Anno 823.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Regnante Domno noſtro Hludovvico Sereniſſimo Auguſto, à Deo coronato, magno & pacifico Imperatore, Anno....... menſe Martio, Indictione Prima. Placuit & convenit inter nos Plato gratia Dei, ſancte Piſane Eccleſie Epiſchopus, nec non & Sindipertus Presbiter....... diprandi, ut ego Sindipertus Presbiter laborare & gubernare debeam rebus pertinentibus Eccleſie veſtre Sancti Pauli, que eſt Plebe Baptiſmale prope Villa Magna, ſimul cum capanna & rebus veſtris illis, quibus rectas fuerunt per Andripert Presbiter ....... & una petia de vinea, que Lupulo ad laborandum abuit, quibus ego laborare & gubernare debeam, ut non pejoretur, & in ipſa Dei Eccleſia incenſum & luminaria, ſeo officium juxta poſſivilitate mea facere....re debeam, & pro jam dicta Eccleſia & rebus adpertinentibus, ſive...... ſupraſcripta capanna, & rebus ad eam..... annos in menſe Octobris hic Piſa ad domus Epiſcopat....... debeamus de argentum Dinarios decem & octo boni expendibiles, & ſi u......... dum tres vices in annos. Unde promitto ego, qui ſupra, Sindipertus Presbiter tibi ſupraſcripto Plato Epiſchopo, & ad poſteros tuos, ſi hec que...... ſingulos annos vobis taliter ad parte memorati Epiſchopatui veſtro non perſolſero, & non adimplebero, ſicut ſuperius promiſi, aut ſi...... & capanna & ſupraſcriptis rebus & vinea dimittere aut poſtponere preſumpſeri........ aut ſi aput me pejoratis fuerint........ vobis componitur ........ quinquaginta. Item ego Plato Epiſchopus premitto tibi ſupraſcripto Sindiperto Presbitero, ſi ego aut poſteros meos te, vel homines tuos de predicta ....... & capanna, vel de rebus ad eam pertinentibus, vel de ſupraſcripta vinea foris expellere, vel menare queſierimus,

*rimus, aut ſuperimpoſita vobis facere preſumpſerimus, ſimiliter tibi componamus Solidos quinquaginta, quia taliter inter nos convenit, & duo livelli juxta uno tinore Roſſelmum ſcribere rogabimus.*

*Actum Piſa.*

✠ *Ego Sindipertus Presbiter in unc lebellum à me factum manu mea ſubſcripſi.*

✠ *Ego Johannis Notarius & Scabinus ſubſcripſi.*

✠ *Ego Johannes rogatus à Sindiperto manu mea ſubſcripſi.*

✠ *Ego Pertiſuſu filio bone memorie Pertreldi, rogatus à Sindiperto, me teſte ſubſcripſi.*

✠ *Ego Adalprando rogatus à Sindiperto, me teſte ſubſcripſi.*

✠ *Ego Teupaldu filio bone memorie Aucis, rogatus à Sindiperto, me teſtis ſubſcripſi.*

*Signum* ✠ *manus Saiperti filio quondam Sacrifidi, teſtis.*

✠ *Ego Roſſelmus Notarius & Scabinus poſt tradito complebi.*

## Locatio agrorum facta à Johanne Secundo Epiſcopo Piſano. Anno 827.

*IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Regnante Domno noſtro Hlodovvico ſereniſſimo auguſto, à Deo coronato, magno & pacifico Quartodecimo, & dilecto filio ejus Domno noſtro Hlotario* (1) *idemque Imperatore, Anno imperii ejus poſtquam...... greſſus eſt, Sexto, Menſe Decembris, Inditione Sexta. Placui & convenit inter nos* Johannes (2) ſancte Piſane Eccleſie..... *Sundiperto, homo Lucenſe, filio bone memorie Pertualdi, ut ego Sundipertu lavorare & excolere faciam Caſe &..... Eccleſie veſtre, in loco & finibus Caſale, & in lapide, que jam antea Aſaldo in beneficio habuit. Simili...... colere faciam Caſa una pertenentes ipſius Eccleſie veſtre in loco Floriano finibus Lucenſe. Hec omnia.... dicte loca ego lavorare & excolere faciam, ut non pejuretur, & cenſum vel angaria....... res vos conſuetudo habuiſti exigere & tollere, ego ipſo exire & habere debeam in mea po..... ego advixero. Et ipſis hominibus, qui in jam dicte Caſe reſedunt, ad mandatum veſtrum venire..... ...tia faciendo & judicio veſtro complendo. Et pro omnibus memoratis rebus vobis per omnes annos in feſto Sancte Marie in Menſe Auguſto per me vel per Miſſo meo cenſum dare & perſolvere debeam ad parte Eccleſie veſtre argenti Denarios duodecim bonos. Unde promitto ego, qui ſupra, Sundiperto, tibi.... Johannis Epiſcopus, vel ad poſteros tuos, ſi jam dicte Caſe, & rebus dimittere aut poſtponere preſumpſero, ſi aput me pejurate fuerint, & vobis omnia per ſingulos annos non perſolſero, & non adimplevero omnia, ut ſupra promiſi, componituri ſim vobis pene nomine Soledos quargnentos. Item & ego, qui ſupra Johannis Epiſcopus promitto tibi Sundiperte, ſi ego, vel poſteros meos te de jam dicte Caſe & res foras expellere aut tollere preſumſerimus, aut ſi de ipſo Cenſum vel angaria, quod ipſi Maſſarii, qui in jam dicte Caſe reſedunt, per ſingulos annos perſolvere debunt, tibi exinde qualivet ſuperimpoſita facere preſumpſerimus, ſimiliter tibi componamus Soledos quargnentos, quia taliter*



(1) Ejus Epocha deducta fuit heic ab Anno 822. quo is Ludovico Auguſto Patre jubente *in Italiam ingreſſus eſt*.

(2) Nimirum *Secundus*, non *Tertius* appellandus in Catalogo Piſanorum Antiſtitum.

*liter inter nobis convenit, & duas cartulas prope uno tenore Petro Notario ſcrivere rogabimus.*

*Actum Piſa.*

✠ *Ego Sundiperto in ac cartula à me facta, manu mea ſubſcripſi.*

✠ *Ego Aliſi Notarius rogatus à Sundiperto, me teſte ſubſcripſi.*

✠ *Ego Andreas Gaſto ſubſcripſi.*

✠ *Ego Johannes Clericus rogatus à Sundiperto, me teſte ſubſcripſi.*

✠ *Ego Petrus Diaconus ſubſcripſi.*

✠ *Ego Adalpradus Presbiter ſubſcripſi.*

✠ *Ego Aufridi Presbiter ſubſcripſi.*

✠ *Ego Ghiſelpertus Diaconus ſubſcripſi.*

✠ *Ego Alalbertus Presbiter ſub ſcripſi.*

✠ *Ego Natali Presbiter ſubſcripſi.*

✠ *Ego Rotpertus Arcipresbiter ſubſcripſi.*

✠ *Ego Ilparrando Clericus filio Camperti, rogatus à Sundipertu, me teſte ſubſcripſi.*

*Signum manus* ✠ *Lamperti filio quondam Mauri, teſtis.*

*Signum* ✠ *manus Dominici filio quondam Joannis, teſtis.*

*Signum* ✠ *manus Aſaldi filio quondam Lupaciani, teſtis.*

*Signum* ✠ *manus Ildicari filio Rachinaldi, teſtis.*

*Signum* ✠ *manus Cuneradi filio quondam Aurisperti, teſtis.*

✠ *Ego Ilprandus Arcidiaconus ſubſcripſi.*

*Ego Petro Notarius poſt tradita complebi.*

## Teſtamentum Liutperti, qui & Centolus, Archidiaconi Piſanae Eccleſiae, ſcriptum à Johanne II. Epiſcopo Piſano. Circiter Annum Chr. 842.

*IN nomine Dei Salvatoris noſtro Jeſu Chriſti. Regnante* (1) *piiſſimo atque excellentiſſimo........ ideſt exhilarate corda & mentes noſtras ad gaudia patrie celeſtis erigere. Cum Paulus egregius predicator dicit:* Nolite diligere Mundum, nec ea, que in Mundo. Qui enim diligit Mundum, non eſt charitas Patris in eo, quoniam qui amat eum, amatur ab eo, quem amat, & per hoc inimicus Dei eſſe convincitur. *Dominus dicit:* Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt. *Et centurio ait:* Domine, ſi aliquid defraudabi, reddo quadruplum. *Nam & David Pſalmi gratus vates cecinit. Ait:* Divitie ſi affluent, nolite cor apponere. *Proinde debet unuſquis eternis lavorare munerihus, unde nobis aliqua beatitudinis portiuncula in perpetuo tempore ſit profutura, & ante tribunal eterni Judicis cum ſecura conſcientia preſentemur, quia ſi omnia iſtius Mundi habeamus divitias, nihil eſt dignus Domino. Ideoque ego, qui ſupra Liutpert, qui & Centolus, Archidiaconus ſancte Piſane Eccleſie, hac die, que ſuperius legitur, dum Dei viſitatione egrotante me lectulo reducerem, in preſentia venerabili Patri noſtro Juſtino* (2) *Epi-ſcopo,*

(1) Exciderunt Chronologicae Notae. Unus heic Imperator commemoratus videtur. Quare circiter Annum 842. quo unus Lotharius imperabat, ſcriptae mihi creduntur hae Tabulae.

(2) Error antiqui Amanuenſis. Nam infra diſerte Piſanus Epiſcopus *Johannes* appellatur. Ad Annum Chr. 837. Ughellius *Biurgum*, ſeu *Bingum* Piſanae Eccleſiae Epiſcopum ſtatuit. Tum ſubdit *Zenobium* ad Annum 841. Quibus tabulis neſcio. Ambos ego

*ſcopo, Aunimundo Archipresbitero, Gauſerado Presbitero, Hudoaldo Presbitero, Pirro Presbitero, Uvandolo Diacono, ſeu & Gunderad filio quondam Cuniperti, Coccie, Pertoli, Avandoli, Petoligi, ſeo & aliorum plurium amicorum, medietate de omnes res & ſubſtantiam mea, tam homines, quam Caſas, prata, vineas, campos, ſilvas, quatropedias, omnia & in omnibus, tam de parentum jura, quam de comparatione quitquit mihi conpetit, tradedi tibi Conſobrino meo Rigberto, qui & Maccio, Diacono. Poſtea vero in eorum ſupradictorum preſentia nos...... Centolus Archidiaconus & Maccio Diaconus comune conſilio, parique conſenſu tractantes noſtrarum animarum remedia........ res, ut dum ipſe advivere meruerimus unus aut ambo, omni..... ſit poteſtate. Poſt obito verò noſtro volomus de colonia.......... a cauſa & Aliperga cum Caſa, filios vel filias ſuas, & cum mobile vel immobile, & pertinentia ſua pertinere dinuſcitur, ſeo & Fridihiſi, & Giſa cum filios & filias ſuas Cauſerado & Avalderada, ſeo & Sotola cum filias ſuas Clemonte, Guitolfi, Rodichis, & Perterada cum filiis & filias ſuas, Teupert & Perterada cum filios & filias ſuas. Iſti ſu praſcribti cum caſas & perſonas ſua, & omnem ſubſtantias ſuas, ad ſe pertinentia mobilia & immobilia, ſeo & Teutpald, Radtrada, Ermifrid, Bonello, Magnifrid, Mucciolus, I[illegible]do, & Fridicauſo germanis, Baroncellus, & Ratperga cum filios & filias ſuas, & Liofolus germani ejus, Pertoald, Gundipert, & Aunitruda cum filios & filias ſuas, Buzzulo, & Aunitruda*

A *cum filios & filias ſuas. Iſti omnes cum caſas vel omnes res ſuas movilia & immovilia, quidquit ad manus ſuas habere videntur, ſeo & Rodicunda Ancilla Dei, & de Cultano Auniperga, perſona ejus in vel que de ea procreantur, volumus ut omnes iſti cum omnibus rebus ſuis, dum nos Centolus & Maccio advivere meruerimus, in noſtra* B *ſit poteſtate; poſt obito verò noſtro decrevimus, ut omnes ſint cum omnes rebus ſuis liveri & abſoluti ab omni nexu condicionis, vel à jugo ſervitutis. Et volumus habeatis defenſionem* (1) *ad Eccleſia Sancte Marie, vel Epiſcopo in loco, qui poſitus fuerit, & per omne caſa per ſingulos annos dare debeatis ad Caſa Sancte Marie exenio tri-* C *miſſale, aut certe trimiſſe in auro; amplius vobis nulla imponatur, & mundio, ſi qua de veſtra procreatione ad marito ambulaverit, ad Eccleſia Sancte Marie, vel Epiſcopi ſit poteſtate. Et hec volumus, ut ſi alicui ex vobis prenominatis aliquas res vindere fuerit oportunitas, non habeatis poteſtate aliis hominibus vendendi licentia, niſi inter* D *vobis Conlivertis unus alterius..... ad parentibus noſtris de benefactoribus veſtris ſuperſcriptis Diacones. Et ſi aliquis ex ipſis preſumpſerit aliquas res.... homine venundare, poteſtate habeant heredes, aut parentes de ipſi Diacones prendere & tenere & defendere. Nam ſi decreverit ſemel noſter......... ſicut ſuperius ſtatuimus, ita perpetuis & pe-* E *rennis permaneat temporibus. Ecce ut noſter concepit animus pro Dei omnipotentis remuneratione in vos adimplevimus, & unde ſupra diximus. Iterum memoramus de ipſo veſtro mundio, quod ſit*



ego arbitror è ſerie Piſanorum Antiſtitum expungendos. Nam *Johannes* Epiſcopus ad Annum 848. ſeſe nobis offeret, non alius, ut opinor, quam qui Anno 82[illegible]. in ea Cathedra ſedens jam nobis occurrit.

(1) Ideſt ſitis ſub defenſione ſive Patronatu Piſanae Eccleſiae, ejuſque Epiſcopi. Nam uti apud Romanos, ita & apud Langobardos in Libertos aliquid juris reſtabat Patronis, quorum tamen tutelâ ipſi quoque Liberti fruebantur.

*ſit in poteſtate Eccleſie Sancte Marie, vel Epiſcopi, volumus, ut per caput ſit tantum Soledum unum. Unde pro memoranda futura tempora & anime noſtre cautela, & ne in poſteris aliqua fiat oblibio, hanc teſtamenti cartula fieri elegimus, & in preſentia ſubſcriptorum teſtium Joannem Epiſcopum rogabimus ſcribendam.*

*Actum Piſas, Regno, Anno, Menſe, Die, & Inditione ſuperſcribtas feliciter.*

*✠ Ego Liutpertus, qui & Centulus Archidiaconus in unc teſtamento a me facto, manu mea ſubſcripſi.*

*✠ Ego Righipertus, qui & Maccio Diaconus, in unc teſtamentum a me facto manu mea ſubſcripſi.*

*Ego Alvart Diaconus in hunc teſtamentum rogatus me teſtes ſubſcripſi.*

*Signum ✠ manus Ermefridi filio quondam Amicanſi, teſtis.*

*✠ Ego Auſuſus Unricis in unc teſtamentum mi teſte ſubſcripſi.*

*Signum ✠ manu Gudolini v. d. filio quondam Filerad, teſtis.*

*Signum ✠ manu Cunipert filio quondam Pittoni v. d. teſtis.*

*✠ Ego......... ripertus relegioſus Clericus in unc teſtamentum rogatus me teſte ſubſcripſi.*

*✠ Ego Anſuſu ſacro relegioſus Clericus in unc teſtamentum rogatus me teſte ſubſcripſi.*

*✠ Ego Joannes (1), licet indignus Epiſcopus, rogatus a Liutpert, qui & Centulus, Archidiacono, ſeo & Rigiperto, qui & Maccio, Diacono, hanc paginam teſtamenti, in preſentia quorum ſupra teſtium, ad ſcribendum ſuſcepi, & poſtea poſt ſigna aliorum ſeptem teſtium ſubſcripſi, & deplebi.*

## Locatio terrarum facta a Johanne II. Epiſcopo Piſano Anno 848.

IN *nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Regnante Domno noſtro Hlotario ſereniſſimo Auguſto, a Deo coronato, magno & pacifico Imperatore, Anno Imperii ejus, poſtquam in Dei nomine Italia ingreſſus eſt Vigeſimo (2) Sexto, Menſe Octobris, Indictione Duodecima. Placuit & convenit inter nos Johannes (3) gratia Dei ujus ſancte Piſane Eccleſie Epiſcopus, nec non Lupacianu, & Sachiſindus germani, filii quondam Gheriſindi........ Sachiſindus germanis, vel noſtris heredibus, abitare & excolere debeamus rebus pertinentes Epiſcopatui veſtro Sancte Marie in loco Ciciliana, rebus ipſis, quibus memorate Eccleſie Sancte Marie a quodam Tachiperto obvenit, medietatem ex omnibus ipſis rebus in prenominato loco Ciciliana nos vel noſtris heredes laborare & excolere debeamus, ut melioretur & non pejuretur, & pro fruge de jam dictis rebus per omnes annos in Menſe Auguſto hic domus Epiſcopatui veſtro tibi vel ad poſteros tuos, aut ad Miſſo veſtro cenſum & tributum dare & perſolvere debeamus de argentum Denarios quadraginta & duos bonos expendibiles, & a mandato veſtro venire debeamus ad juſtitia faciendum, & judicio veſtro*

(1) Animadverte, Notarii loco Epiſcopum ipſum haſce tabulas conſcripſiſſe. Id factum, tum quod agebatur de eminenti Miniſtro Piſanae Eccleſiae teſtamentum faciente, tum etiam quia de pia cauſſa actum fuit.

(2) Epocha quoque illa deducta fuit ab Anno 822. quo Lotharius in Italiam primùm ingreſſus eſt.

(3) Niſi authenticae tabulae aliud perſuadeant, hic idem Epiſcopus credendus, qui Anno 827. Eccleſiam Piſanam rexit.

*ſtro audiendum & complendum. Unde promittimus nos, qui ſupra Lupacianu & Sachiſindus germani vel noſtris heredibus componere tibi Domno Johanne Epiſcopus, vel ad poſteros tuos, ſi hec, quod ſuperius legitur promiſſione per ſingulos annos vobis ad parte Sancte Marie Epiſcopatui inter ambos non perſolſerimus, & non adimpleberimus, ſicut ſupra promiſſimus, aut ſi jam dictis rebus dimittere, aut poſtponere preſumpſerimus, aut ſi admodum aput nos pejoratas fuerit, ſiamus vobis componituri penam nomine Solidos quinquaginta. Item ego qui ſupra Johannes Epiſcopus promitto vobis ſupraſcripto Lupacianu & Sachiſindu germani, vel ad veſtris heredes, ſi nos vobis per ſingulos annos ad parte Sancte Marie ſic perſolſeritis & adimpleberitis, ſicut ſupra promiſiſtis ......... poſteros meos, vos de jam dictis rebus foras expellere & menare queſierimus, aut ſuperimpoſita vobis facere preſumpſerimus, ſimiliter vobis componamus Solidos quadraginta, quia taliter inter nos convenit, & duo libelli juxta tenore Roſſelmum Notarium ſcribere rogavimus.*

*Actum Piſa.*

*Signum manus ✠ Lupaciani.*

*Signum ✠ manus Sachiſindi germani, qui hunc libellum fieri rogavit.*

*✠ Ego Nandifridi filio Dodie, rogatus a ſupraſcriptis germanis me teſte ſubſcripſi.*

*✠ Ego Therimundo filio bone memorie Therimundi, teſtis ſubſcripſi.*

*✠ Ego Johannes Clericus & Scabinus ſubſcripſi.*

*✠ Ego Johannis filio Aſaldi, rogatus a ſupraſcriptis germani, teſte ſubſcripſi.*

*✠ Ego Anſaldus filius Anſelmi, rogatus a ſupraſcriptis germanis, me teſte ſubſcripſi.*

*✠ Ego Roſſelmus Notarius & Schabinus poſt tradita complebi.*

## Collatio Eccleſiae Baptiſmalis S. Petri in Radicata, facta a Johanne, fortaſſe Tertio, Epiſcopo Piſano. Anno 857.

IN *Dei nomine. Regnante Domno noſtro Hluduvicus* (1) *glorioſiſſimus gratia Dei Imperatore Auguſto, poſtquam in Italia ingreſſus eſt, Anno Imperii ejus Secundo, Sexto Idus Martias, Indictione Quinta. Manifeſtu ſum ego Alamundo filio Boſi, quia tu* Joannes (2) gratia Dei ujus ſancte Piſane Eccleſie umilis Epiſcopus *per cartula ordinationis ordinaſti & firmaſti Stephano Presbitero filio Criſtine in Eccleſia Dei & Sancti Petri, quod eſt Plebe baptiſmalis, ſita loco Radicata, cum omnibus rebus ad ipſa Eccleſia pertinentes, & dediſti eis Soledos viginti de bones denarios. Et proinde ego, qui ſupra, Alamundo, conſentientes mihi ipſo Boſo genitor meus, per hanc cartula repromitto tibi Joannes Epiſcopus, ut ſi ego vel meus heredes tibi vel ad ſubceſſoribus tuis pro ipſo Stephano Presbitero non dederimus & non perſolverimus uſque dum ipſe Stephano Presbitero jam dicta Plebe, & prefatis rebus abuerit, & nos abuerimus, per ſingulos annos vobis non dederimus per omnes*

(1) Habes heic Epocham Ludovici II. Auguſti, deductam a morte Lotharii Auguſti patris.

(2) Ad haec tempora *Johannem Quartum* Ughellius refert. Is mihi *Tertius* eſt. Neque enim audeo tandiu producere vitam *Johannis Secundi*, qui ſe nobis obtulit ad Annum Ch. 827. quamquam fieri potuerit, ut idem ad haec uſque tempora in vivis fuerit.

*nes Menſes ſexaginta Denarios boni expendibilis, qualis pro tempore per caput melius fuerit expendibilis, & vobis non dederimus in ſupraſcripto Conſtituto Aucellos (1) boni mertinos centum, uſquedum nos vel noſtris heredibus jam dicta Plebe & prefatis rebus habuerimus, & vobis jam dictos Denarios (2) & jam dictos Aucellos vobis vel ad ſucceſſoribus tuis, tunc ſpondemus nos vobis componere penam argentum Soledos centum, & hanc promiſſio omni tempore in ſua permanead firmitatem, quia in tali ordine hanc promiſſio & Roſſelmum Notarium ſcribere rogavi.*

*Actum Piſas.*

A *Signum manus ✠ Alamundi, qui hanc promiſſionem fieri rogavit.*

*Signum ✠ manus Boſi genitor ſupraſcripti Alamundi conſentientes.*

*✠ Ego Teupertus rogatus ab Alamundo, me teſte ſubſcripſi.*

*✠ Ego Gumbertu rogatus ab Alamundo, me teſtes ſubſcripſi.*

*Signum ✠ ✠ manus Tauchiperti,* B *& Soprandi germani, filii bone memorie Rachiperti.*

*Signum ✠ manus Coſperti, que Pipino vocatur, filio Amulperghe teſtes.*

*Ego Roſſelmus Notarius poſt tradita complevi & dedi.*

## Charta Emphyteuſis facta a Johanne, fortaſſe Tertio, Epiſcopo Piſano. Anno 857.

*IN Dei nomine. Regnante Domno noſtro Hludovvicus glorioſiſſimus gratia Dei Imperator Auguſto, poſtquam in Italia ingreſſus eſt, Anno imperii ejus Secundo, Quintodecimo Kalendas Junias, Inditione Quinta. Manifeſtu ſum ego Anſelmo filio bone memorie Nandiſridi, quia tu* Johannes gratia Dei hujus ſancte Piſenſis Eccleſie umilis Epiſcopus *per cartula livellario* D *nomine ad Cenſum perexolvendum dediſti mihi ideſt Caſalino illo, in qua fuit Caſa & Curte domnicata, in locho & finibus, ubi vocitatur Cammajano, prope loco & finibus, ubi vocitatur Rivoardi, una cum Caſa illa in locho, ubi vocitatur ad Celli, qui eſt pertinentes de ipſa Curte, que regitur per Sabbatino, cum caſas & Caſalino, &* E *rebus illis in locho, ubi vocitatur ad Scaparne, qui recta eſſe videtur per ſupraſcripto Sabbatino, & Betto, ſeo &* C *Caſalino & rebus in ſupraſcripto locho Cammajano, qui regitur per Aggo Maſſario, & eſt pertinentes ipſo Caſalino, in qua fuit caſa & Curte domnicata, & predictis caſis, & ceſſinis, & caſalinis, & rebus ſupraſcripti Epiſcopatui veſtro Sancte Marie jam dicto Caſalino, in qua fuit caſa & Curte domnicata cum rebus domnicatis, adque caſis, & ceſſinis, ſeo caſalinis in denominatis locibus ad ſupraſcripta Curte pertinentibus, cum fundamentis ſuarum, cum curtis, ortalia, terris, vineis, olivetis, ſilvis, virghareis, pratis, paſcuis, cultis rebus, vel incultis, omnia quantum ubique ad ſupraſcripta Caſalino, qui jam fuit caſa & Curte domnicata, ſeo ad prefatis caſis & ceſſinis, ſeo caſalinis, ubique ſunt, pertinentes in qualibet locis vel vocabulis in integrum, mihi eas livellario nomine dediſti & confirmaſti. Simul & dediſti mihi*

(1) Unde Italicum *Augello*, diminutivum vocis *Aviculae*, *Avicellae*.

(2) Et tunc in uſu fuit penſiones imponere Eccleſiis, & quidem ad utilitatem Epiſcopi: quod minime probes.

A *bi Caſſinas, & res illa in loco & fi-*
*nibus Campolongho, qui eſt pertenentes*
*ipſius Epiſcopatui veſtro Sancte Marie,*
*qui recta fuit per quondam Joannes fi-*
*lio quondam Andrenini, jam dicta Ca-*
*ſina, cum fundamento, & omnem edi-*
*ficio ſuo, cum curte, orto, terris, vi-*
*neis, ſilvis, virgareis, pratis, paſcuis,*
*cultis rebus vel incultis, omnia quan-*
B *tum ubique ad ipſa Caſſina eſt perti-*
*nentes, & ſupraſcripto quondam Joan-*
*nes Maſſario exinde ad manus ſuas a-*
*buit, mibi dediſti & confirmaſti in in*
*tegrum. Tali vero ordinem, ut ab ac*
*die in nea, qui ſupra Anſelmo, vel de*
*meis filiis & heredibus noſtrorum eſſet*
*poteſtatem, aut ad illas perſonas homi-*
*num, cui nos jam dicti Caſis & Ca-*
C *ſalinis, ſeo Ceſſinis, & rebus, quas*
*mibi, ut ſupra, libellario nomine de-*
*diſti & confirmaſti, & cui n........*
*lario nomine dederimus, vel abere con-*
*ſtituerimus in eorum um......... ven-*
*di, poſſidendi, laborare faciendi, &*
*nobis eas......... pro omni cenſum &*
*juſtitiam exinde tibi, vel ad poſteri-*
*ſque......... Epiſcopatui veſtro Sancte*
D *Marie per ſingulos annos per omnes*
*Menſe....... dere debeamus ipſa &*
*de ipſo domo Epiſcopatui veſtro Sancte*
*Marie & per nos, aut per miſ.... de*
*loco poſito veſtro aut ſuper ipſo Altario*
*beate Sancte Marie ponantur argentum*
*Denarios bonos expendibilis numero ſe-*
*ptuaginta duo, nullam aliquit amplius*
*& homin........ qui in ipſis caſis &*
*caſſinis abitantes fuerit, ſuptitum fue-*
*rit, nos eos a mandato veſtro venire*
*faciamus hic Piſa ad legem & juſti-*
*tiam faciendum tantum. Et ſi nos vo-*
*bis habere omnia, qualiter ſuperius le-*
*gitur per ſingulos annos, ſic novis fue-*
*rit adimpleta & conſervata........ ſu-*
*praſcripto Caſalino, in qua ſupraſcripta*
*caſa & Curte domnicata ſeo rebus dom-*
*nicatis, adque caſas, ſeo caſſinas, ſeo*
*caſalinis ad ipſa Curte pertinentibus,*
*ſeo & jam dicta caſſina & res, quas*
*mibi, ut ſuperius dediſti, relaxaveri-*
*mus, vel ſi per nos pegiorata fuerit,*
*ſpondeo ego, qui ſupra, Anſelmo, una*
*cum meis filiis & heredibus noſtrorum*
*componere tibi, qui ſupra, Joannes E-*
*piſcopus, vel ad poſ...... ſucceſſoribus*
*tuis penam argentum Soledos ducentos*
*quatuor, inter nos conveni &........*
*Roſſelmum Notarium ſcribere rogavi.*

*Actum Piſa.*

*........ libello a me facto manu mea*
*ſubſcripſi.*

*........ rogatus ad Anſelmo me teſte*
*ſubſcripſi.*

✠ *Ego Cunipertu rogatus ad Anſel-*
*mu me teſte ſubſcripſi.*

*Signum* ✠ *manus Samuel Scabin....*

*Signum* ✠ *manus Teupaldi filio quon-*
*dam Petruli, teſtis.*

✠ *Ego Gumberto rogatus ad Anſel-*
*mo me teſte ſubſcripſi.*

✠ *Ego Roſſelmus Notarius poſt tra-*
*dita complevi & dedi.*

## Charta Emphyteuſis facta a Johanne, fortaſſe Tertio, Epiſcopo Piſano. Anno 857.

E IN *Dei nomine. Regnante Domno no-*
*ſtro Hluduvicusglorioſiſſimus.... poſt-*
*quam in Italia ingreſſus eſt, Anno Im-*
*perii ejus Secundo, Sexto Calendas Ju-*
*lias, Inditione Quinta. Maniſeſto ſum*
*ego Ghiſalberto filio......... Idi, quia*
*tu* Johannes gratia Dei hujus ſancte Piſane Eccleſie umilis Epiſcopus *li-*
*vellario nomine ad cenſum perſolvendum*
*dediſti mibi...... loco & finibus, ubi*
*dici-*

*dicitur Lajano, qui recta fuit..... res pertinentes ſupraſcripto Epiſcopatui veſtro Sancte Marie; Caſalino verò ipſo cum fundamento ſuo, cum Curte, orto, terris, vineis, ſilvis, virgareis, pratis, paſcuis, cultas res, vel incultas, omnia, quant...... pertenentes, & ſupraſcripta terrula exinde ad manus ſuas ...... in integrum. Tali verò ordinem, ut da admodum in mea vel de meis heredibus ſint poteſtatem eas habendi, imperandi, gubernandi, laborare faciendi, meliorandi, & nobis eas privato nomine uſufructuandi...... ad juſtitiam exinde tibi, vel ad....... Epiſcopatui veſtro Sancte Marie per ſingulos annos ....... cenſum vobis reddere debeamus hic Civitate Piſa ad ipſo Domo Epiſcopalis vobis, vel ad Miniſteriale veſtro, aut ad loco poſito veſtro per nos, aut per Miſſo noſtro, argentum Denarios bonos expendibiles numero...... & ſi in ipſo Caſalino Caſa ibi..... dum, & habitandum miſerimus....... faciamus hic Piſa duo vice in anno ad le-* A *gem & juſtitiam faciendum tantum; Et ſi nos vobis hec omnia, qualiter ſuperius legitur, per ſingulos annos, ſic non fuerit adimpleta & conſervata, aut ſi ſupraſcripto Caſalino, & res, quas mihi dediſti, relaxaverimus, vobis..... ſpondeo ego, qui ſupra Ghiſalberto, una cum...... Johannes Epiſcopus, vel ad ſubceſſoribus tuis penam argenti........* B *quia taliter inter nos conveni, & duas inter nos cartulas Roſſelmum Notarium ſcribere rogavi.*

*Actum Piſa.*

*Signum ✠ manus Ghiſalberti, qui hunc libellum.......*

*✠ Ego Adalprand rogatus......*

*✠ Ego Tenpertus rogatus a Ghiſalberto....*

C *✠ Ego Iſalprando rogatus a Ghiſalberto, me teſtes ſubſcripſi.*

*✠ Ego Alperto rogatus.......*

*Signum ✠ manus Adalberto filio....*

*✠ Ego Bene rogatus.....*

*✠ Ego Roſſelmus Notario poſt tradita complevi & dedi.*

## Placitum Piſis habitum a Miſſis Ludovici II. Imperatoris, in quo cauſſa nonnullorum Servorum Eccleſiae Piſanae agitatur. Anno 858.

*DUm in Dei nomine ad poteſtate piiſſimi Domni Hludovici Imperatoris partibus Tuſcie directi fuiſſent Joannes, & Ildiprandus, Vaſſi Imperiales, ſingulorum hominum juſtitias faciendum, & cum veniſſent Civitate reſedentes in judicio in ſala olim Aganoni Comiti, reſidentes cum eos Adalbertus, & Ratfredus, Judices ſacri Palatii, Anſiprandus, Alpertus, & Gumpertus Vaſſi..... Gregorius, Roſſelmus, omnes Scabinis Piſenſis, Chunimundo Scabino Lucenſis, Teupertus, Ghiſulfus, Gunderado, Nandulfo, Nandibodo, Teudiperto, Teufridi, Ramingo, Joanni, Gherimundo, Vuidaldo, Adalberto Joannis, Ghiſifri-* D *mo, Anſualdo, & reliqui multi. Ibique in judicio...... Leo filius quondam Petri, una cum conjuge ſua, nomine Adelinda, nec non & Goſfrid Advocato Epiſcopatui Sancte Marie Piſenſe, in quo vir beatiſſimo* Joanne Epiſcopo *preeſſe videtur, altercationem inter ſe habentes, dicendum ipſe Leo:* ſervi & pertinentes Epiſcopatui Sancte E Mariae, de quibus iſte Goſfrid peragit cauſa, fecerunt vaſionem in Caſa & res illas, loco nuncupante Tredecim prope Eccleſia Sancti Fridiani; qua Caſa & res foerunt pertinentes quondam Mauri Formicini natione Corſo, qui fuit ſocero meo:

& ipſe

& ipſe ſocero meus reliquit in ſucceſſione iſtius Adelinde conjugi mee. Unde quero, ut exinde inter nos detis judicium. *Hoc dictum obvians ei memoratus Gofrid, & dixit:* Parte Epiſcopatui Sancte Marie habet & detinet aliquantas Caſas & res in loco Tredecim, ſet ipſa Caſa & res, de quibus tu Leo mihi queritur, ego neſcio. *Refertum hoc, dedit vvadia* B *ipſe Leo eidem Gofrid de Caſa & res ipſa; oſtenſi, ipſe Gosfrid deat ei vvadia, ut eſſet paratus ad videndum, & reverterent ad Placitum, ſtarent exinde ad rationem ſecundùm Lege. Et ſtatuerunt inter ſe fidejuſſores. Et conſtituto ei dum ipſi Miſſi cum prefati Judices Imperiales perrexiſſent...... in ſervitio ei de Menſe Auguſti, & non* C *fuiſſent ad ipſum predeſtinatum Placitum, tunc per Imperialem juſſionem una cum memorato Joanne reverentiſſimo Epiſcopo Piſenſe, Raghinardo Gaſtaldo in Domo bujus Epiſcopatui Piſenſis reſedentes in judicio nos, preſentibus Roſſelmus, & Joannes Scabinis, Teupertus, Urſo Vicedomini, Gunderado, qui nobis aderant Nandolfo, Nandibodo, Adalperto, Gun-* D *diperto, Cunerado, Ramingo, Joanni, Fraimundo, Adalberto, Oprando, buni & alii plures reverſi ſunt ambas partes ante nos. In judicio cepit memoratus Gosfrid dicere eidem Leoni:* Oſtendiſti mihi Caſa & res in loco Tredecim, ſicuti mihi tu vvadiam dediſtis, & ipſa Caſa & res parte Epiſcopatui Sancte Marie habuit & poſ- E ſediit per annos triginta & amplius, quod nec tibi, nec ad Conjuge tua nihil pertinuit, nec pertinere debentur juxta lecto. Hodie eſt noſtrum firmum conſtitutum, exinde ratione mittendum, ſicut vvadiatum habuimus. *Refertum hoc, interrogamus nos, qui ſupra Auditores & Judices eumdem Leonem, quia exinde ipſe dicere voluiſſet, ut diceret reſponſum. Qui de preſente prefatum Leonem...... Adelinda conjuge ſua profeſſi ſunt, & dixerunt:* Verè Caſa, & res ipſa, de quibus intentione iſta habuimus, nos eas contendere non valemus, quia non poſſumus, nec nobis nihil pertenuit, nec pertinere debentur juxta Lege. *Hec profeſſio facta, cauſa manifeſtata, quomodo aut qualiter ab hordinem ſuperius legitur, paruit nobis recte, quorum ſupra Auditores & Judices, una cum omnibus ibi nobiſcum adſiſtentibus ita judicabimus, ut ſecundùm eorum altercationem, & ſecundùm ipſorum Leoni & de conjuge ejus profeſſionem habere debuiſſet ſupraſcripta Caſa & res parte Epiſcopatui Sancte Marie, de quibus ipſe Gosfrid Advocatus peragebat cauſa, abſque illorum Leoni & de conjuge ejus eſſent exinde remoti & contempti. Et taliter eſt inter eis finita cauſa. Unde qualiter ante nos hac cauſa perbacta & deliberata eſt, hanc notitia Judicati noſtri pro ſecuritate memorati Epiſcopati Sancte Marie fieri previdimus.*

*Quidem & ego, qui ſupra Gregorius Notarius & Scabinus ſcripſi, Anno Imperii Domni noſtri Hludovici Imperatoris Octabo* (1), *Decimo Calendas Aprilis, Indictione Sexta.*

*Signum ✠ manus Raghinardi Gaſtaldio Piſenſe, qui interfuit.*

✠ *Ego Johannes Notarius & Scabinus interfui.*

✠ *Ego Teupertus ibidem fui.*

✠ *Ego Roſſelmo Notarius & Scabinus interfui.*

✠ *Ego Hunerado ibi fui.*

✠ *Ego Naudolfo interfui.*

✠ *Ego Nandibodo filius bone memorie Naudulfi interfui.*



(1) Uſurpatam heic habemus Epocham Ludovici II. Auguſti, inchoatam Anno Chr. 850. quo is Romae Imperiali Coronâ donatus fuit.

✠ Ego Urſo Archipresbiter, & Vicedomui interfui.

✠ Ego Petrus Diaconus interfui.

✠ Ego Adalberto filio bone memorie Andree interſui.

A ✠ Ego Frabinardo filio Joanne interſui.

✠ Ego Adalberto filio bone memorie Banduci ibidem interſui.

## Charta Johannis, fortaſſe Quarti, Epiſcopi Piſani, per quam concedit quoſdam fundos in Emphyteuſim. Anno 877.

*IN Dei nomine. Regnante Domno noſtro Hkarolus, gratia Dei Imperator Auguſto, poſtquam Italia ingreſſus eſt, Anno Deo propitio imperii ejus Secundo, Quintodecimo Kalendas Junias, Inditione Decima. Manifeſtu ſum ego Teudici filio bone memorie Tudelgrimi, quia tu* Joannes (1) gratia Dei ſanƈte Piſenſi Eccleſie humilis Epiſcopus *per cartulam livellario nomine ad cenſum perſolvendum dediſti mihi ideſt medietatem de Caſa & Curte illa domnicata in loco & finibus Colline, ubi dicitur Sala Tachaldi prope Eccleſiam Sanƈti Angeli, quot eſt Plebe Baptiſmalis, & eſt pertinentes ipſius Epiſcopatui veſtro Sanƈte Marie de prediƈta Caſa, & Curte domnicata, una cum omnibus rebus domnicatis ad eam pertinentes, ſimul cum omnibus Caſis & rebus maſſariciis ad ipſa Caſa & Curte domnicata pertinentibus, cum fundamentis & univerſis fabricis ſuis Curtis, ortalia, terris, vineis, olivis, ſilvis, virgareis, pratis, paſcuis, cultis rebus, vel incultis, movile vel inmovile, ſeo qui ſemoventibus, ſervos vel ancillas, aldiones vel aldianos, de omni vel in omnibus Caſis & rebus tam domnicatis, quàm & maſſariciis, quantas ubique in qualibet locis* B *vel vocabulis ad ſupraſcripta Caſa & Curte domnicata, ſeo ad ipſis Caſis maſſariciis fuit pertinentes, aut pertinere videntur. De hec omnia & in omnibus medietatem exinde ex integra mihi dediſti livellario nomine tali ordine, ut da admodum ipſa medietas ex integra in mea, qui ſupra Teudici, vel de meis heredibus ſint poteſtatem eas abendi,* C *imperandi, laborare faciendi, gubernandi, ita ut non pegioretur ex nobis privato nomine uſufruƈtuandi, niſi pro omni cenſum, & juſtitia exinde tibi, vel ad ſucceſſoribus tuis ad pars ipſius Epiſcopatui veſtro Sanƈte Marie per ſingulos annos per omnes Menſe Magio cenſum reddere debeamus per nos, aut per Miſſo noſtro vobis, vel ad Miſſo veſtro ad* D *ipſo Domo, aut ſuper ipſo Altario Sanƈte Marie ponere & perſolvere debeamus argentum Denarios bonos expendibiles numerum ſexaginta. Et ſi oportum fuerit hominibus illi, qui in ipſis Caſis, quas nobis dediſti, habitantes fuerit, ad Placitum adducendo, nos eos vobis in Civitate Piſa duo vices in annos venire faciamus, legem ac juſti-* E *tiam faciendum tantum. Et ſi a nos vobis hec omnia, qualiter ſuperius legitur, per ſingulos annos ſic non fuerint odim-*

(1) Confuſa prorſus eſt apud Ughellium Piſanorum Antiſtitum ſeries. Is poſtquam nobis dedit *Johannem*, appellatum immerito *Quartum*, Anno 844. *Platonem Secundum* nobis obtrudit ad Annum 860. eumque protraxiſſe vitam ait uſque ad Annum 870. Deinde *Johannem Quinƈtum* exhibet ſedentem Anno 890. & ſubſequenti. Verum *Plato Secundus* nunquam Eccleſiae Piſanae praefuit. Hiſce vero temporibus eandem Eccleſiam rexit *Johannes Epiſcopus*, qui non *Quinƈtus* appellandus eſt, ſed *Quartus*, & reƈtius fortaſſe *Tertius*; nam qui Anno 857. ſedebat, hucuſque vitam produxiſſe potuit.

*adimpleta & conſervata, aut ſupraſcripta medietas de prefatis Caſis & rebus ſeo movilibus vel immovilibus, quas nobis dediſti velezaverimus, vel ſi per nos pegiorata fuerit, ſpondeo ego, qui ſupra Teudici cum meis heredibus componere tibi, qui ſupra Joannes Epiſcopus vel ad ſubceſſoribus tuis penam argentum Soledos quingentos, quia taliter inter nos conveni, & duas nos cartulas Soffridi Notario ſcribere rogavimus.*

*Actum Luca.*

✠ *Ego Teudici in unc livello a me facto manu mea ſubſcripſi.*

✠ *Ego Therimundu rogatus a Teudici me teſte ſubſcripſi.*

✠ *Ego Nandibodo rogatus a Teotici ſubſcripſi.*

✠ *Ego Tachipertus rogatus a Teodici ſubſcripſi.*

A

✠ *Ego Anſoaldus rogatus a Teudici me teſte ſubſcripſi.*

✠ *Ego Joannes Notarius & Scabinus ſubſcripſi.*

✠ *Ego Ghiſelfridi Notarius & Scabinus ſubſcripſi.*

✠ *Ego Coſpertu rogatus a Teudici me teſte ſubſcripſi.*

✠ *Ego Leo rogatus a Teudici me teſte ſubſcripſi.*

B

✠ *Ego Stephanus rogatus a Teudici me teſte ſubſcripſi.*

*Signum* ✠ *manus Chuneradi filio bone memorie Alperti, teſtis.*

*Signum* ✠ *manus Roſſelmi quondam ſupraſcripti Nandibodi, teſtis.*

*Ego Soffridi Notarius poſt tradita complevi & dedi.*

C

## Commutatio agrorum inter Johannem, fortaſſe Quartum, Epiſcopum Piſanum, & Umbertum filium Gumberti. Anno 878.

IN *Dei omnipotentis nomine. Regnante Domnus Carolus, divina favente clementia Imperator Auguſto, Anno Imperii ejus Tertio, menſe Octobris, Indictione ........ In Dei omnipotentis nomine convenit inter nos* Joannes gratia Dei ſancte Piſane Ecclefie humilis Epiſcopus, *nec non Umbertus filio bone memorie Gunberti, ut inter nos de aliquantis petiolis de terre ſubter denominata commutationes facere deberemus, ſicut & fecimus. Ego quidem Joannes Epiſcopus dedi tibi jam dicto Umbertus in commutationem de pars Epiſcopatui noſtro Sancte Marie una petiola de terra in loco & finibus ......... conetri, & eſt pertinentes de Eccleſia noſtra Sancti Petri, que eſt Plebe Baptiſmalis in loco, qui vocitatur Oſpio, & tenentes uno caput in vinea* Domne Regine, *& aliquantulo in terra, qui modo vinea eſt Alberti, alio caput cum uno lato tenet in via Carraricias, alio lato tenet in vinea Benedicti de filio quondam Feruli ...... & predictas petia de terra in eodem loco, & ſicut circundatas ſunt, capitas & lateras, tibi qui ſupra Umbertus in commutationem da parte ſupraſcripti Epiſcopatui noſtro dedi & tradidi in integrum. Item ego qui ſupra Umbertus dedi tibi jam dicto Joannes Epiſcopus ſimiliter in commutationes ad pars ſupraſcripte Eccleſia veſtra quatuor petiolas de terra in loco & finibus Blentina. Una ex ipſa petia de terra, que vocitatur Orto Frumaldi, & eas tenentes uno capo in terra Domne Regine, alio caput tenet in terra Sancti Salvatoris de Sexto, uno lato tenet in terra de* filii quondam Bonifa-

D

E

tii (1) Comitis, *alio lato tenet in vinea Sancti Salvatoris de Sexto. Ipſe alieve res petia dicitur a Longagnolo....... ipſe petie es tenentes uno caput in vinea de* filii quondam Bonifatii Comitis, *alio caput ſimiliter tenet in terra de jam dicti filii Bonifatii, lato uno tenet in vinea Sancti Salvatoris de Sexto, alio lato tenet in terra Sancti Petri de Romam. Ipſa tertia petia es tenentes uno caput Carraricias, alio caput tenet in vinea de filii quondam Bonifatii, lato uno tenet in terra Sancti Petri de Romam, alio lato in terra de ſupradicti filii Bonifatii. Ipſa quarta petia de terra es tenentes uno caput in vias Carraricias, alio caput tenet in terra de jam dicti filii bone memorie Bonifatii, uno lato tenet in terra Firmiſco meo, alio lato es tenentes in vinea de jam dicti filii quondam Bonifatii. Hec predicte ipſe quatuor petie in ſupraſcripte locas, & ſicut circumdate ſunt a capitas & lateras una cum foſſas & ſepes, ſeo arboribus a ſe pertinentes, ego qui ſupra Umbertus dedi tibi ſupraſcripto Joannes Epiſcopus in commutationem a pars ſupraſcripti Epiſcopatui veſtro Sancte Marie in integrum pro ſupraſcripta petia de terra, que tu mihi ſuperius in commutationem dediſti & tradidiſti. Ubi interfuerunt Anſiprando filio Brunari*, Miſſo Adalberti (2) Comitis, *ſeo Cuneradus filio bone memorie Alperti, Miſſo* Johanni Epiſcopi, *una cum Joannes Scabino, & Anſualdo germani filii quondam Aſaldi, & Petrus Scabino filio bone memorie Ildiperti. Qui ſuper ipſis jam dictis rebus ambulaverunt utraque parte & eſtimaverunt, quod pars Sancte Marie....... Unde inter nos penam addimus atque obligamus, ego quidem Johannes Epiſcopus de me, & de poſteros ſucceſſoribus meis, & ego qui ſupra Umbertus de me, & de mei heredibus, ut ſi quislibet de nobis ac noſtre commutationis atque traditionis disfacere aut corrumpere queſierint, & uno alterius eas in integrum defendere non potuerimus, componamus uno alterius ad pars, qui ſic non conſervaveris ad parte fidei ſervantis ipſe noſtre commutationis atque traditionis in duplo, de quibus agitur in ferquido loco ſub extimationis, qualis in die illa fuerint, quia ſic inter nos convenit, & duo inter cartule commutationis prope uno tinore Joannem Notarium ſcrivere rogavimus.*

*Actum in loco ad Curte Domnicata ad Sancto Caſciano.*

*✠ Ego Umbertus in ac cartula commutationi a nos facta manu mea ſubſcripſi.*

*Signum ✠ manu Anſiprandi Miſſo Adalberti Comis, ſicut de ipſa legitur, Miſſo fui.*

*Signum ✠ manu Cuneradi Miſſo Johanni Epiſcopi, ſicut de ipſa ſupra legitur, Miſſus fui.*

*✠ Ego Johannis Schavini, ſicut de me ſuper legitur, extimatur fui.*

*✠ Ego Urſo Vido, ſicut de me ſuper legitur, extimatur fui.*

*✠ Ego Petrus Notarius & Scabino, ſicut de me ſuperius legitur, extimator fui.*

*✠ Ego Ricolfu Clericus in ac commutationis manu ſubſcripſi.*

*Signum ✠ manu Cuniperti filio quondam Feraldi, teſtis.*

*Signum ✠ manus Teuperti filio quondam Aialperti, teſtis.*

*✠ Ego Joannem Notarius & Scabinus poſt tradito complebi.*

Char-

(1) Qui Tuſciam rexit Anno 820. de quo conſulendus Florentinius in Monumentis Comitiſſae Mathildis. Egi & ego in P. I. Cap. 22. Antiquit. Eſten.

(2) Qui & Dux Tuſciae hiſce temporibus fuit. Sit-ne Primus, an Secundus ejus nominis, decernere non auſim. Vide Florentinium, Coſmum de Arena, & quae ego attuli in nuper memorato Libro.

## Charta Emphyteuſis conceſſae a Johanne, fortaſſe Quarto, Epiſcopo Piſano. Anno 883.

*IN Dei omnipotentis nomine. Regnante Domno noſtro Carulu, divina favente clementia, Imperator Auguſto, Anno Secundo* (1) *Imperii ejus, Nono Calendas Junii, Indictio Prima. Placuit & convenit inter nos* Johanni Epiſcopus ſancte Piſane Eccleſie, *nec non Cumperto filio bone memorie fili de Livertate Florentie, livellario nomine dare videor tibi Cumperto, Curte & terras illas in loco Savetiano in finibus Quaratiana, cum terris, vineis, ſilvis, olivis, pratis, paſcuis, cultum vel incultum, quantum de ipſa Curte domnicato es pertinentes. Inſimul dare videor tibi duos orti maſſaricie in ipſo loco Savetiano, cum omnia pertinentia ſua, una ex ipſa recitur per Alfuſulo Maſſario, alia regitur Paulo Maſſario. Inſimul dare videor tibi Sorte & res illa in Agullano, que regitur per Nerulo, cum omne pertinentia ſua, & ſimul dare videor tibi Sorte & res illa in Buiece...... que regta fuit per Gario Maſſario, & modo regitur per filii ejus, cum omnis perinentia ſua. Inſimul dare videor tibi Sorte & res illa in loco Olicto, qui regitur per Erminpertulu Maſſario, & per filii...... cum onne pertinentia ſua. Inſimul dare videor tibi Sorte & res illa in Marciniana, qui regitur per Guiliperto Maſſario, & per germano ejus, cum omne pertinentia ſua. Inſimul dare videor tibi Sorte & res illa in loco & finibus Vico Valleri infra Pleve Sancti Gineſi, ipſa ſorte maſſaricia cum omnia pertinentia ſua; cum ipſi Servi & Ancille, qui de ipſa Curte pertine, qualiter ſuperius legitur, ut eas pene lavorare & cubernare debeatis, ſeo melioretur, & non pejuretur. Et pro omni cenſum & juſtitia de ſuperſcriptis rebus vobis reddere debeamus argentum Soledos dece vobis, vel ad poſteros tuo in Piſa in Domo Epiſcopatis ego Cumpertu vel meis heredes vobis, vel at loco poſito veſtro ego vel Miſſo veſtro. Et ſi nos, vel meis heredes ſi non atimpleverimus, ſicut ſuperius legitur, tunc iſpondimus nos vobis componere vobis Joanni Epiſcopo, vel at poſteros tua parte Sancte Marie ſtamus vobis componituri pena nomine Soledos centum. Item ego Joannes Epiſcopus promitto tibi ſupraſcripto Cumperto, vel at tuis heredis, ſi vos nobis per ſingulos annos a parte ſupradicti Epiſcopati noſtri ſic perexolveritis & atimpleveritis, ſicut ſupra prumeſiſtis, ego vel poſteros meos vos de jam dicte Caſe & rebus, ſicut ſuperius legitur, fore expellere vel menare queſierimus, aut ſupraimpoſita vobis per quolibet ingenio facere preſumpſerimus, ſimiliter conponamus vobis Soledos centum; quia taliter inter nos conveni, & duo libelli uno tinore Ildipaldo Notario ſcrivere rogavi.*

*Actum Curte Sancti Caſſiani.*

✠ *Ego Gumpertus in unc libello a nos facto manus mea ſubſcripſi.*

✠ *Ego Petrus rogatus a Gumpertus, me teſte ſubſcripſi.*

✠ *Ego Deodatus rogatus ad Gumpertus, me teſtes ſubſcripſi.*

✠ *Ego Nandibono rogatus ad Gumpertus, me teſtes ſubſcripſi.*

*Signum*

(1) Pagius in Critica Baron. contendit, Carolum Craſſum ad Auguſtale culmen perductum fuiſſe Anno Ch. 880. feſto die Natali Domini. Quaeſtionem hanc & ego agitavi in hoc Opere. Certe Pagii ſententiae Charta iſta adverſatur, quum ex ea conſtet, eundem Imperiali Corona redimitum fuiſſe non niſi poſt diem 24. Maji Anno 881.

*Signum ✠ manus Alinprandi filio quondam Adalprandi, teſtis.*

A

*Signum ✠ manus Ghiſolfi filio quondam Colli, teſtis.*

## Locatio agrorum facta a Johanne, fortaſſe Quarto, Epiſcopo Piſano, Anno 891.

*IN Dei omnipotentis nomine. Regnante Domno noſtro Huvido, gratia Dei Imperator Auguſto, Anni Imperii ejus Primo,* (1) *menſe Junio, Indictione Nona. Placuit ad convenit inter nos* Johannes gratia Dei ſancte Piſane Eccleſie Epiſcopus, *nec non & Boniprandus de loco Lajatico, filio quondam Domniprandi, ut ego qui ſupra Boniprandus, & mei heredes laborare & excolere debeamus Caſalino & res veſtras illa in loco Lajatico, qui eſt pertinentes Eccleſie Sancte Julie, qui ſita eſſe bidetur Porto Piſano, & eſt pertinentia ſupraſcripto Epiſcopatui veſtro Sancte Marie. Caſalino verò ipſo in eodem loco, & jam rectum fuit per Lucifridi, hec poſt dicto Caſalino & rebus ad eas pertinentes, nos eas bene laborare & excolere debeamus, ita ut in omnibus melioretur & non pejuretur. Et in ipſo Caſalino infra iſto anno caſa levare adque conciare debeamus, & in ipſa caſa tam ego, quam mei heredes reſedere adque habitare debeamus. Et pro jam dicto Caſalino, & omnibus rebus ad ipſo Caſalino pertinentes, nos vobis ad parte ſupraſcipti Epiſcopatui veſtro per ſingulos annos in menſe Januario cenſum dare & perſolvere debeamus ad ipſo Domo Epiſcopalis vobis vel ad Miniſteriales veſtros, que ibi pro tempore habueritis, ideſt de argentum Denarios treſgſeginta ſex de bonos Denarios per caput bene expendibiles ic Piſa & Luca Civitates, & medietate oleo de ipſis rebus nos vobis per ſingulos annos reddere debeamus ad ipſo Domo Epiſcopalis, vel ad Miſſos veſtros. Et ad mandato veſtro, ſi oportum fuerit, duo vices in anno ic Piſa venire debeamus ad juſtitia faciendum & complendum tantum. Unde repromitto ego qui ſupra Boniprandus, una cum mei eredes tibi ſupraſcripto Joanne Epiſcopus, vel ad poſteros ſubceſſores tuo, de jam dicto Caſalino & rebus ad eos pertenentes dimittere aut poſtponere preſumſerimus, aut ſi aput nos pejurata fuerit, & nos vobis per ſingulos annos ſic non perſolſerimus, & non adimpleverimus, ſicut ſuperius legitur, componamus vobis pene nomine de argentum Soledos quinquaginta. Et repromitto ego, qui ſupra Joannes Epiſcopus, una cum poſteros ſucceſſoribus mei tibi, qui ſupra Boniprandus, & de tui eredes, ſi vos nobis omnia ſic perſolſeritis ad pars ſupraſcripti Epiſcopatu noſtro, & ſic adimpleveritis, ſicut ſuperius promiſiſti, ſi nos vobis de jam dicto Caſalino, & rebus ad eos pertinentes foras expellere, vel menare....... ſuper impoſita facere preſumſerimus, ſimiliter componamus vobis Soledos quinquaginta...... convenit & duo inter nos livelli pariti: noſtro Johannes Notario ſcrivere rogavimus.*

B C D E

*Signum ✠ manu ſupraſcripti Boniprandi, qui unc livellum ſcrivere rogavit.*

✠ *Ego*

(1) Egregia Charta, cujus ope ſtatuitur opinio Sigonii & Pagii, contendentium, VVidonem Imperiali diademate donatum fuiſſe hoc Anno *IX. Kalendas Martii*, non vero ſerius uti Cardinalis Baronius cenſuit.

✠ *Ego Gerimundo rogatus a Boniprando, me teſtes ſubſcripſi.*

✠ *Ego Andreas rogatus a Boniprando, me teſte ſubſcripſi.*

✠ *Ego Anſelmo rogatus a Boniprando, me teſte ſubſcripſi.*

*Signum* ✠ *manu Cuniperti filio Cuneradi, teſtis.*

A *Signum* ✠ *manu Petri filio quondam Joanni, teſtis.*

*Signum* ✠ *manu........ ghiſi filio quondam Avultighiſi, teſtis.*

✠ *Ego....... rogatus a Boniprando, me teſte ſubſcripſi.*

*Ego Joannes Notarius poſt tradito complebi.*

## Permutatio agrorum inter Theodericum Epiſcopum Piſanum, & Cuneradum. Anno 909.

*IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Dei eterni, Anno ad Incarnationis ejus Nongnenteſimo* (1) *nono, Quinta Calendas Septembris, Indictione Duodecima. Manifeſtu ſum ego Cunerado filio bone memorie Cuneradi, quia convenit mihi una tecum* Teudericus (2), gratia Dei hujus ſancte Piſeſis Eccleſie humilis Epiſcopus, *& inter nos, de aliquantis rebus commutationem facere deberemus, ſicut & factum eſt. Proinde ego, qui ſupra Cunerado per hanc Cartula in commutationem dare & tradere videor tibi ad pars ipſius Epiſcopatui veſtro Sancte Marie, ideſt Caſa & res mea illa, quas abeo in loco & finibus, ubi vocitatur Caſalaſcii, qui regitur per Vuillelmo, que Vvinitio vocatur, Maſſario. Caſa vero ipſa cum fundamento & omnem edificio ſuo, cum curtis, orto, terris, vineis, olivis, ſilvis, virgareis, pratis, paſcuis, cultis rebus vel incultis, omnia & in omnibus rebus, quantas ubique ad ipſa Caſa eſt pertinentes, & ſupraſcripto Maſfaricio exinde ad manus ſuas abere & detinere videtur, in integrum tibi eas* B *ad parte predicto Epiſcopatui veſtro in commutationem dedi & tradidit, excepta exinde una petia de terra, quod eſt prata in loco & finibus, ubi vocatur Rivo Pu......... dito, quas tibi mea me dare videor. Pro quibus ad te eas recepi ad pars * ſupraſctipto Epiſcopatui veſtro Sancte Marie, ideſt terra & Colle illo in locho & finibus, ubi* C *vocitatur ad Tane, prope loco & finibus Urſiano, qui eſt pertinentes ſupraſcripti Epiſcopatui veſtro Sancte Marie, qui uno caput tenet in Foſſa Rigangno, & in aliquantulo in terra* Adalberti (3) Marchioni, *& alio caput tenet in via, lato ſimiliter in via, & alio lato tenet in terra mea, qui ſupra Chunerado, & in aliquantulo in* D *terra ipſius* Adalberti Marchioni. *Similiter & dediſti mihi in commutationem terra & Colle & Cerreto illo prope ipſo locho Urſiano, que vocitatur Caſale Pintioli, qui uno caput tenet in Rivo, & alio capo tenet ambas lateras eſt pertinentes in terra de filii quondam Amiperti. Adque dediſti mihi in commutationem una petia de vinea in ipſo*

(1) Certe *Indictio XII.* decurrente die 28. Auguſti Annum 909. indicat. Nondum ergo in uſu erat Annus Piſanus; nam appellandus fuiſſet Annus *Nongenteſimus Decimus.* Berengarii Regis nulla heic mentio facta indicio eſſe poteſt, minime Tuſciam tunc ei paruiſſe.

(2) Ughellius heic ad hunc ipſum Annum *Ardingum* Piſanum Epiſcopum nobis exhibet. Niſi tabulae prodeant teſtes hujuſce Epiſcopi, imaginarium ipſum habere nobis licebit.

(3) Nempe Secundi, qui Marchio & Dux Tuſciae fuit. Is infra *Dux* appellatur.

A *ipſo locho ; que vocitatur ad Ponticall........ uno caput tenet in Foſſa, & alio caput tenet ſimiliter in terra de filii quondam Amiperti, lato uno tenet in terra Oſtifuſi, & alio lato tenet in terra de filii quondam Amiperti. Seo & dediſti mihi in commutationem da pars prediɛti Epiſcopatui veſtro, una petiola de vinea prope ipſo locho Urſiano, quod ſunt ordines duodecim, & eſt tenentes uno caput, & ambas lateras in terra & vinea Michaël, & de filii quondam Roſſelmi. Jam dictis petiis de terris, & vineis, ſeo ſilvis......... abentes, qualiter ab omni parte circundate ſunt, per deſignatas locas mihi ad pars Epiſcopatui veſtro in commutationem dediſti & tradediſti in integrum........ commutationem ego ipſe, qui ſupra* Teudericus Epiſcopus *direxit Miſſos, ideſt Anſelmo, & Analfridi, &* Adalbertus Dux *direxit Miſſos ſuos, ideſt Adalberto Schabino, & Roſſelmus Notarius, & Liudoin, qui ambulaverunt cum Urſo filio bone memorie Urſi, ſeo Rigiperti filio bone memorie Firmi, & Petrus filio bone memorie Arnini, extimatoribus ſuper hanc commutationem. Et ſuper hacceſſerunt......... aderunt cum aliis bonis & credentes homines, & providerunt, hac renunciaverunt, meliorata commutationem dedit ad pars prediɛti Epiſcopatui veſtro Sanɛte Marie........ Ut magis omni tempore inter nos firmam & ſtabilem permanead ſemper. Unde ego, qui ſupra Chuneraddo, una cum meis heredibus tibi, qui ſupra Teudericus Epiſcopus, vel ad poſteriſque ſubceſſoribus tuis...... homini, cui nos ſupraſcriptis Caſis & rebus, quas tibi in commutationem dedi & tradedi...... decreveritis, vobis eas aliquando tempore in aliqua exinde intentionaverimus, aut retolli, vel...... erimus, nos, vel illi homines, cui nos eas dediſſemus aut dederimus pro qualibet ingenio, & eas vobis abem...... defendere non potuerimus, ſpondemus* B *nos vobis componere ſupraſcriptis Caſa & rebus, quas tibi in commutationem dedit, in duplum in ſerquidem loco ſub eſtimationem, quales tunc fuerit, quia taliter duos inter nos cartulas commutationis & Roſſelmum Notarium ſcribere rogavimus.*

✠ *Ego Cunerado in ac commutatione a me facta, manu mea ſubſcripſi.*

C ✠ *Ego Anſelmo, ſicut ſupra legitur, miſſus fui.*

✠ *Ego Amelfridi, ſicut ſupra legitur, miſſus fui.*

✠ *Ego Adalbertus Schabinus, ſicut ſupra legitur, miſſus fui.*

✠ *Ego Roſſelmus Notarius, ſicut ſupra legitur, miſſus fui.*

D ✠ *Ego Urſo, ſicut ſupra legitur, interſui.*

✠ *Ego Liuduini, ſicut ſupra legitur, interſui.*

*Signum* ✠ *manus Rigiperti, ſicut ſupra legitur, interſui.*

*Signum* ✠ *manus Petri, ſicut ſupra legitur, interſui.*

✠ *Ego Gumpertus rogatus me teſtes ſubſcripſi.*

E ✠ *Ego Soſpertus rogatus me teſtes ſubſcripſi.*

✠ *Ego Roſſelmus Notarius poſt tradita complevi & dedi.*

Permu-

## Permutatio terrarum inter Theodericum Epiſcopum Piſanum, & Stephanum Presbyterum. Anno 910.

*IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Dei eterni, Anno ab Incarnationis ejus Nongenteſimo* (1) *decimo, Undecimo Calendas Martias, Indictione Tertiadecima. Maniſeſtu ſum ego Stephano Presbitero, filio bone memorie Dominichi, qui convenit mihi una tecum* Teudericus gratia Dei hujus ſancte Piſane Eccleſie umilis Epiſcopus, *ut inter nos de aliquantis rebus commutationem facere deberemus, ſicut factum eſt. Proinde ego, qui ſupra Stephano Presbitero per hanc cartula in commutationem ad parte predicti Epiſcopatui veſtro dare & tradere videor tibi, ideſt una petia de terra mea illa, quas abeo in loco, ubi vocitatur Noſule, tenentes ambas capitas & ambas lateras in terra ſupradicti Epiſcopatui veſtro. Seo & dedire videor tibi duo petiis de terris meis illis, quas abeo in loco, ubi dicitur Antrivo....... tenentes uno caput in terra ſupraſcripti Epiſcopatui veſtro, & alio caput in via, lato uno tenet in terra Sancti Ambroſii. Simul & dare videor tibi in commutationem una alia petia de terra trans ipſa Taura, ubi vocitatur Vade Mezzano, tenentes uno caput in terra Sancti Ambroſii, & alio caput in terra Sancti Savini, lato in terra predicti Epiſcopatui veſtro. Simul & dare videor tibi in commutationem de terra & vinea, ſeu oriale, totum inſimul amembratos, tenentes uno caput in via, & in terra Sancti Savini. Seo dare videor tibi in commutationem tres petiis de terris, quod ſunt ſilvis, qui una ex ipſe petia de ſilva, que vocitatur Colle Mezzano, tenentes uno caput in ſilva, & alio caput in ſilva prefati Epiſcopatui veſtro, & ille alia petia de ſilva, que vocitatur Colle Reotundo, tenentes uno caput & uno lato in terra Epiſcopatui veſtro, & ille tertia petia de ſilva, que ideſt ſilva, que vocitatur Colle Longo, tenentes uno caput & uno lato in terra Epiſcopatui veſtro. Simul & dare videor tibi in commutationem tres petiis de terris, quod ſunt ſilvis de iſta parte Taura, tenentes uno caput in Mi...... to in ſilva ſupradicti Epiſcopatui veſtro, & ille alia petia tenentes uno caput in via, & alio caput in ſilva jam dicti Epiſcopatui veſtro, & ille..... uno caput in via, & alio caput tenet in ſilva ſupraſcripti Epiſcopatui veſtro. Jam dictis petiis de terris, & vineis, ſeo ſilvis, & ſte........ omnis parte circundate ſunt, per deſignatas lo.has, quod ſunt per menſura ad juſta pertica menſurata modiorum..... in integrum tibi eas in commutationem ad parte predicti Epiſcopatui veſtro dedi & tradedit. Pro quibus ad te eas in parte predicti Epiſcopatui veſtro Sancte Marie, ideſt terris, & ſilvis, ſeo ſterpatis, adque paſcuis, totum inſimul amembratis, & illo prope Caſis & rebus Amalberti & Roberti germani, & eſt pertinentes ſupradicto Epiſcopatui veſtro Sancte Marie, & eſt tenentes uno caput in Eccleſia Monaſterii Sancti Savini & Sancti Salvatoris, & in aliquan-*



(1) Ne heic quidem memorantur Anni Berengarii Regis. Attamen ſedente Theoderico iſto Epiſcopo fuiſſe tempus, quo Adalbertus II. Marchio & Dux Tuſciae Berengarium I. Regem Italiae agnovit, conſtat ex Charta ab Ughellio edita. Ibi legitur olim *Adalbertum illuſtriſſimum & magnum Marchionem per id tempus, & juſſionem Berengarii magni atque praeclari Regis generalem Placitum habuiſſe &c.*

A quantulo in terra preſati Epiſcopatui Sancte Marie, lato uno tenet in via, & alio lato tenet in terra, qui fuit Domni Regi, & modò filii quondam Ghiſelprandi ad manus ſuas abere & detinere videtur. In commutationem una alia petia de terra illa in locho Caſtello, prope Caſa Chiniperti & Ghiſalperti, quod eſt ſterpato, & eſt tenentes B uno caput in via, & alio caput in terra & vinea Johanni, lato uno tenet ſimiliter in via, & alio lato in terra, & ſterpatis, adque paſcuis, qualiter ab omni parte circundate ſunt, per deſignatas lochas; quod ſunt ad juſta pertica quadraginta quinque in integrum, mihi eas in commutationem de parte predicti Epiſcopatui veſtro dediſti & C tradediſti. Teudericus Epiſcopus direxit Miſſos ſuos, ideſt Gumperto, filio bone memorie Gumperti, & Gumberto, filio bone memorie Amalberti, & Meirando, filio bone memorie....... Miſſos ſuos, ideſt Joannes, filio bone memorie Ghiſalperti, & Teuperto, filio bone memorie Urſi, qui ſuper hacceſſerunt alios bonos & credentes homines, & extima- D verunt & previderunt, & hoc renuntiaverunt, quod me...... preſato Epiſcopatui veſtro Sancte Marie, quam recepiſſet. Ut magis omni tempore inter nos......... Stephanus Preſbitero, vel meus heredes tibi, qui ſupra Teudericus Epiſcopus, vel ad poſteriſque ſubceſſoribus tuis, aut........... ſterpatis & paſcuis, quas tibi in commutationem dedi & tradedi, dederitis, vel abere decreveritis, aut retolli vel ſubtragi queſierimus pro quolibet ingenio, & eas vobis ab omni homines defendere non potuerimus, ſeo ſilvis & ſterpatis, quas tibi in commutationem dedi & tradidi, ut in duplum in ſerquido loco inter nos convenit, & duas inter nos cartulas commutationis, & Roſſelmum Notarium ſcribere rogavi.

*Actum .........*

✠ Ego Stephano in anc commutationis cartula a me facta, manu mea ſubſcripſi.

✠ Ego Gumbertus, ſicut de me ſupra legitur, miſſus fui.

✠ Ego Gumberto, ſicut de me ſupra legitur, miſſus fuit.

Signum ✠ manus Meirandi, ſicut ſupra legitur, miſſus fuit.

Signum ✠ manus Cuiniperti, qui interfui.

Signum ✠ manus Joanni, filio bone memorie Ghiſalberti, miſſus fuit.

Signum ✠ manus Ghiſalberti, filio bone memorie Adalberti, qui interfui.

Signum ✠ manus Oteuperti, filio bone memorie Guiperti, miſſus fuit.

Signum ✠ manus Cuiniperti, filio bone memorie Chiſalperti, qui interfui.

Signum ✠ manus Aviberti, filio bone memorie Urſi, ſicut ſupra legitur, miſſus fuit.

✠ Ego Amalfrid rogatus a Stephano Preſbitero, me teſtes ſubſcripſi.

✠ Ego Roſperto rogatus a Stephano Preſbitero, me teſtes ſubſcripſi.

✠ Ego Roſſelmus Notarius poſt tradita conplevi & dedi.

## Charta Emphyteuſis conceſſae a Wolſgherio Epiſcopo Piſano. Anno 927.

E IN nomine Domini Dei eterni. Ugho divinam ordinantem providentiam Rex, Anno Regni ejus Primo, Decimo Calendas Martii, Indictione Quintadecima. Manifeſtu ſum ego Adalprando, filio bone memorie Urſi, quia tu Vvolſgherius

gherius

A gherius (1), gratia Dei ujus ſancte Piſane Ecclelie umilis Epiſcopus, *per cartula livellario nomine ad cenſum perſolvendum dediſti mihi, ideſt duos petiis de terris ac ſterpatis illis in loco & finibus Laurentiana, que vocitatur ipſa terra ad Deniblo Silvuli, & ſunt pertinentes ſupraſcripti Epiſcopatui veſtro Sancte Marie, qui ambas capitas* B *ſunt tenentes in Rigone cum uno lato, & alio lato ſunt tenentes in terra Epiſcopatui veſtro Sancte Marie, quomodo ibi ſigna poſita ſunt; ſupraſcriptis petiis de terris ac ſterpatis, qualiter ab omni parte circumdate ſunt, per deſignatas locas in integrum mihi eas livellario nomine dediſti. Tali verò ordine, ut da admodum in mea, vel de* C *meis heredibus ſint poteſtatem eas abendi, imperandi, gubernandi, laborare faciendi, meliorandi, & nobis eas privato nomine uſufructuandi, & infra una de ipſe petie de terra, Caſa ibi levare & claudere, ſeo cumperire cum ſchividule debeamus, ut ego, vel meus heredes in ſupraſcripta Caſa reſedere & abitare debeamus. Et exinde tibi vel* D *ad poſteriſque ſubceſſoribus tuis ad pars ipſius Epiſcopatui veſtro Sancte Marie per ſingulos annos per omnes menſe Auguſto, excepto iſto menſe Auguſto, qui proximo eſt venientem, quas tibi ipſum cenſum menime reddere debeamus, & poſt iſto menſe Auguſto cenſum vobis reddere debeamus ad Curte veſtra illa ſupraſcripto loco Laurentiana vobis, vel ad Miniſterialem illum, quas pro tempore in ipſa Curte fuerit, per nos aut per Miſſo noſtro, argentum Denarios boni expendibilis numero triginta ſex. Et a mandato veſtro venire debeamus ad ſupraſcripta Curte in ſupraſcripto locho Laurentiana ſemel in anno, ſi oportum fuerit, ad legem & juſtitiam faciendum tantum. Et ſi nos vobis hec omnia, qualiter ſuperius legitur, per ſingulos annos ſic non fuerit adimpleta, & conſervata, ut ſi ſupraſcriptis petiis de terris, quas mihi dediſti, relaxaverimus, vel ſi per nos pegiorata fuerit, ſpondeo ego, qui ſupra Adalprando, una cum meis heredibus componere tibi, qui ſupra Vuolfgherius Epiſcopus, vel ... eredibus tuis penam argentum Solidos centum; quia taliter inter nos convenit, & duas inter nos cartulas Urſo Notario ſcribere rogavi.*

*Actum Piſa.*

*Signum ✠ manus Adalprandi, qui unc libellum fieri rogavit.*

✠ *Ego Amalfridi rogatus ab Adalprando, me teſtes ſubſcripſi.*

✠ *Ego ..... rogatus ab Adalprando, me teſtes ſubſcripſi.*

✠ *Ego Mandolfo rogatus ab Adalprando, me teſtes ſubſcripſi.*

✠ *Ego Urſo Notarius poſt traditam complevi & dedi.*



(1) Ughellius Thomae Dempſteri MStis uſus ad Annum Ch. 917. inter Piſanos Epiſcopos recenſet *Thurrichium*. Tum ad Annum 918. *Volighidium*. Sed & ipſe miratur, geminos hoſce Epiſcopos a Dempſtero ſine tabulis intruſos. Confictos revera & ego ſuſpicor. Tum Ughellius ad Annum 920. *Ulſerium* exhibet. Eodemque Anno ſedentem in Cathedra Piſana ſubdit *Auntum*. Deinde ad Annum 924. propinat nobis *Actium Primum*, quem ſuſpicatur non alium ab *Auntio*. *Johannes Sextus*, eodem Dempſtero prodente, floruit Anno 925. Et *Henricus* Anno 926. De his ipſe Ughellius dubitat, neque immerito. Quis enim putet, tot Epiſcopos in Cathedra Piſana tam paucos annos ſediſſe? Sed quae ſine antiquis monumentis recentiores proferunt, aut falſa, aut ſaltem dubia ſint neceſſe eſt. Habemus heic in authentica Charta *VVolfgherium* Piſanum Epiſcopum Anno 927. viventem. Nullus fortaſſis alius Epiſcopus interceſſit inter ipſum, ac *Theodericum*, quem nuper vidimus Anno 910. Piſanae Eccleſiae praefuiſſe.

## Charta Zenobii Epiſcopi Piſani, per quam nonnullos agros in Emphyteuſim concedit. Anno 934

*IN nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Hugo gratia Dei Rex, Anno Rengni ejus, Deo propitio, Octavo, & filio ejus Domnus Lotharius, idemque Rex, Anno Rengni ejus, Deo propitio, Quarto, Tertio Idus Julii, Indictione Septima. Maniſeſtu ſum ego Judo Presbitero, filio bone memorie Pauli, quia tu* Cenobius (1) gratia Dei hujus ſancte Piſane Eccleſie humilis Epiſcopus *per cartula livellario nomine ad cenſum persolvendum dediſti mihi ideſt quadtuor petiis de terris illis in loco & finibus, ubi dicitur Maſſajule, prope locho Laurentiana, qui ſunt pertinentes ſupraſcripti Epiſcopatui veſtro Sancte Marie, qui una ex ipſe petia de terra, quod eſt cerreto & ſterpeto, que uno caput tenet in terra Sancti Ambroſii, ſita medio Lancuſore, in aliquantuclo tenet in Rigone, & alio caput tenet in Rigone: & illa ſecunda petia de terra prope ipſo locho, qui uno caput tenet in Rigone, & alio caput tenet in terra ſupraſcripte Eccleſie Sancte Marie, que dicitur domnicata, lato uno tenet in terra ſupraſcripte Eccleſie Sancti Ambroſii, & in terra, que fuit quondam Gumberti, & alio lato tenet in terra ſupraſcripte Eccleſie Sancte Marie, & in aliquantulo tenet in Rigone; & illa tertia petia de terra prope ipſo locho, que uno caput tenet in Rigone, & alio caput tenet in ſupraſcripta Eccleſia Sancte Marie, que vocatur domnicata, lato uno tenet in terra ſupraſcripte Eccleſie Sancti Ambroſii, & in terra ſupraſcripti Gumberti, & alio lato tenet in Righone, & in aliquantulo tenet in terra Sancte Marie; & illa quarta petia de terra prope ipſo locho, qui uno caput tenet in terra predicti Epiſcopatui veſtro Sancte Marie, & alio caput tenet in Righone, & ambas lateras eſt tenentes in terra predicte Eccleſie Sancti Ambroſii, & Gumberti. Supraſcriptis quatuor petiis de terris, ut ſuperius dictas, qualiter ab onnis parte circundate ſunt, per deſignatas lochas, in integrum mihi eas livellario nomine dediſti. Tali vero ordinem, ut da admodum in mea, qui ſupra Judo Presbitero ſint poteſtatem ſupraſcriptis quadtuor petiis de terris, ut ſuperius dictas, abendi, imperandi, gubernandi, laborare faciendi, meliorandi, & nobis eas privato nomine uſufructuandi, & licentiam & poteſtatem abeas ego, qui ſupra Judo Presbitero, per meo libellario nomine firmandum Stephano, & Paulo, ſeu Teudiperto, & Hudiberto, & Cuniberto, ſive Gottiſridi germani filii Ildiperghe, & heorumque heredibus, ut in eorum ſint poteſtatem ſupraſcriptis quadtuor petiis de terris abendi, imperandi, gubernandi, laborare faciendi, meliorandum, & heorum privato nomine uſufructuandum. Et exinde tibi, vel ad poſteriſque ſucceſſoribus tuis, ad pars ſupraſcripti Epiſcopatui veſtro Sancte Marie per ſingulos annos per omnes Menſe Decembris, cenſum vobis reddere debeamus*

(1) Idem atque *Zenobius* ab Ughellio memoratus. Sed minime *Secundus*, ut ille eſt arbitratus. Alterum *Zenobium* ad Annum Ch. 841. ille protulit, cui tamen nullum locum futurum in ſerie Antiſtitum Piſanorum mihi perſuadeo. Unde hic error manaverit, infra ad Annum 949. aperiam.

debeamus ad Curte veſtra illa ic Piſa ad Eccleſiam Sancti Georgii, vobis, vel ad Miniſteriale veſtro ad Jad Miſſo veſtro, vel ad homines illos, qui ipſis petiis de terris da vobis in beneficio abuerit, per nos, aut per Miſſo noſtro, argentum Denarios boni expendibilis numero duodecim tantum. Et ſi ad nos vobis hec omnia, qualiter ſuperius legitur per ſingulos annos ſic non fuerit adimpleta & conſervata, ut ſi a ſupraſcriptis .......... ſuperius dictas, quas nobis dediſti, relaxaverimus, vel ſi per nos pegiorata fuerit, ſpondemus nos, qui ſupra una cum Stephano & Paulo & Teudiberto, atque Hudiberto, ſive Cuniberto, & Gottifridi ..... tibi, qui ſupra Cenobius Epiſcopus, vel ad poſteriſque ſubceſſoribus tuis, penam argentum Solidos centum; quia taliter

A inter nos conveni, & duas inter nos cartula Joannem Notarium & Judex Domnorum Regum ſcribere rogavi.

*Actum Piſa.*

✠ Ego Judo Presbitero in unc libello a me facto ſubſcripſi.

✠ Ego Benedictus rogatus ad Judo Presbitero, me teſtes ſubſcripſi.

✠ Ego Gumberto rogatus ad Judo B Presbitero, me teſtes ſubſcripſi.

✠ Ego Teuperti Judex Domnorum Regum ſubſcripſi.

✠ Ego Silveradus Judex Domnorum Regum ſubſcripſi.

✠ Ego Umberto rogatus ad Judo Presbitero, me teſtes ſubſcripſi.

✠ Ego Joannes Notarius & Judex Domnorum Regum poſt tradita complevi C & dedi.

## Collatio Eccleſiae Baptiſmalis S. Johannis in loco Vico, facta a Zenobio Epiſcopo Piſano Johanni Presbytero. Anno 934.

*IN nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Ugho gratia Dei Rex, Anno Regni ejus, Deo propitio, Octavo, & filio ejus Domnus Lothario, idemque Rex, Anno Regni ejus, Deo propitio, Tertio, Quartum Nonas Martii, Indictione Septima. Manifeſtu ſum ego Joannes Presbitero, filio bone memorie Ildipergbe, quia tu Ce*nobius, gratia Dei hujus ſancte Piſane Eccleſie umilis Epiſcopus, *qui una per conſenſum Sacerdotum tuorum, & filii ipſius Eccleſie, ſecundum canonicho ordinem, Rectorem adque Cuſtodem ordinaſti, adque confirmaſti me, qui ſupra Joannem Presbitero, ideſt Eccleſiam Dei & beatiſſime Sancte Marie & Sancti Joanni, quod eſt Plebe Baptiſmalis, ſita locho & finibus Vicho, quod eſt de ſup poteſtate ſupraſcripti Epiſcopatui veſtro Sancte Marie; jam dicta Dei Eccleſia Sancte Marie & Sancti Joanni, quod eſt Plebe Bapti*D *ſmalis, una cum Caſa, & ſubdita illa, ſeo Caſſina & Curticella, ſeo orto, recta ipſa Eccleſia, quas Roſſelmo Presbitero modo ad manus ſuas habere videtur, non aliis rebus niſi, ſicut ſuperius dicta ſunt, cum Decimationem & offertas, que ibidem intraverit, in integrum me ibi firmaſti adque ordinaſti. Tali vero ordinem, ut ab hac die in* E *mea, qui ſupra Joanni Presbitero, ſint poteſtatem eas abendi, imperandi, gubernandi, laborare faciendi, meliorandi, & uſufructuandi, & in ipſa Dei Eccleſia Sancte Marie & Sancti Joanni per me, aut per meam diſpoſitionem, officium Dei, & luminaria, & Miſſas, ſeo incenſum facere debeamus, & licentiam & poteſtatem abeas ego, qui ſupra Joanni Presbitero, per meo*

*libellario*

*libellario nomine firmandum Petrus filio bone memorie Ropperti, dum vita ſua fuerit, non in aliis hominibus dandum neque firmandum, niſi in Petrus, dum vita ſua fuerit, ſupraſcripta caſa, & caſſina, & curticella, ſeo orto, & decimationem, & offertas, ut ſuperius dictas, abendi, imperandi, laborare faciendi, & uſufructuandi. Niſi tantum pro omni cenſum & juſtitiam exinde tibi vel ad poſteriſque ſubceſſoribus tuis ad pars ipſius Epiſcopatui veſtro Sancte Marie per ſingulos annos per omnes Menſe Februario pro fruges & decimationes ſeo offertas & circhatas* (1), *cenſum vobis reddere debeamus hic Piſa ad Curte veſtra ad Ecclesiam Sancti Georgii, vobis, vel ad locho poſito veſtro, aut ad Miniſterialem illum, quas pro tempore ibidem habueritis, aut ad Miſſo veſtro per nos, aut per Miſſo noſtro, argentum Denarios boni expendibilis numero duodecim tantum. Et ſi nos vobis hec omnia, qualiter ſuperius legitur, per ſingulos annos, ſicut fuerit adimpleta & conſervata, aut ſi ſupraſcripta Eccleſia Sancte Marie & Sancti Joanni, quod eſt plebe Baptiſmalis, & ſupraſcripta caſa, & caſſina, & curticella, ſeo orto, ſicut ſuperius legitur dictas, quas mihi ſuperius dediſti, relaxaverimus, vel ſi per nos pegiorata fuerit, ſpondeo ego, qui ſupra Joanne Presbitero conponere tibi, qui ſupra Cenobius Epiſcopus, vel ad poſteriſque ſubceſſoribus tuis, penam argentum Solidos centum, & poſt vero deceſſum ſupraſcripti Petri non abeas ego, qui ſupra Joanne Presbitero, in ipſa Plebe, & in ſupraſcriptis rebus introire, & ſi at ipſa ordinationis cartula inanis & vacua adque incaſſata, ut in ſe nullum obtinead roburem, neque firmitatem; quia taliter inter nos conveni, & duas ordinationis cartula inter nos, & Urſo Notarium & Judex Domnorum Regum ſcribere rogavi.*

*Actum Piſa.*

✠ *Ego Johanne Presbitero in ac ordinationis cartula a me facta ſubſcripſi.*

✠ *Ego Andreas Presbitero & Cantor, ſeo ordine Canonico ſubſcripſi.*

✠ *Ego Bernardus Presbitero & Canonico ſubſcripſi.*

✠ *Ego Elias Presbitero & Canonico ſubſcripſi.*

✠ *Ego Dominicus Presbitero & Canonico ſubſcripſi.*

✠ *Ego Gumberto rogatus ad Joannes Presbitero, me teſtes ſubſcripſi.*

✠ *Ego Arvino rogatus ad Joannes Presbitero, me teſtes ſubſcripſi.*

✠ *Ego Joannes rogatus ad Joannes Presbitero, me teſtes ſubſcripſi.*

✠ *Ego Teupertus Judex Domnorum Regum ſubſcripſi.*

✠ *Ego Urſo Notarius, Judex Domnorum Regum, poſt tradita complevi & dedi.*

## Collatio Eccleſiae S. Johannis in loco Caſſina, facta a Zenobio Epiſcopo Piſano Gundo Presbytero. Anno 935.

I*N nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Hugo gratia Dei Rex, Anno Regni ejus, Deo propitio, Nono, & filio ejus Domnus Lothario, idemque Rex, Anno Regni ejus, Deo propitio, Quarto, Decimo Calendas*

(1) Ideſt Viſitationes Eccleſiarum, tunc etiam temporis factas ab Epiſcopis. Etiamſi non fierent, ad penſionem tamen pro iis ſolvendam adigebantur Eccleſiarum Rectores. Ne ea quoque tempora abuſibus carebant.

lendas Junii, Indictione Octava. Ma- A
niſeſtu ſum ego Ghundo Presbitero, filio
bone memorie Marie, quia tu Ceno-
bius gratia Dei hujus ſancte Piſane
Eccleſie humilis Epiſcopus, quia una
per conſenſum Sacerdotum tuorum, &
filii ipſius Eccleſie, ſecundùm canonico
ordinem, Rectorem adque Cuſtodem or-
dinaſti adque confirmaſti me, qui ſupra
Gundo Presbitero, ideſt in Eccleſiam B
Dei & beate Sancte Marie & Sancti
Joanni, quod eſt Plebe Baptiſmalis,
ſita locho & finibus Caſſina, qui eſt
de ſub poteſtate ſupraſcripti Epiſcopatui
veſtro Sancte Marie. Jam dicta Dei
Eccleſia Sancte Marie & Sancti Joan-
ni, quod eſt Plebe Baptiſmalis, cum
ſubditas illas recta ipſa Eccleſia conſi-
ſtentibus, ſeo cum omnes Decimationes, C
qui in ipſa Dei Eccleſia Sancte Marie
& Sancti Joanni, quod eſt Plebe Ba-
ptiſmalis, intraverit, & ibidem ipſa
Decimationes, adque ad ipſa offertas per-
tenuerit, in integrum me ibi firmaſti,
adque ordinaſti. Tali verò ordine, ut
ab odierna die in mea, qui ſupra Gun-
do Presbitero, diebus vite mee in mea
ſint poteſtatem, eas abendi, imperandi, D
gubernandi, laborare faciendi, melio-
randi, & nobis eas privato nomine
diebus vite mee uſufructuandi, & in
ipſa Dei Eccleſia Sancte Marie, &
Sancti Joanni, quod eſt Plebe Bapti-
ſmalis, per me aut per meam diſpoſi-
tionem officiandi, & luminaria adque
incenſum & Miſſas facere debeamus,
ſicut mox eſt. Seo & dediſti nobis i- E
deſt quadtuor petiis de inter terris &
vinea, ſeo Prato: que una ex ipſe pe-
tia de terra prope ipſa Eccleſia eſſe vi-
detur, que uno caput tenet in via pu-
blica, & alio caput tenet in via Car-
rariccia prope ipſa Eccleſia, lato uno
tenet in terra ſuprafcripto Epiſcopatui
Sancte Marie; & ille alia petia de
terra, quod eſt vinea, que uno caput
tenet in Caſſina, & alio caput tenet
in terra Gumberti Presbiteri, & Ro-
mani, & de conſortibus ſuarum, lato
uno tenet in terra & vinea Lamberti,
& alio lato tenet in via Carrariccia;
& illa tertia petia de terra, quod eſt
Prato, que vocitatur Prato da quondam
Ilderado Presbitero, qui uno caput cum
uno lato tenet in terra ſuprafcripti E-
piſcopatui veſtro Sancte Marie, ſicut
ibi ſigna eſſe videtur, & alio lato te-
net in terra, que fuit quondam Adal-
berti Marchioni; & illa quarta petia
de terra, que vocatur Piſſiniana, que
uno caput tenet in Decumano, & alio
caput tenet in terra ſuprafcripti Epiſco-
patui Sancte Marie, lato uno tenet in
terra, qui fuit ſuprafcripti quondam
Adalberti Marchioni, & alio lato
tenet in Carrariccia. De tota ipſa pe-
tia de terra in ſuprafcripto locho Piſſi-
niano, qualiter ab omni parte circumda-
ta eſt per deſignatas lochas, ipſa vero
medietatem exinde ex integra mihi eas
dediſti & confirmaſti, & quod eſt ipſa
medietatem de partibus exſurgentem,
nam illis ſuprafcriptis tres petiis de
terris & vinea, ſicut ſuperius dictas,
qualiter ab omni parte circundate ſunt
per deſignatas lochas, in integrum mihi
eas dediſti & confirmaſti. Tali vero
ordinem & da admodum in mea, qui
ſupra Gundo Presbitero, dum mea vita
fuerit, ſuprafcriptis petiis de terris &
vinea abendi, imperandi, gubernandi,
laborare faciendi, meliorandi, & die-
bus vite mee uſufructuandi, & licen-
tiam & poteſtatem abeas ego, qui ſu-
pra Gundo Presbitero, pro meo libella-
rio nomine firmandum Joanne Clericus,
filio Romani, ut in ejus ſint poteſta-
tem, dum vita ſua fuerit, ſuprafcriptis
rebus, ut ſuperius dictas, abendi, im-
perandi, gubernandi, laborare facien-
dum, meliorandum, & privato nomine
diebus vite ſue uſufructuandum. Et
exinde

*exinde tibi*, **vel ad** *poſteriſque ſubceſſoribus tuis* **ad** *pars Epiſcopatui veſtro Sancte Marie per ſingulos annos per omnes Menſe Aprilis pro fruges & decimationes, ſeo pro offertas & circhatas, cenſum vobis reddere debeamus ad Curte veſtra illa domnicata ic Piſa ad Eccleſiam Sancti Georgi, vobis, vel ad Miniſteriale veſtro illam, quas pro tempore ibidem habueritis ad Curte veſtra illa domnicata, aut ad Miſſo veſtro, per nos, aut per Miſſo noſtro, argentum Denarios boni expendibilis, quales tunc pro tempore per caput melius fuerit, numero Solides viginti, duodecim Denarios per ſingulos Solidos rationatos tantum. Et ſi ad vos nobis ec omnia, qualiter ſuperius legitur, per ſingulos annos ſic non fuerint adimpleta & conſervata, aut ſi a ſupraſcripte Eccleſie Sancte Marie & Sancti Johanni, quod eſt Plebe Baptiſmalis, cum ſupraſcriptis petiis de terris, ſeo vinea & prato, ſicut ſuperius dictas, quas mihi ſuperius dediſti, relaxaverimus, vel ſi per nos pegiorata fuerit, ſpondeo ego, qui ſupra Gundo Presbitero, conponere tibi, qui ſupra Cenobius Epiſcopus, vel ad poſteriſque ſubceſſeribus tuis penam argentum Solidos tricentos, quia taliter inter nos conveni, & duas inter nos cartula ordinationis, & Joanne Notario Judex Domnorum Regum ſcribere rogavi.*

*Actum Piſa.*

✠ *Ego Gundo Presbitero in amc commutationis cartula a nos facta ſubſcripſi.*

✠ *Ego Davit Presbitere Cuſtos & Canonicus ſubſcripſi.*

✠ *Ego Paſquali Presbitero & Canonicus ſubſcripſi.*

✠ *Ego Andreas Presbitero & Canonicus ſubſcripſi.*

✠ *Ego Paſquali Presbitero & Canonicus ſubſcripſi.*

✠ *Ego Teudimundo Vicedominus & Canonicus ſubſcripſi.*

✠ *Ego Gumberto rogatus at Gundo Presbitero, me teſtes ſubſcripſi.*

✠ *Ego Filveradus Judex Domnorum Regum ſubſcripſi.*

✠ *Ego Goſperto rogatus ad Gundo Presbitero, me teſtes ſubſcripſi.*

*Signum* ✠ *manus Leoprandi, que Leupitio vocatur, filio Leoperti, teſtis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Umbertus rogatus a Gundo Presbitero, me teſtes ſubſcripſi.*

✠ *Ego Joannes Notarius, Judex Domnorum Regum, poſt tradita complevi & dedi.*

## Collatio Eccleſiae SS. Pauli & Johannis in Portu Piſano, facta Martino Presbytero a Zenobio Epiſcopo Piſano. Anno 942.

*IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Ugo gratia Dei Rex, Anno Regni ejus, Deo propitio, Sexto Decimo, & filio ejus Domno Lothario, idemque Rex, Anno Regni ejus, Deo propitio, Undecimo, Undecimo Calendas Aprilis, Indictione Quinta decima. Maniſeſtu ſum ego Martino Presbitero, filio bone memorie Sore, quia tu* Cenobius, gratia Dei hujus ſancte Piſane Eccleſie humilis Epiſcopus, *una per conſenſum Sacerdotum tuorum & filii ipſius Eccleſie, ſecundùm canonicum ordinem, Rectorem adque Cuſtodem ordinaſti, adque confirmaſti me, qui ſupra Martino Presbitero, ideſt in Eccleſiam Dei & beati Sancti Pauli & Sancti Johanni, quod eſt Plebe Baptiſmalis, ſita loco & finibus Porto Piſano, qui eſt de ſup poteſtatem*

A ſeſtatem ſupraſcripti Epiſcopatui veſtro Sancte Marie. Jam dicta Dei Eccleſia Sancti Pauli & Sancti Johanni, quod eſt Plebe Baptiſmalis, cum caſis domnicatis, & maſſariciis ſubjectis ipſius Plebe cum fundamentis, & omnem hedificiis, vel univerſis fabricis ſuarum, cum curtis, ortis, terris, vineis, clivis, ſilvis, virgareis, pratis, paſcuis, cultis
B rebus vel incultis, ſive movile vel immovile, ſeu qui ſe moventibus, omnia & in omnibus caſis & caſſinis, ſeu rebus ipſis tam domnicatis, quam & maſſariciis, quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad jam dicta Plebe ubique eſt pertinentes, aut pertinere debetur, una cum omnes decimationes, ſeu offertas, que ibidem intraverit, in
C integrum me ibi firmaſti adque ordinaſti. Tali verò ordine ut ab odierna die in mea, qui ſupra Martino Presbitero, diebus vite mee in mea ſint poteſtatem eas abendi, imperandi, ghubernandi, laborare faciendi, meliorandi, & nobis privato nomine diebus vite mee uſufructuandi, & in ipſa Dei Eccleſia Sancti Pauli & Sancti Johanni, quod eſt
D Plebe Baptiſmalis pro mea, aut pro mea diſpoſitionem officium Dei & luminaria, adque incenſum, & Miſſas facere debeamus & licentiam & poteſtatem abeas ego, qui ſupra Martino Presbitero pro meo libellario nomine firmandum illis perſonis hominibus, cui nos eas pro noſtro libellario nomine dederimus vel abere conſtituerimus, &
E heorum heredibus, ut in eorum, vel de heorum heredibus ſint poteſtatem ſupraſcriptis caſis, & rebus, ut ſuperius dictas, abendum, imperandum, ghubernandum, laborare faciendum, meliorandum, & privato nomine uſufructuandum, & exinde tibi vel ad poſteriſque ſubceſſoribus tuis ad pars ſupraſcripti Epiſcopatui veſtro Sancte Marie per ſingulos annos per omnes menſe Februario pro

fruges & decimationes, ſeo pro offertas & circhatas, Cenſum vobis reddere debeamus hic Piſa id Curte veſtra illa domnicata ad Eccleſiam Sancti Georgi vobis vel ad miniſteriali veſtro illam, quas pro tempore ibidem fuerint, aut ad Miſſo veſtro argentum Denarios boni expendibilis numero triginta & ſex tantum. Et ſi ad vos........ hec omnia qualiter ſuperius legitur per ſingulos annos ſic non fuerint adimpleta & conſervata, aut ſi ſupraſcripta Eccleſia Sancti Pauli & Sancti Johanni, quod eſt Plebe Baptiſmalis, ſeu & jam dictis Caſis & Caſſinis & rebus ad jam dicta Eccleſia Sancti Pauli & Sancti Johanni, quod eſt Plebe Baptiſmalis, pertinentibus, quas mihi dediſti, relaxaverimus, vel ſi per nos pegiorata fuerint, ſpondeo ego, qui ſupra Martino Presbitero, componere tibi, qui ſupra Cenobius Epiſcopus, vel ad poſteriſque ſubceſſoribus tuis penam argentum Solidos duocentos, quia taliter inter nos conveni, & duas inter nos cartula ordinationis Benedictus Notarius ſcribere rogavi.

Actum Piſa.

✠ Ego Martino Presbitero in ane ordinationis cartula a me facta ſubſcripſi.

✠ Ego Dominicus Archipresbitero & Canonicus conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego Anſelmo Archidiacono & Canonicus conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego Paſquali Presbitero & Canonicus conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego Angelo Presbitero & Canonicus conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego Natali Presbitero & Canonicus conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego Teuperto Presbitero & Canonicus conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego Vitali Presbitero & Canonicus conſenſi & ſubſcripſi.

✠ *Ego Andreas Preſbitero & Canonicus conſenſi & ſubſcripſi.*

✠ *Ego Abram Preſbitero & Canonicus conſenſi & ſubſcripſi.*

✠ *Ego Gumberto rogatus ad Martino Preſbitero me teſte ſubſcripſi.*

*Signum* ✠ *manus Vuicheradi, que Belitio vocatur Vicecomes, filio bone memorie Alboni Vicecomes, teſtis.*

A ✠ *Ego Urſo Judex Domnorum Regum ſubſcripſi.*

*Signum* ✠ *manus Guiperti, que Bonitio vocatur, filio bone memorie Adalberti, teſtis.*

✠ *Ego Benedictus Notarius poſt tradita complevi & dedi.*

## Charta Emphyteuſis conceſſae Rodulfo Comiti a Zenobio Epiſcopo Piſano Anno 949.

*IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Lotharius gratia Dei Rex, Anno Regni ejus, Deo propitio, Nono decimo, Idus Magii, Indictione Septima. Manifeſtu ſum ego* Rodulfo Comes, *filio bone memerie Ghisolfi, quia tu* Cenobius (1) gratia Dei hujus ſancte Piſane Eccleſie umilis Epiſcopus, *per cartulam livellario nomine ad cenſum perexolvendum dediſti mibi, ideſt tertiam portionem ex integro de omnibus caſis & rebus illis pertinentibus Eccleſie Plebis veſtre, cui vocabulum eſt beati Sancti Stephani, & Sancti Chriſtophali, & Sancti Johanni, quod eſt Plebem Baptiſmalis, ſita loco & finibus Porto Piſano, quem Plebem ipſa eſſe videtur de ſub regimine & poteſtate predicti Epiſcopatui veſtro Sancte Marie, Caſis verò ipſis tam domnicatis, quantum maſſariciis cum fundamentis, & omnem edificiis, & univerſis fabricis ſuis, ſeu de curtis, ortis, terris, vineis, olivis, ſilvis, virgareis, pratis, paſcuis, cultis rebus vel incultis, ſive de movile vel immovile, ſeu ſemoventibus, tam de ſervis, quàm & de ancillas de omnia ex omnibus caſis &*

B *rebus tam domnicatis, quantum maſſariciis, ſeu movilia & familia, quantas ubique in quolibet loco vel vocabulis ad ſupraſcripta Eccleſia Plebe noſtra Sancti Stephani & Sancti Chriſtophali & Sancti Johanni ſunt pertinentibus vel aſpicientibus, adque in antea ibidem pertinentes fuerint, ut dictum eſt, tertiam portionem ex integra mibi eas*

C *livellario nomine dediſti. Item & dediſti mibi, ideſt tertiam portionem ex integro de omne debitum & debitationem illa quanta ſingulis ominibus, que ſunt abitantibus in Villis illis, que dicitur...... octalioule, Tergla, la Tepotitioraia, Purciliano, Puliano, Villa Pititienna, Villa Magna. Sa......... nomaiore, Marignano, Salviano, Secta-*

D *ri, Fundo Magno, Gnurignano, Sancta Julia, Salagum...... reto, Caſale Gavini, Maſciana, Blotitiano, Limone, Caſale, Merulio, Livevo, Arrianna.......... ano, Amule, Sancto Quirico, Aguliena, Campo Carbonaia, Salaregu...... ta, Scuata, Germ...... abitantibus ſingulis quibuſque annis ad pars ipſius Eccleſie Plebis veſtre conſuetudi vel debits reddere a ſupraſcriptis Villis,*

(1) Ughellius in Italia Sacra, & Troncius in Annalibus Piſanis, quod haec ſcripta viderint Regnante *Lothario Rege*, quaſi heic de Lothario I. Auguſto agatur, ſupine admodum alterum *Zenobium* in Catalogum Piſanorum Antiſtitum intulerunt ad Annum Chr. 841. qui tamen nunquam in rerum natura fuit. Lotharium heic memoratum Hugonis Regis filium fuiſſe Eruditus quiſque novit.

*Villis, vel abitantes fuerit, & ad pars ipſius Ecleſie Plebe noſtra conſuetudi vel debiti ſunt...... dum tam labore, quam & vinum, ſimulque beſtiis, vel de qualibet frugibus terre aut de qualibet........ redditum & abitationem, quantas ſingulis ominibus, qui ſunt abitantibus in predictis Villis, adque in antea abitantes fuerint vel per alias locas abitantibus, ſingulis quibuſque annis ad pars Ecleſie Plebem veſtra debiti ſunt reddendi, aut que in antea conſuetudi vel debiti fuerint ad reddendum, ut dictum eſt, portionem ex in tegro mihi eas libellario nomine dediſti. Tali ordine, ut ab hodierna die in meam, qui ſupra vel de meis heredibus ac proheredibus meis, ſeu de illis perſonis ominibus........ omnia, que ſuperius legitur, libellario nomine dederimus, vel habere conſtituerimus, & de eorum......... ſint & permaneant poteſtate, tertiam portionem de omnibus ſupraſcriptis Caſis & rebus, ſeu movilia & familia, adque redditum & de........ prefate Ecleſie Plebem veſtra, quas mihi eas abendi, tenendi, imperandi, laborare faciendi, & privato nomine uſufructuandi, & faciamus ex frugibus earum rerum, vel cenſum*

A *quilibet eorum annuum........ erimus, & ipſa redditum & debitionem ſingulis quibuſque annis requirendi & recolligendi omnibus quidquid voluerimus, & nobis privatum fruendum. Niſi tantum pro omnis cenſum &......... tibi vel ad poſteriſque ſubceſſoribus tuis ad pars ſupraſcripte Ecleſie Plebis veſtre per ſingulos annos......... cenſum vo-*
B *bis reddere debeamus ic Piſa ad Curte veſtra illa Sancti Georgii per nos aut per Miſſo noſtro ad vos, aut ad Miniſterialem illum, quas ibi pro tempore abueritis........... tum Denarios boni expendibiles......... aut ſi jam dicta tertiam portionem ex integro de omnia movilia & familia, adque redditum & debitionem pertinentibus Ecleſie Ple-*
C *bem veſtra, quas........ erimus, vel ſi per no pegiorata fuerit, ſpondeo ego, qui ſupra Rodulfo Comes, una cum meis heredibus componere tibi, qui ſupra Cenobius Epiſcopus vel ad poſteriſque ſubceſſoribus tuis penam argentum Solidos.......... quia taliter inter nos conveni, & duas inter nos libelli Terminandus Notarius Domni Regis ſcribe-*
D *re rogavi.*

*Actum Piſa.*

## Altera Charta terrarum in Emphyteuſin conceſſarum Rodulfo Comiti a Zenobio Epiſcopo Piſano. Anno 949.

IN *nomine Sancte & individue Trinitatis. Lotharius gratia Dei Rex, Anno Regni ejus, Deo propitio, Nono decimo, Tertio Calendas Junii, Indictione Septima. Manifeſtu ſum ego* Rodulfo Comes, *filio bone memorie Ghi-*
E *ſolfi, quia tu* Zenobius (1) gratia Dei hujus ſancte Piſane Eccleſie umilis Epiſcopus *per cartula livellario nomine ad cenſum perexſolvendum dediſti mihi, ideſt duo Caſis, & rebus illis maſſariciis in loco & finibus Colline, qui ſunt pertinentes*

(1) Hinc emendandus Ughellius, qui ab Anno 930. uſque ad 940. ſediſſe in Cathedra Piſana *Zenobium*, perperam appellatum *Secundum*, ſcripſit. Uti vides, Anno quoque 949. florebat Zenobius. Immo ſerius etiam idem Epiſcopus vixit. Nam in Piſano Archivo habetur Charta cum hiſce Notis Chronologicis: *Berengarius & Adalberto filio ejus gratia Dei Regibus, Hanno Regni eorum, Deo propitio, Quarto, Quintodecimo Kal. Junii, Ind. XII.* Scripta haec fuit Anno Ch. 954. Ibi *Zenobius Epiſcopus* vivens.

*pertinentes ſupraſcripti Epiſcopatui veſtro Sancte Marie. Hec autem ſupraſcriptis Caſis & rebus ego per commutationis cartula dedi ad pars predicti Epiſcopatui veſtro, qui unam ex ipſe Caſa & res prope Eccleſiam Sancti Cerbonii regitur per Poro Maſſario, quod eſt per menſura juxta perticas menſuratas modiorum quindecim, & ille alia Caſa & res prope Eccleſiam Sancti Petri, qui recta fuit per quondam Petrus Maſſario, & modo Andreas Presbitero ad manus ſuas abere & detinere videtur, quod eſt per menſura juxta perticas menſuratas modiorum ſex. Has ſupraſcriptis Caſis cum fundamentis, & omnem bedificiis, vel univerſis fabricis ſuis, cum curtis, ortalias, terris, vineis, olivis, ſilvis, virgareis, pratis, paſcuis, cultis rebus vel incultis, omnia & in omnibus rebus, quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad ſupraſcriptis Caſis & rebus maſſariciis ſunt pertinentibus vel aſpicientibus, & ſupraſcriptis denominatis Maſſariis exinde ad manus ſuarum abuerunt & abere videtur, & qualiter ſupra per menſura legitur, in integrum mihi eas livellario ordine dediſti tali ordinem, ut da admodum in mea, qui ſupra Rodulfo Comes, una cum heredibus ac proheredibus meis, ſeu de illis perſonis ominibus, cui nos ſupraſcriptis Caſis & rebus, quas mihi dediſti libellario nomine dederimus, vel abere conſtituerimus, & de heorum heredibus ſint & permaneant poteſtatem eas habendi, tenendi, imperandi, ghubernandi, laborare faciendi, meliorandi, & nobis eas privato nomine uſufructuandi, & exinde tibi vel*

A *ad poſteriſque ſubceſſoribus tuis ad pars ſupraſcripti Epiſcopatui veſtro Sancte Marie per ſingulos annos per omnes menſe Martio cenſum vobis reddere debeamus ic Piſa ad Curte veſtra illa ad Eccleſiam Sancti Georgii vobis, vel ad miniſterialem veſtro illum, quas pro tempore ibidem fuerint, aut ad Miſſo veſtro per nos aut per Miſſo noſtro, ar-*
B *gentum Denarios boni expendibilis numero viginti quadtuor tantum. Et ſi nos vobis hec omnia, qualiter ſuperius legitur, per ſingulos annos taliter non adimpleverimus, & non conſervaverimus, aut ſi ſupraſcriptis Caſis & rebus, quas mihi libellario nomine dediſti, relaxaverimus, vel ſi per nos pegiorata fuerint, ſpondeo ego, qui ſupra*
C *Rodulfo Comes, una cum heredibus & proheredibus meis, componere tibi, qui ſupra Zenobius Epiſcopus vel ad poſteriſque ſubceſſoribus tuis penam argentum Solidos duocentos, quia talitar inter nos conveni, & duas inter nos libelli Benedictus Notarius Domni Regis ſcribere rogavimus.*

*Actum Piſa.*

D *Rodulfo (1) Comes in unc libello a me facto ſubſcripſi.*

✠ *Ego Taiberto rogatus ad Rodulfo Comes, me teſte ſubſcripſi.*

✠ *Ego Teudidalbo rogatus ad Rodulfo Comes, me teſte ſubſcripſi.*

✠ *Ego Ericho rogatus ad Rodulfo Comes, me teſte ſubſcripſi.*

✠ *Ego Cunerado rogatus ad Ro-*
E *dulfo Comes, me teſte ſubſcripſi.*

✠ *Ego Benedictus Notarius Domni Regis poſt tradita complevi & dedi.*

Charta

(1) Veri videtur ſimile, hunc titulo Comitis Piſanam Urbem rexiſſe.

## Charta Emphyteuſis terrarum facta a Grimaldo Epiſcopo Piſano. Anno 961.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Berengarius & Adalberti filio ejus, gratia Dei Reges, Anno Rengni eorum, auxiliante Domino, Decimo, octavo Idus Octobris, Indictione Quinta (1). Manifeſti ſumus nos Tachiperto Presbitero, filio bene memorie Leoni, & Ato, filio bone memorie .......... quia tu Grimaldus (2), gratia Dei ſancte Piſane Eccleſie umilis Epiſcopus, per cartula libellario ad cenſum perexolvendum dediſti nobis, ideſt quatuor petiis de terris illis in loco & finibus Auſeris Sala, que eſt pertinentes ſupraſcripte Eccleſie Epiſcopatui Sancte Marie, que una ex ipſe petia de terra cum Eccleſia beate Sancte Marie, ubi dicitur ad Luto, infra ſe habentes ſeu Caſas & Curte & orto inſimul amembratas; que ambas capitas cum uno latere tenet in via publica, es alio lato tenet in Rivo, qui dicitur Caperſico. Et ille alia petia de terra, ubi dicitur Caſagio Venajoli, que ambas capitas es tenentes in terra Eccleſie, Monaſterii Sancti Savini, lato uno tenet in via publica, es alio lato tenet in terra & vinea Erimberti, que Eritio vocatur de filie quondam..... Petie ille de tertia petia de terra, ubi vocitatur ad Ponti ........ quod uno capo cum uno lato tenet in terra ſupraſcripti Monaſterii S. Savini, es alio capo tenet in terra Martini de filio quondam Gerardi, es alio lato tenet in via pu-

A blica. Et ille quarta petia de terra in ipſo loco Ponticello, que uno caput tenet in terra Perſi, es alio caput cum uno lato tenet in via publica, es alio lato tenet in Caterado. Simul dediſti nobis, ideſt una petia de terra illa in loco, ubi dicitur Bogiano, quod eſt pertinentes ſupraſcripte Eccleſie Epiſcopatui Sancte Marie, que ambas capitas tenet in

B terra ſupraſcripti Monaſterii Sancti Savini, lato uno tenet in via Carraricia, es alio lato tenet in terra ſupraſcripti Erimberti. Has ſupraſcriptis quinque petiis de terris una ex ipſe cum predicta Eccleſia, ſeu Caſa cum fundamentis, & omnem edificio, vel univerſis fabricis ſuis & Curte, ſeu Orto inſimul amembratas, in predictis locis

C qualiter ab omni parte circundate ſunt, per deſignatas locas in integrum nobis eas livellario nomine dediſti. Tali ordine, ut da admodum in antea, qui ſupra Tachiperto Presbitero, & Atto, ſeu Ildiperto, qui Ilditio vocatur, filio Amitie, vel de noſtris eredibus, ſine poteſtate eas abendi, tenendi, imperandi, gubernandi, laborare faciendi, me-

D liorandi, & nobis eas privato nomine uſufructuandi, & in ipſa Dei Eccleſia Sancte Marie per me, qui ſupra Tachiperto Presbitero, aut per meam diſpoſitionem, officium Dei & luminaria, adque incenſum & Miſſas fieri..... debeam. Et exinde tibi, vel ad poſteriſque ſubceſſoribus tuis ad pars ſupra-

ſcripte

(1) Si a Septembri deducta eſt, ſignat Annum 961. Sed vereor, ne Annus *Decimus* Regum corruptus ſit culpâ antiqui deſcriptoris; unum enim apographum ſupereſt.

(2) Quem *Grimoaldum* Ughellius appellat, & ſediſſe in Cathedra Piſana cenſet ab Anno 940. uſque ad 958. Atqui, ut vidimus, *Zenobius* Epiſcopus eandem Sedem tenebat Anno etiam 954. Altera Charta Piſani Archivi, quam praetermiſi, ſcripta *Berengarius & Adelbertus &c. Reges Anno Octavo, VII. Id. Decemb. Ind. Secunda*, ideſt Anno Ch. 958. nobis exhibet *Grimaldum Epiſcopum* jam ſedentem.

*ſu pie Ecleſie Epiſcopatui Sanƈte Mavie per ſingulos annos per omnes menſe September, cenſus vobis reddere debeamus hic Piſa ad Curte, vel ad illa domnicatum ad Eccleſiam Sanƈti Georgii vobis, vel ad Miniſteriale veſtro, aut ad Miſſo veſtro argentum Denarios boni expendibilis numero duodecim tantum. Et ſi ad nos vobis & omnia qualiter ſuperius legitur, per ſingulos annos taliter non adimpleverimus, & non conſervaverimus, aut ſi ſupraſcriptis petiis de terris, ſeu Eccleſia & Caſa, ſicut ſuperius diƈtas, quas nobis dediſti, relaxaverimus, vel ſi per nos pegiorata fuerit, ſpondimus nos, qui ſupra Tachiperto Presbitero, & Atto, una cum noſtris eredibus conponere tibi, qui ſupra Grimaldus Epiſcopus, vel ad poſteriſque ſubceſſoribus tuis penam argentum Solidos centum, quia taliter inter nos eveni, & duas inter nos libelli Terminandus Notarius & Judex Domnorum Regum ſcribere rogavimus.*

*Alun Piſa.*

✠ *Ego Tachiperto Presbitero in hunc libello a nos faƈto ſubſcripſi.*

*Signum* ✠ *manus ſupraſcripti Atti, qui unc libellum fieri rogavit.*

✠ *Ego Stephanus Notarius Domnorum Regum rogatus teſtis.*

✠ *Ego Benediƈtus Judex Domnorum Regum ſubſcripſi.*

*Signum* ✠ *manus Eriberti, qui Eritio vocatur, filio bone memorie Ingbilelmi, qui Ingbitio vocabatur, teſtis.*

✠ *Ego Terminandus Notarius & Judex Domnorum Regum, poſt traditam complevi & dedi.*

## Rodulfi Comitis Charta, per quam nonnullos fundos vendit. Anno 964.

*IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Regnante Domno noſtro Hotto gratia Dei Imperator Auguſto, Anno Imperii ejus in Italia Tertio, Pridie Idus Novembris, Indiƈtione Oƈtava. Manifeſtu ſum ego* Rodulfus Comes, *filius bone memorie Ghiſolfi, quia per hanc cartam vendo & trado vobis Bofanio filio bone memorie Uſi, & Johanni, filii Criſtiani, ideſt tres petias de terris meis, quas abeo in locho & finibus a Rhethiano, quas quondam Guittinor ad manus ſuas abuit, qui una ex ipſe petia de terra cum Caſſina & Curte, ſeu orto adque vinea infra ſe habentes, qui uno capo cum uno lato tenet in terra Ecleſie Epiſcopatui Sanƈte Marie, & alio capo tenet in Rivo, que dicitur Sambra, & alio lato tenet in terra Eccleſie Sanƈti Viti & in terra de filii quondam Roſſelmi & de conſortibus ſuis. Et illa alia petia de terra, que uno capo cum uno lato tenet in via, & alio capo cum alio lato tenet in terra, qui fuit quondam Andree Aurifex. Et ille tertia petia de terra, quod eſt ſterpeto & monte, qui uno capo tenet in ſupraſcripto rivo Sambra, & alio capo tenet in terra, lato uno tenet in terra & monte Eccleſie & Monaſterii Sanƈti Savini, & alio lato tenet in terra & monte Beraldi quondam Berolfi germanorum de loco Calci. Has ſupraſcriptas tres petiis de terris, ſeu Caſſina cum fundamento & omne edificio ſuo, qualiter ab onnis parte circundate ſunt per deſignatas lochas in integrum cum inferioribus & ſuperioribus ſuis, ſeo cum acceſſionibus & ingreſſuras ſuas vobis eas vindo & trado. Et pro ſupraſcripta mea vendiƈtio recepi a vos pretium argentum Solidos quadraginta in prefinito. Unde repromitto ego, qui ſupra Rodulfo Comes,*

*mes, una cum meis heredes vobis, qui
ſupra Beſanio & Johanni, vel ad ve-
ſtris heredibus, aut eidem homini, cui
vos iſta mea venditio dederitis, vel ha-
bere decreveritis, ut ſi nos vobis eas
aliquando tempore in aliquo exinde in-
tentionaverimus, aut retolli vel ſubtra-
gi queſierimus, nos vel ille homo, cui
nos eas dediſſimus aut dederimus per
quodlibet ingenium. Et ſi nos exinde
auctores dare volueritis, & eam vobis
ad omnis homines defendere non potue-
rimus, ſpondimus nos vobis componere
iſta mea venditio in duplum in ferqui-
dem loco ſub extimatione, quales tunc
fuerint, ſic tamen ſi nos exinde aucto-
res nec defenſores querere nec dare po-
tueritis, licentiam abeatis abſque noſtra
perſona, ſi veſtra fuerit voluntas exinde
cauſam agendi, reſponſum reddendi, fi-
nem ponendi, modis omnibus vobis eas*

A *defenſandi, cum carta iſta, vel quali-
ter juſta legem melius potueritis, quia
in tali ordine anc cartula Terminandus
Notarius & Judex Domni Imperatoris
ſcribere rogavi.*

*Actum Piſa.*

✠ *Ego Rodulfo Comes in anc carta
a me facta ſubſcripſi.*

✠ *Ego Petrus Notarius Domni Im-*
B *peratoris, rogatus teſtis ſubſcripſi, &
pretio dante vidi.*

✠ *Ego Teupertus rogatus teſtis ſub-
ſcripſi, & pretio dante vidi.*

*Leo filio Boni Silveradi teſtis, &
pretio dante vidi.*

*Ego Benedictus Judex Domni Impe-
ratoris ſubſcripſi.*

✠ *Ego Terminandus Notarius &*
C *Judex Domni Imperatoris poſt tradita
complevi & dedi.*

## Charta Grimaldi Epiſcopi Piſani, concedentis quaſdam terras in Emphyteuſin. Anno 965.

*IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti
Dei eterni. Regnante Domno noſtro
Otto gratia Dei Imperator Augusto,
Anno Imperii ejus in Italia Quarto,
Quintum Nonas Martii, Indictione O-
ctava. Manifeſtus ſum ego Oberto filio
bone memorie Eraldi, quia tu Grimal-*
dus, gratia Dei ejus ſancte Piſane
Eccleſie humilis Epiſcopus *per cartu-
la livellario nomine ad cenſum perexol-
vendum dediſti mihi ideſt portionem de
Caſſina & res illa maſſaricias in loco
& finibus Campelongo, qui eſt perti-
nentes ſupraſcripte Eccleſie Epiſcopatui
veſtro Sancte Marie, qui recta eſſe vi-
detur per Petrus & Martino germani.
De Caſſina vero ipſa cum fundamento
tam omne edificio ſuo, de curte, orto,
terris, vineis, olivis, ſilvis, virga-
reis, pratis, paſcuis, cultas res vel*

*incultas, de omnia & in omnibus re-
bus, quantas ubique in qualibet locis*
D *vel vocabulis ad ſupraſcripta Caſſina,
& res eſt pertinentes, & ſupraſcripti
germani exinde ad manus ſuarum abere
& detinere videtur; competivi exinde
ad pars predicti Epiſcopatui veſtro San-
cte Marie medietatem, ipſa vero me-
dietatem exinde in integrum mihi eas
livellario nomine dediſti. Tali ordinem,
ut da admodum in mea, qui ſupra O-*
E *berto, vel de meis heredibus ſint pote-
ſtatem ſupraſcripta medietatem de pre-
dicta Caſſina & res abendi, tenendi,
imperandi, gubernandi, laborare facien-
di, melierandi, & nobis eas privato
nomine uſufructuandi, & exinde tibi
vel ad poſteriſque ſubceſſoribus tuis ad
pars ſupraſcripte Eccleſie Epiſcopatui ve-
ſtro Sancte Marie per ſingulos annos*

*per*

per omnes menſe Martio cenſum vobis reddere debeamus ic Piſa ad Curte veſtra illa domnicata ad Eccleſiam Sancti Georgii vobis vel ad Miniſterialem illum, quas pro tempore ibidem fuerint, aut ad Miſſo veſtro per nos aut per Miſſo noſtro, argentum Denarios boni expendibilis numero Solidos quinque, duodecim Denarios per ſingulos Solidos rationatos tantum. Et ſi ad nos vobis hec omnia, qualiter ſuperius legitur per ſingulos annos taliter non adimpleverimus & non conſervaverimus, aut ſi ſupraſcripta medietatem de predicta Caſſina & res, ut ſuperius dictas, quas mihi dediſti relaxaverimus, vel ſi per nos pegiorata fuerint, ſpondeo ego, qui ſupra Oberto, una cum meis heredibus componere tibi, qui ſupra Grimaldus Epiſcopus, vel ad poſteriſque ſubceſſoribus tuis penam argentum Solidos centum, quia taliter inter nos conveni, & duas inter nos libelli Petrum Notarium Domni Imperatoris ſcribere rogavi.

Actum Piſa.

✠ Ego Oberto in unc libello a me facto ſubſcripſi.

✠ Ego Iſalprando rogatus teſtis ſubſcripſi.

✠ Ego Teudibaldo rogatus ad Oberto, me teſtes ſubſcripſi.

✠ Ego Terminandus Judex Domni Imperatoris ſubſcripſi.

✠ Ego Petrus Notarius & Judex Domni Imperatoris poſt tradita complevi & dedi.

## Alberici Epiſcopi Piſani Charta, concedentis in Emphyteuſim quoſdam agros. Anno 970.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Regnante Domno noſtro Hotto gratia Dei Imperator Auguſto, Anno Imperii ejus in Italia Nono, & filio ejus Domnus Hotto itemque Imperator Auguſto, Anno Tertio, Pridie Idus Aprilis, Indictione Tertiadecima. Manifeſti ſumus nos Anſiprando, & Leo, que Belitio vocatur, germani, filii bone memorie Grime, quia tu Albericus (1), gratia Dei ſancte Piſane Eccleſie umilis Epiſcopus, per cartula livellario nomine ad cenſum perexolvendum dediſti nobis, ideſt medietatem ex integra de omnibus Caſis & rebus illis, pertinentibus Eccleſie & Plebi veſtre, cui vocabulum eſt beati Sancti Caſſiani & Sancti Johanni, quod eſt Plebem Baptiſmalis, ſita loco & finibus prope fluvio Arno, quem Plebem ipſa eſſe videtur de ſub regimine & poteſtatem predicte Eccleſie Epiſcopatui Sancte Marie. Caſis verò ipſis tam domnicatis quam & maſſariciis cum fundamentis & omnem edificiis vel univerſis fabricis ſuis, ſeo de curtis, ortis, terris, vineis, olivis, ſilvis, virgareis, pratis, paſcuis, cultis rebus, vel incultis, ſive de movile vel immovile, ſeo que ſemoventibus tam de Servos quam & de Ancillas, de omnia & ex omnibus caſis & rebus tam domnicatis quam & maſſariciis, ſeu movilia & familia, quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad ſupraſcripta Eccleſia Plebem veſtra S. Caſſiani & S. Johannis ſunt pertinentibus vel aſpicientibus, adque in antea ibidem pertinentes fuerint, ut dictum

(1) Epiſcopum hunc Ughellius ab Anno 968. uſque ad 983. Eccleſiae Piſanae praefuiſſe ſcribit. Ultra eum Annum vixiſſe illum deprehendi. Habetur enim in Archiepiſcopali Archivo Piſarum Charta, ſcripta *Anno ab Incarnationis ejus Nongnenteſimo Octuageſimo Sexto, Octavo Kal. Jun. Ind. Tertiadecima.* Qui Annus Piſanus refert Annum vulgarem 985. Tunc etiam *Albericus* erat in vivis.

ctum eſt, medietatem ex integra nobis eas livellario nomine dediſti. Item & dediſti nobis ideſt medietatem ex integra de omnem redditum & debitionem illa, quantas ſingulis ominibus, qui ſunt abitantibus in Villis illis, que dicitur Sexto, Sancto Caſſiano, Argile, Lajano, Paccianula, Tavula, Caſſianula, Scorno, Viſiniano, Pagnatico, Moſcalolima, Cerata, Marciana, Ferrajano, Septimo, Barbajano, Oliveto, Paterno, Saſſeto, Aviliano, ad Noce, aut alibit abitantibus ſingulis quibuſque annis ad pars ipſius Eccleſie Plebis veſtre conſuetudi vel debiti fuerint ad reddendum tam labore, quàm & vinum, ſimulque beſtiis, aut de qualibet frugibus terre, vel de qualibet movilia de jam dicto redditu & debitionem, quantas ſingulis ominibus, qui ſunt abitantibus in predictis Villis, aut que in antea ibidem abitantes fuerint, vel per alias locas abitantibus ſingulis quibuſque annis, ad pars ipſius Eccleſie Plebis veſtre conſuetudi vel debiti ſunt reddendi, aut que in antea conſuetudi vel debiti fuerint ad reddendum, ut dictum eſt, medietatem ex integra nobis eas libellario nomine dediſti. Tali ordinem, ut ab odierna die in noſtra, qui ſupra Anſiprando & Leo germanis & de heredibus, ac proheredibus noſtris, ſeo de illis perſonis, ominibus, cui nos eas omnia, que ſuperius legitur, quas nobis libellario nomine dediſti, dederimus vel abere conſtituerimus, & de eorumque heredibus ſint & permancad poteſtate jam dicta medietas ex integra de omnibus ſupraſcriptis Caſis & rebus, ſeu movilia & familia, adque redditum & debitionem pertinentibus prefate Eccleſie Plebis veſtre, quas nobis dediſti eas abendi, tenendi, imperandi, gubernandi, laborare faciendi, & nobis eas privato nomine uſufructuandi, & facietis ex frugibus vel earum rerum, vel cenſum, quibus exinde annue Dominus dederit, quod volueritis, & ipſo redditum & debitionem ſingulis quibuſque annis requirendi & recolligendi & faciendi exinde in omnibus quidquid volueritis nobis privatum fruendum. Niſi tantum pro omni cenſum & juſtitiam exinde ab te, vel ad poſteriſque ſubceſſoribus tuis ad pars ſupraſcripte Eccleſie Epiſcopatui veſtro per ſingulos annos per omnes menſe Magio cenſum vobis reddere debeamus ad Curte veſtra ic Piſa ad Eccleſiam Sancti Georgii per nos aut per Miſſo noſtro vobis vel ad Miſſo veſtro, aut ad Miniſterialem illum, quas ibi pro tempore abueritis, argentum Solidos decem de bonis Denarios expendibiles, duodecim Denarios per ſingulos Solidos rationates, tantum. Et ſi ad nos vobis ec omnia, qualiter ſuperius legitur per ſingulos annos taliter non adimpleverimus & non conſervaverimus, ſicut ſupra legitur, aut ſupra dictum eſt, medietas ex integra de omnibus ſupraſcriptis Caſis & rebus, ſeo movilia & familia, atque redditum & debitionem pertinentibus ſupraſcripte Eccleſie & Plebis veſtre, quas nobis dediſti, relaxaverimus, vel ſi per nos pegiorata fuerit, ſpondimus nos, qui ſupra Anſiprando & Leo germani una cum noſtris eredibus componere tibi, qui ſupra Albericus Epiſcopus, vel ad poſteriſque ſubceſſoribus tuis penam argentum Solidos ſexcentos, quia taliter inter nos convenit, & duas inter nos libelli Teupertum Notarium ſcribere rogavimus.

✠ Ego Anſiprando in unc libello a nos facto ſubſcripſi.

Signum ✠ manus Lei, qui unc libellum fieri rogavit.

✠ Ego Teudibaldo rogatus a ſupraſcriptis germanis, me teſtis ſubſcripſi.

✠ Ego Benedictus Judex Domni Imperatoris ſubſcripſi.

✠ *Ego Stephanus Notarius Domni Imperatoris, rogatus teſtis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Teupertus Notarius poſt tradita complevi & dedi.*

## Raimberti Epiſcopi Piſani Charta, per quam agros aliquot in Emphyteuſin concedit. Anno 990.

IN *nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Regnante Domno noſtro Otto, gratia Dei Imperator Auguſto, filio bone memorie Ottoni Imperatoris, & Nepus bone memorie itemque Ottoni Imperatoris, Anno Imperii ejus in Italia Primo, Nonodecimo Calendas Januarii, Indictione Decima. Manifeſti ſumus nos Odimundo, qui Bando vocatur, filio bone memorie Amalfridi, & Johannes Presbitero, filio bone memorie Rotrude, que Rotitia vocabatur, quia tu* Raimbertus (1), gratia Dei hujus ſancte Piſane Eccleſie umilis Epiſcopus, *per cartulam livellario nomine ad Cenſum perexolvendum dediſti nobis, ideſt una petia de terra illa in loco & finibus Porto Piſano, ubi dicitur Vvaralda prope Eccleſia, & Plebem Sancte Julie, que eſt pertinentes Eccleſie Epiſcopatui Sancte Marie. Quas ipſa petia de terra tenentes uno capo in Rivo, qui dicitur Mulinaio, & alio capo tenet in Terra Comitorum, lato uno tenet in ſupraſcripto Rivo Vvaralda, & alio lato tenet in alio Rivo, que vocitatur Silculo. As ſupraſcripta petia de terra, cod eſt culta & agreſtis cum aliquantula vinea infra ſe abentes, totas inſimul amembratas in eodem loco, qualiter ab onnis parte circundata eſt, per deſignatas locas in integrum cum inferioribus & ſuperioribus ſuis, ſeu cum acceſſionibus & ingreſſoras ſuas nobis eas livellario nomine dediſti tali ordinem, ut da admodum in mea, qui ſupra Odimundo & Johannes Presbitero, vel de noſtris eredibus ſin poteſtatem eas habendi, tenendi, imperandi, gubernandi, laborare faciendi, meliorandi, & nobis eas privato nomine uſufructuandi, & licentiam & poteſtatem abeas ego, qui ſupra Johannes Presbitero pro meo libellario nomine firmandum de meam portionem, cod eſt medietatem de ſupraſcripta petia de terra, que ſuperius legitur, Johannes filio Imille, ſeo alii filii, quod de ſupraſcripta Imilla in vita mea, qui ſupra Johannes Presbitero nati vel procreati fuerit, ut in eorum ſim poteſtatem, ſupraſcripta medietas de ſupraſcripta petia de terra eas abendum, tenendum, imperandum, ghubernandum, laborare faciendum, meliorandum, & privato nomine uſufructuandum. & exinde tibi vel ad poſteriſque ſubceſſoribus tuis ad pars ſupraſcripte Eccleſie Epiſcopatui veſtro Sancte Marie per ſingulos annos per omnes menſe Auguſto cenſum vobis reddere debeamus ic Piſa ad Curte veſtra illa domnicata ad Eccleſiam Sancti Georgii vobis vel ad Miniſterialem illa, quas pro tempore ibidem fuerint, aut ad Miſſo veſtro per nos aut per Miſſo noſtro argentum Denarios boni expendibilis numero viginti & quatuor tantum. Et ſi at nos vobis hec omnia, qualiter ſuperius legitur, taliter non adimpleverimus & non conſervaverimus per ſingulos annos,*

(1) Epiſcopum iſtum floruiſſe ab Anno 986. uſque ad 991. Ughellius tradit. Chartæ haec viventem illum prodit Anno 996. Memoratum eundem vidi in altera Charta ſcripta *Anno ab Incarnationis eius Nongenteſimo Hoctuageſimo Octavo, Octavo Id. Aprilis, Ind. XV.* Heic Annum Piſanum habes, qui reddit Annum noſtrum 987.

*nos, aut ſi ſupraſcripta petia de terra, quas nobis dediſti, relaxaverimus, vel ſi per nos pegiorata fuerit, ſpondimus nos, qui ſupra Odimundo & Johannes Presbitero, una cum noſtris eredibus, componere tibi, qui ſupra Raimbertus Epiſcopus, vel ad poſteriſque ſubceſſoribus tuis, penam argentum Solidos centum, quia taliter inter nos convenit, & duas inter nos libelli Alſeo Notarium Domni Imperatoris ſcribere rogavi.* A B

*Actum Piſa.*

*Signum ✠ manus ſupraſcripti Odimundi, qui unc libellum fieri rogavi.*

*✠ Ego Johannes Presbitero in uno libello, a nos facto ſubſcripſi.*

*✠ Ego Bernardus rogatus teſtis ſubſcripſi.*

*✠ Ego Terminandus Judex Domni Imperatoris ſubſcripſi.*

*✠ Ego Rambertus rogatus teſtis ſubſcripſi.*

*✠ Ego Benedictus Notarius Domni Imperatoris rogatus teſtis ſubſcripſi.*

*✠ Ego Alfio Notarius Domni Imperatoris poſt tradita complevi & dedi.*

## Donatio rerum ſuarum facta a Gerardo Comite Monaſterio S. Mariae ſito in Caſtello Serenae. Anno 1004.

C *In nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Anno ab Incarnationis ejus Milleſimo Quarto, Indictione Secunda. Manifeſtu ſum ego* Gerardus Comes . . . . . . . . . . . *qui fuit ſimiliter Comes* . . . . . . . *& uxor mea Guilia* . . . . . . . *utilitatis, quae bona praeſentis vitae non eſſent perpetua, ſed temporanea & fugitiva, idcirco de bonis perituris modo theſaurum facere cupimus, ut centuplum efficiatur, & aeternaliter poſſideatur. Ideo remedium animae* . . . . . . . *parentum noſtrorum contradere, atque ſimul offerre unanimi voto providimus tibi omnipotenti Deo &* Eccleſiae & Monaſterio ſanctiſſimae Mariae matris noſtrae, *quae nos conſtruimus infra* Epiſcop. . . . . . . . . Caſtello de Serena, *quatenus concedimus & confirmamus ubic Monaſterio in onorem ſanctiſſimae Mariae matris noſtrae, ad quam omnia noſtra bona, & certas noſtras poſſeſſiones unanimi voto donamus, cum Curtibus & Eccleſiis, Caſtellis & Ronchis, Villis, campis, pratis, ſilvis, paſcuis, ſalectis, pantaneis, piſcareis, puteis, fontibus, rivis, & aquis, molendinis, montibus, & rupibus, aedificiis, cultis & incultis, locis habitantibus, & ſine habitationibus, & jam nominatis Curtis, ſive ſint infra Comitatu, & territurio* Voliterrenſis, *& Lucenſis, &* Populonienſis *&* Roſſellenſis, *& infra Comitatu & territurio* Orbivieto, *& infra Comitatu & territurio* Caſtro, *ſeu ſuper aliis Comitatis. Deſuper ſcriptis Comitatis primum nominamus Caſtellum de Serena cum Curte pertinentia cum Eccleſiis, Eccleſia Sancti Andreae de Padule, medietate cum Curte, Caſtello de Mirandolo, cum Eccleſia Sancti Joannis Evangeliſte cum Curte, Caſtello de Sovejoli, cum Eccleſia Sancti Laurentis cum Curte, Caſtello de Froſini, ſexta parte cum Eccleſia Sancti Michaëlis Archangeli cum Curte, Scopetulo Caſtello cum Curte, medietate de Caſtello de Cumulo cum Curte, Caſtello de Vicinatico cum Eccleſia & Curte, Eccleſia Sanctae Mariae de Boſſeto, Eccleſia Sanctae Margheritae de Tavernule, Eccleſia Sanctae Mariae de Salario, Eccleſia Sanctae Mariae de Perignano cum Curte, Eccleſia Sanctae* D E

Mariae de Pulverario cum tredecim manſis, quas ſunt in Curte de Caſale, Eccleſia Sancti Blaſii de Illarto cum Curte, Eccleſia Sancti Michaëlis de Noctule medietate, & medietate de Linalia, Caſtello de Campilia medietate, cum Eccleſia & Curte, & Caſtello de Acquaviva, quarta parte, quae Colle Godimari vocatur, cum Eccleſia Sancti Caſſiani, Rocca de Bizerno, que Finicalo vocitatur, cum Eccleſia Sancti Angeli medietate Curte, & ſuam portione de Rivo de Gualdo, Caſtello, ubi dicitur Montecalvo ſuam portionem medietatem, & ſuam portionem, quae jam fuit Caſtello novo, Caſtello de Mitiano, medietate cum Curte, Caſtello de Megrano ſuam portionem medietatem, Caſtello de Varianello medietatem cum Curte, Caſtello de Planzano ſuam portionem medietatem cum Curte, Caſtello, ubi dicitur Bizenzo, medietate cum Curte & cum Eccleſia Sancti Michaëlis, Caſtello de Marcha cum ſua portione, ſeu per aliis locis & vocabulis de his ſupraſcriptis Curtis & Caſis, ſeu Caſtellis & Rocchis, ſive Eccleſiis, & rebus domnicatis & maſſariciis rebus cum fundamentis & omnibus aedificiis, vel univerſis fabricis ſuarum, ſeu cunctis ortalis, campis, vineis, olivetis, caſtagnetis, quercetis, ſilvis, pratis, paſcuis, cultis rebus vel incultis, omnia ex omnibus, quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis, qui a ſupraſcriptis Caſis & Curtis, ſeu Caſtellis, & Rocchis, ſive Eccleſiis ſunt pertinentes, vel aſpicientes tam ſervos, quàm & ancillas....... vel vocabulis, habere & poſſidere viſi ſumus, & quocunque hordine, legibus eſt nobis pertinentes, tam in vita noſtra, quàm & poſt hobitum noſtrum, ubicunque eſſe inveniuntur, ſicut ſupra dictum eſt, & denominatae ſunt infra curtis & locis juris noſtri, una cum acceſſione........

A cum ſuperioribus & inferioribus ſuis, qualiter ſuper legitur, in integrum tibi ſupraſcriptae Dei Eccleſiae & Monaſterio offerimus, ut in ipſa ſancta Dei Eccleſia & Monaſterio ſint omni tempore proprietario jure, & in ſuo dominio habeat & teneat, atque poſſideat, & faciat tam ipſa Dei Eccleſia & Monaſterio, quàm nos atque Boniperto B Abbas iſtius Monaſterii cum Fratribus ſuis, que ipſa Eccleſia & Monaſterium nunc detinetur, aut alii Succeſſores ſui, qui in tempore fuerint, quidquid juxta legem voluerint ſine omni noſtra contradictione. Equidem ſpondimus atque promittimus nos ego, qui ſuper Girardo una cum predicta Guilia pariter praedictae Dei Eccleſiae & Monaſterio, & C illius Abbas, qui in tempore in ipſa Eccleſia & Monaſterio fuerint iſtas noſtras certas poſſeſſiones, qualiter ſupra legitur, in integrum ab omnibus hominibus defenſare; & inſuper haec jam dictus Girardus, & uxor mea Guilia liceat ullo tempore nolle, quod voluimus, ſed quod a nobis ſemel actum conſcriptum eſt, inviolabiliter conſervare D promiſſimus cum ſtipulatione ſubnixa. Nam qui hanc Cartam & noſtro Teſtamento refragare voluerit, in primis ira Dei incurrat ſuper eum, & habeat maledictionem ex parte Patris & Filii & Spiritus Sancti, & da omnes Sancti Angeli & Archangeli, Troni, & Dominationes, & da omnes Sancti Apoſtoli & Evangeliſtae, & da illi E centum quadraginta quatuor milia, qui pro Chriſto paſſi ſunt, & cum Dathan, & Abiron, & cum Juda, qui Dominus tradidit, & habeat portionem in diem Judicii; quia ſic complacuit animo noſtro. Hanc enim Cartula Anſelmus Notarius ſcribere rogavit.

Intus Caſtellum ſupraſcriptum Monaſterium Sanctae Mariae, & territurio Voluterrenſis.

Ego

*Ego Gerardus, una cum uxore mea Guilia anc Cartula offerſionis a nobis facta eſt.*

*Ego Bonipertus Abbas praedicti Monaſterii in me facta eſt, & ſubſcripſi.*

*Ego Petrus Monacus hanc Cartam in me facta eſt, & ſubſcripſi.*

*Ego Petrus filius Alberti rogatus teſtis.*

A *Ego Bernardus filius Ruſtici rogatus teſtis.*

*Ego Rodulfo, filio Rollandi rogatus teſtis.*

*Ego Rollandus Judex ſacri Palatii ſubſcripſi.*

*Ego Guilielmus Judex Domni Imperatoris ſubſcripſi.*

*Ego Anſelmus Notarius poſt tradita complevi & dedi.*

## Conceſſio Emphyteutica facta a Widone Epiſcopo Piſano. Anno 1005.

I*N nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab Incarnationis ejus Mille Sexto, Sexto Idus Julii, Indictione Tertia. Manifeſtu ſum ego* Vvido (1), gratia Dei ujus ſanctae Piſanae Eccleſiae umilis Epiſcopus, *quia per anc cartula livellario nomine ad cenſum perexolvendum dare videor tibi Cunerado, qui Cunitio vocatur, filio bonae memoriae Dominichi, qui Barcio vocabatur, ideſt duas portiones....... de tres petiis de terris illis, quibus ſunt poſitis in loco & finibus Porto Piſano, quae ſunt pertinentes ſupraſcriptae Eccleſiae Sanctae Mariae; quae una ex ipſa eſſe videtur prope Eccleſia Sancti Stephani, & eſt pertinentes ſupraſcriptae Eccleſiae Sancti Stephani........ videtur de ſub regimine & poteſtate ſupraſcripti Epiſcopatui veſtro Sanctae Mariae, quae uno capo cum uno lato tenet in Rivo, qui dicitur Cingla, & alio capo tenet in terra, que dicitur Aguliana, & lato uno tenet in Rivo, qui dicitur Marcianella, qui eſt juſta fluvio Auſciene, & alio lato tenet in littus mare. Et ille ſecunda petia de terra in loco prope Ec-* B *cleſia Sanctae Juliae, ubi dicitur Fondo Maggiore.......... dictae Eccleſiae Sanctae Juliae, quae Eccleſia ipſa eſſe videtur de ſub regimine & poteſtate ſupraſcripti Epiſcopatui noſtro Sanctae Mariae, quae uno capo cum uno lato tenet in terra Comitorum, & terra, qui........ Comes, & alio capo tenet in Rivo, qui dicitur Molinario, &* C *alio lato tenet in terra, quae dicitur Piſana. Et ille tertia petia de terra, ubi dicitur Lungnano, quas ...... cum ambas lateras in terra e Silva Comitorum, & in terra e Silva de filiis quondam Ghiſolfi; de as ſupraſcripti tres petiis de terris in praedictis locis qualiter ab omnis parte circumdati ſunt....... donationis exinde integras* D *cum inferioribus & ſuperioribus ſuarum, ſeo cum acceſſionibus & ingreſſoras ſuarum, tibi eas livellario nomine dare videor. Tali ordine, ut da admodum....... tuis heredibus ſint & permanead poteſtatem eas abendi, tenendi, imperandi, gubernandi, laborare faciendi, meliorandi, & vobis eas privato nomine uſumfructuandi, & exinde mihi, vel ad poſteris ſubceſſoribus meis a pars ſupra-*

(1) Inter *Raymbertum*, & *VVidonem*, Ughellius interſerit *Petrum* Epiſcopum Piſanum, viventem Anno 1005. Hoc ei perſuaſerit Troncius. Tutius fidem ei abroget Lector. Jam nos habemus heic *VVidonem* Epiſcopum Anno eodem 1005. Quippe Annus Piſanus in Charta hac uſurpatur, atque *Indictio Tertia* vulgarem Annum 1005. indicat.

*ſupraſcriptae Eccleſiae Epiſcopatui Sanctae Mariae per ſingulos annos per omnes Menſe Octobris, cenſum vobis reddere debeamus hic Piſa ad Curte noſtra illa donicata ad Eccleſiam Sancti Georgi nobis vel a Miniſterialem illum, quas pro tempore ibidem fuerint, aut ad Miſſo noſtro per vos, aut per Miſſo veſtro, arientum Denarios boni expendibilis numeros viginti & quatuor tamtum. Et ſi a nos vobis ec omnia qualiter ſuperius legitur per ſingulos annos taliter adimpleveritis & conſervaveritis, & nos vobis ſupraſcriptae duos portionis ex integre de ſupraſcriptis tres petiis, quas tibi livellario nomine dedi, retollerimus, vel aliquit amplius vobis ſuper impoſuerimus pro colibet ingenio, ſpondeo ego qui ſupra Vuido Epiſcopus una cum poſteri, que ſubceſſoribus meis componere tibi, qui ſupra Cunrado........ vocatur, vel a tuis eredibus penam arientum optimum Libras vinti; quia taliter inter nos convenit, & duos inter nos libelli Alſeo Notario Domni Imperatoris ſcribere rogavi.*

*Actum Piſa.*

*✠ Vuido gratia Dei umilis Epiſcopus huic libello a me facto ſubſcripſi.*

*✠ Ego Sigifredus Judex Domni Imperatoris ſubſcripſi.*

*✠ Ego Pandolfus Notarius Domni Imperatoris, rogatus teſtis ſubſcripſi.*

*✠ Ego Eribertus Judex Domni Imperatoris ſubſcripſi.*

*✠ Ego Alſeo Notarius Domni Imperatoris poſt tradita complevi & dedi.*

## Charta Emphyteuſis facta a Widone Epiſcopo Piſano. Anno 1006.

*IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni, Anno ab Incarnationis ejus Milleſimo Septimo, Pridie Nonas Auguſti, Indictione Quarta. Manifeſti ſumus nos Johannes, & Dominico Clerico, ſeo Bonitio, germani, filii bonae memoriae Macirneri, quia tu* Vuido, gratia Dei ujus Sanctae Piſanae Eccleſiae umilis Epiſcopus *per cartula livellario nomine ad cenſum perexolvendum dediſti nobis ideſt ſextam portionem ex integra de omnibus Caſis & rebus illis pertinentibus Eccleſiae Plebis veſtrae, cui vocabulum eſt beati Sancti Andreae & Sancti Johanni, quod eſt Plebem Baptiſmalis, ſita loco & finibus Porto. Quem Plebem ipſa eſſe videtur de ſup regimine & poteſtatem ſupraſcriptae Eccleſiae Epiſcopatui veſtro Sanctae Mariae, de caſis & caſſinis, ſeo caſalinis, adque rebus tam domnicatis quàm & maſſariciis verò ipſis a predicta Eccleſia Plebis veſtrae Sancti Andreae & Sancti Johanni, quod eſt Plebem Baptiſmalis ſunt pertenentibus, cum fundamentis, & omnem edificiis, vel univerſis fabricis ſuarum, ſeo de curtis, ortis, terris, vineis, olivetis, caſtanietis, quercetis, ſilvis, virgareis, pratis, paſcuis, cultis rebus vel incultis, de omnia & ex omnibus caſis & caſſinis ſeo caſalinis, adque rebus tam domnicatis quam & maſſariciis, quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad ſupraſcripta Eccleſia Plebis veſtrae Sancti Andreae & Sancti Johanni, quod eſt Plebem Baptiſmalis ſunt pertenentibus, vel aſpicientibus, ut dictum eſt, ſextam portionem exinde in integrum, cum inferioribus & ſuperioribus ſuarum, ſeo cum acceſſionibus & ingreſſoras earum, nobis eas livellario nomine dediſti. Item & livellario nomine dediſti nobis ideſt ſextam portionem ex integra de omnem redditum & debitionem ſeo decimationem illam, quantas*

tas

A *tas ſingulis ominibus, qui ſunt abitantibus in Villis illis, quae dicitur Botitio, Naria, Platitiano, Mariliano, Selivano, Oliveto, Carbonaria, Caſale, Meriuli, Aiana, Limone, Caſagavenali, Gumbalio, Porciliano, quae ſunt pertinentibus ſupraſcriptae Eccleſiae Plebis veſtra Sancti Andreae & Sancti Johanni, quod eſt Plebem Baptiſmalis,*
B *adque in antea in ipſis Villis abitantes fuerint conſuetudi vel debiti fuerint ad reddendum tam labore quàm & vinum, ſimulque beſtiis, aut de qualibet frugibus terrae vel de qualibet movilia de jam dicto reditum & debitionem, ſeo decimationem, quantas ſingulis ominibus, qui ſunt abitantibus in praedictis Villis, adque in antea ibidem abitan-*
C *tes fuerint, & a pars ipſius Eccleſiae Plebis veſtrae ſingulis quibuſque annis conſuetudi vel debiti fuerint ad reddendum aut alibit abitantibus ſingulis quibuſque annis ad pars ipſius Eccleſiae Plebis veſtrae conſuetudi vel debiti fuerint ad reddendum, & quondam Johannis Presbitero filio bonae memoriae Petri Gullae ad manus ſuas abuit & de-*
D *tenuit, ut dictum eſt, ſextam portionem ex integrom nobis eas livellario nomine dediſti. Tali ordinem, ut da admodum in mea, qui ſupra Johannes & Dominico Clerico, ſeo Bonitio, germani, vel de noſtris eredibus ſint poteſtatem eas abendi, tenendi, imperandi, gubernandi, laborare faciendi, meliorandi, & nobis eas privato nomine uſufructuendi*
E *& licentiam & poteſtatem abeamus nos, qui ſupra Johannes & Dominico Clerico ſeo Bonitio germani & noſtris eredibus vel noſtris ominibus in praefata Eccleſia Sancti Andreae & Sancti Johanni, quod eſt Plebem Baptiſmalis, intrandi, & ipſum redditum & decimationem ſeo debitionem regrendite recolligendi rerum vel cenſum, quibus exinde annue Dominus dederit; & teneamus & faciamus ex frugibus earum quicquit voluerimus, abſque omni calumnia nobis privatum fruendum, & in ipſa Eccleſia Sancti Andreae & Sancti Johanni, quod eſt Plebem Baptiſmalis per noſtra diſpoſitionem officium Deo & luminaria adque incenſum & Miſſas fieri debeamus, & exinde tibi, vel ad poſteriſque ſubceſſoribus tuis ad pars ſupraſcriptae Eccleſiae Epiſcopatui veſtro Sanctae Mariae per ſingulos annos per omnes Menſe Genuario cenſum vobis reddere debeamus ic Piſa ad Curte veſtra illa domnicata ad Eccleſiam Sancti Georgi vobis vel ad miniſterialem illum, quas pro tempore ibidem fuerint, aut ad Miſſo veſtro per nos aut per Miſſo noſtro argentum Denarios boni expendibilis numero viginti & quadtuor tantum. Et ſi a nos vobis ec omnia, qualiter ſuperius legitur, per ſingulos annos taliter non adimpleverimus & non conſervaverimus, aut ſi eas omnia, quae ſuperius legitur, quas nobis livellario nomine dediſti, relaxaverimus, vel ſi per nos pejorata fuerit, ſpondimus nos, qui ſupra Johannes & Dominico Clerico, ſeo Bonitio germani, una cum noſtris eredibus, componere tibi, qui ſupra Vuido Epiſcopus, vel ad poſteriſque ſubceſſoribus tuis, penam argentum Solidos centum viginti, quia taliter inter nos convenit, & duas inter nos libelli Leo Notarium Domni Imperatoris ſcribere rogavimus.*

*Actum Piſa.*

*Signum ✠ ✠ manus ſupraſcripti Johannis & Dominici germani, qui une libellum fieri rogaverunt.*

✠ *Ego Petrus rogatus teſtis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Vuido Notarius Domni Imperatoris rogatus teſtis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Urſo Notarius Domni Imperatoris rogatus teſtis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Johannes Judex Domni Imperatoris ſubſcripſi.*

✠ *Ego Leo Notarius Domni Imperatoris poſt traditam complevi & dedi.*

## Azzonis Epiſcopi Piſani Charta, per quam nonnullas terras in Emphyteuſin concedit. Anno 1017.

A *IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Regnante Domno noſtro Enrigo, gratia Dei Imperator auguſto, anno Imperii ejus in Italia Quarto, Idus Novembris, Inditione Prima, Manifeſtus ſum ego* Attus (1), gratia Dei ujus ſancte Piſane Eccleſie humilis Epiſcopus, *qui per ac cartula livellario nomine at cenſum perſolvendum da-* B *re videor tibi Petrus filio bone memorie Suaverictu, qui Suavitio vocabatur: ideſt una petia de terra mea illa, que eſt poſitas in loco & finibus Porto Piſano prope Rivo Majore, ubi dicitur Orciano, que eſt pertinentes ſupraſcripte Eccleſie Epiſcopatui veſtro Sancte Marie, qui uno capo tenet in predicto Rivo majore, alio capo tenet in Terra Cho-* C *mitorum, da uno tenet in terra, que fuiſſe ..... Gaſtaldo filio bone memorie Martini, & alio lato tenet in terra ſimiliter Chemitorum ...... terra Ghiſolfini, quas ſupraſcripta petia de terra in eodem loco, qualiter ab omnis partes circundata per deſignatas locas, quod eſt per menſuram ad juſtas perticas menſuratas modiorum triginta in integrum,* D *cum inferioribus & ſuperioribus ſuis, ſeo cum acceſſionibus & ingreſſuras ſuas, tibi eas livellario nomine dare videor. Item & libellario nomine dare videor tibi, qui ſupra Petrus, ideſt duo Caſis & rebus illis maſſariciis, quibus ſunt poſitis in ſupraſcriptis loco & finibus Porto, qui ſunt pertinentes ſupraſcripte Eccleſie Epiſcopatui veſtro Sancte Marie, quna ex ipſe, ubi dicitur Car.... obaria, quas Domico da Romuli Maſſario ad manus ſuas habere & detinere videtur, & ille alia, ubi dicitur Morteta, que recta & laborata eſſe videtur per Urſo Maſſario. Caſis & rebus vero ipſis cum fundamentis, & onnen dificiis vel univerſis fabricis ſuaru, ſeo curtis, ortis, terris, vineis, olivis, ſilvis, virgareis, pratis, paſcuis, cultis rebus vel incultis, omnia & ex omnibus rebus quantas ubique in qualivet locis vel vocabulis as ſupraſcriptis Caſis & rebus maſſariciis exinde ad manus ſuarum habere & detinere videtur in integrum cum inferioribus & ſuperioribus, ſeo cum acceſſionibus & ingreſſuras ſuas, nos tibi eas libellario nomine dare videor. Item & libellario dare videor tibi, qui ſupra Petrus, ideſt omnia & ex omnibus Caſis & Caſſinis, ſeo Caſalinis, adque rebus illis,* que

(1) Qui & *Azzo*, *Actio*, *Actius &c.* in aliis Chartis appellatur. Poſt *VVidonem*, Piſanae Eccleſiae Epiſcopum Ughellius interſerit *Lambertum* Epiſcopum, qui Anno 1013. Piſanos contra Muſatum Saracenum Sardiniae Regem incitavit. Tum ad Annum 1015. alterum *VVidonem* Epiſcopum profert. Infeliciter ſane. Nullus heic *Lamberto* locus, nullus alteri VVidoni. In Archivo Piſani Archiepiſcopii tabulae exſtant, prodentes *VVidonem* Epiſcopum Anno etiam 1012. Piſanae Eccleſiae praefuiſſe. Tum ad Annum 1015. occurrit *Azzo Epiſcopus* in Chartâ ſcriptâ *Regnante Donno noſtro Enrigo gratiâ Dei Imperator Auguſto, Anno Imperii ejus in Italia Secundo, V. Idus Octubris, Ind. Quartadecima:* quae Notae exhibent Annum 1015. Omnia turbavit Ughellius: nam ne ipſum quidem *Azzonem* ille ad haec tempora agnovit Piſanum Antiſtitem, ſed ſomniato *VVidoni Secundo* ſucceſſiſſe ait *Hugonem* Anno 1019. Itaque *VVidoni*, uni hactenus hujus nominis Antiſtiti Piſano, nullo interpoſito, ſucceſſit *Azzo* Epiſcopus, quem adhuc viventem reperi in Charta exaratâ Anno 1031. cum hiſce Notis. *Anno ab Incarnationis ejus Milleſimo trigeſimo primo, Regnante D. N. Chunradus gratia Dei Imperator Auguſto, Imperii ejus in Italia Quarto, Nono Kal. April. Ind. XIV.*

*que ſunt pertinentibus Eccleſie Epiſco-* A
*patui veſtre, cui vocabulu eſt beate San-*
*cte Julie, & Sancti Joan Baptiſte,*
*quod eſt Plebe baptiſmalis, ſito ſupra-*
*ſcripto Porto Piſano prope Livorna* (1),
*quem Plebem que ſan eſſe videtur de*
*ſuo regimine & poteſtate Eccleſie Epi-*
*ſcopatui veſtro Sancte Marie, Caſis &*
*Caſinis vero ipſis tam domnicatis quam*
*& maſſariciis, quantas ubique in qua-* B
*libet locis vel vocabulis ad ſupraſcripte*
*Eccleſie & Plebi veſtre ſunt pertinenti-*
*bus vel aſpicientibus, aut in antea ibi-*
*den pertinentes eſſe debet in integrum,*
*tibi eas libellario nomine dare videor,*
*ſeo & libellario nomine dare videor ti-*
*bi, qui ſupra Petrus, ideſt omnem re-*
*ditum, & debitationem, ſeo decimatio-*
*nem illam, quantas in ſingulis homini-* C
*bus, qui ſunt abitantibus in Villis il-*
*lis, ſeo in predicto Caſtello, ubi dici-*
*tur Livorna, ſive in predictis Villis,*
*qui dicitur Muro..... ato, Vuaralda,*
*Tribio, Alduli, Sala, Regirio Majo-*
*re, Fundo Mangno, Septere, ſeo quan-*
*tas abitantibus ſunt in predicto loco Li-*
*vorna, foris de ipſi Caſtello, & in a-*
*liis Villis ſingulis quibus ad pars ipſi* D
*...... ſupraſcripti, & Plebi noſtre ſan-*
*cte, & Sancti Joanne Baptiſte, con-*
*ſuetudi vel debiti ſunt ad reddendum,*
*aut in antea..... reedere debuit, in*
*integrum tibi eas libellario nomine da-*
*re. Iten & libellario nomine dare vi-*
*deor tibi, qui ſupra Petrus, ſexta por-*
*tionem ex integram de omnia ex omni-*
*bus Caſis & Caſſinis, ſeo rebus illis,* E
*que ſunt pertinentibus Eccleſie & Ple-*
*be noſtre, cui vocabulum eſt beate San-*
*cte Marie, & Sancti Joanni Baptiſte,*
*quod eſt Plebe Baptiſmalis, ſito loco &*
*finibus Scutriano, quem Pleben ipſa eſ-*
*ſe videtur de ſup regimine & poteſta-*
*tem ſupraſcripte Eccleſie Epiſcopatui San-*
*cte Marie, Caſis & Caſſinis, ſeo re-*
*bus vero ipſis tan domnicatis, quan maſ-*
*ſariciis, con fondamentis & edificiis vel*
*univerſis fabricis ſuis, ſeo curtis, or-*
*tis, terris, vineis, olivis, ſilvis, vir-*
*gareis, pratis, paſcuis, cultis rebus vel*
*incultis, omnia & omnibus Caſis &*
*Caſſinis, ſeo rebus vero ipſis tam dom-*
*nicatis, quan & maſſariciis, quantas*
*ubique in qualibet locis vel vocabulis*
*ad ſupraſcripta Eccleſia & Plebi noſtre*
*ſunt pertinentibus vel aſpicientibus, aut*
*ibiden in antea pertinerebunt, ut di-*
*ctum eſt, ſextan portionem exinde in*
*integro tibi eas libellario nomine dare*
*videor, ſeo & libellario nomine dare vi-*
*deor tibi, qui ſupra Petrus, ideſt ſexta*
*portionem ex integram de omnen redito*
*& debitationem, ſeo decimationem il-*
*lam, quantas ſingulis hominibus, qui*
*ſunt abitantibus in predicta Villas, qui*
*dicitur Scutriana, ſeo in aliis Villis,*
*aut Caſtellis abitantes fuerint ſingulis*
*quibuſque anno pars ipſius Eccleſie, aut*
*Plebi noſtre conſuetudi vel debiti ſunt*
*ad redendum, aut in antea ibiden re-*
*dere debunt tan labore, quan & vino,*
*ſimulque beſtiis, aut de qualibet frugi-*
*bus terre, vel de qualecunque movilias,*
*que dicti vel nominati ſunt de jan di-*
*cto redito & debitationem ſeu decima-*
*tionem, quas ſingulis ominibus, qui ſunt*
*abitantibus in predicta Villas ſeo in il-*
*lis Villas, ſeo Caſtellis in antea ibiden*
*abitantes fuerint ſingulis quibuſque tam*
*ad ipſius Eccleſie & Plebi noſtre San-*
*cte Marie, & Sancti Joanni Baptiſte*
*conſuetudi vel debitis ſunt ad reeden-*
*dum,*



(1) Egregius locus ad indicandum ſitum *Piſani Portus*, cujus memoria obliterata videtur. Habes Portum illum *prope Liburni* Caſtellum. Scilicet olim Arnus illuc ſuas exonerabat aquas, ejuſque Fluminis fauces Portum Piſanum efformabant. Ex quo Genuenſes locum attrivere, & Piſanus Populus Arnum coëgit breviore via ad mare deſcendere, Portus ille ceſſavit, cui celebris Liburni Portus ſucceſſit. *Arni veteris* memoria adhuc alicubi ſervatur.

A dum, aut in antea ibiden recdere debuit, ut dictum eſt, ſexta portione exinde integra tibi eas livellario nomine dare videtur tali ordine, ut da admodum in antea tu Petrus vel tuos heredes ſint poteſtate ſupraſcripta petia de terra, que ſuperius legitur, & omnibus ſupraſcriptis & Caſinis, adque predicto reedito & debitatione, ſeo decimationem requirendi & colligendi exinde B mihi vel meos ſubceſſores ſupraſcripte Eccleſie Epiſcopatui noſtro Sancte Marie per ſingulos annos per omnen Menſes Septenber cenſum nobis reddere debeatis ic Piſa ad Curte noſtra donnicata nobis, aut Miſſos noſtro per vos aut per Miſſos veſtro, argentum Denarios boni expendibilis numeros Solidos viginti.... C tibi ec omnia, que ſuperius legitur per ſingulos annos taliter adimpleveritis & conſervaveritis iſtis, que ſupra rebus, quarum......... bellandi, vel ſi per vos pejorata fuerint, ſpondeo ego, qui ſupra Atto Epiſcopus vel meos ſubceſſores conponere tibi Petrus vel tuos eredes, penam argentum optimum Libras centum, quia taliter inter nos convenit, & duo inter nos libelli Gosbertum Notarium Domni Imperatoris ſcribere rogavi.

Actum Piſa.

✠ Ego Vuido Notarius Domni Imperatoris, teſtis.

Signum ✠ manus Rodulfi filio Anſelmi, teſtis.

✠ Ego Obertus Judex Domni Imperatoris ſubſcripſi.

✠ Ego Goſpertus Notarius Domni Imperatoris ſubſcripſi.

## Fundatio Monaſterii S. Juſtiniani in Comitatu Populonienſi, facta ab Hugone Comite, ceteriſque filiis Theoderici Comitis. Anno 1022.

IN nomine ſanctae & individuae Trinitatis. Henrigus Imperator auguſtus, Anno Imperii ejus in Italia Nono, Calendas Novembris, Indictione Sexta. Divinae gratiae munere ſupernis virtutis auxilio hac facibus...... Dominus eternae patriae gaudii faciat coheredes fidelis ammonitionibus, crebriſque preceptis informulat. Unde eſt illud: Venite ad me, qui laborati & honerati eſtis, & ego vos requieſcere faciam...... ab eo percipiendum eſſe facultas dubitare...... formulam, cum dixit: Dimittite, & dimittetur...... quia neſcitis diem neque horam; hanc vocem ſcilicet ita omnes debemus frequentiſſime meditare, quatenus ſemper oculos...... habeatis. Oportet enim ſingulis, qui ſe omnipotenti Dei miſericordiam hujus Mundi divitiis, vel quibuſcumque temporalibus adjumentis nove...... conſolatus ex is, quae acceperint ab eo quamtumlibet illa conferre cum gratiarum hactione a quaſibicumque ab eo conceſſa, quia Regnum Dei tan- D tum valet, quantum habet...... poſſit dominicae inſtruimus documentis, quod mulier duo..... minute devota offerentibus certis ominibus offerentibus adſeruit obtuliſſe. Unde nos Ugo Comes, & Gerardus, ſeu Guido, atque Teudicius, ſive Rodulphus, & Henrigus, germani, filii Theoderici, qui fuit Comes, in Dei nomine pro ani- E marum noſtrarum remedio edificamus Monaſterium in honore beati Sancti Juſtiniani infra Comitatum & territurio Populonienſe, ubi dicitur Falieſia, quae eſt juxta mare, & ſupradicta Eccleſia videtur eſſe ſub regimine & poteſtate Apoſtolorum Principi Urbis Romae ſitis, quia per preceptum nos habere & detinere videmur a ſummo Pontifice ipſius Urbis Romae Apoſtolicae

cae

cae Sedis in corpore libato venerabile loco, quae ſupraſcripti germani offerre & per confirmationem dare Deo volumus pro animarum noſtrarum remedio per hanc offerſionis paginam, ideſt Curtem noſtram de Cumulo cum donicatis, & cum angariis, & cum olivetis, & cum ſilvis, & cum cultis vel incultis, & omnia, quae ad ipſam Curtem videntur eſſe pertinentes ad donicato veſtro. Inſuper damus ideſt novem Caſis & rebus noſtris maſſariciis, quam habemus in locas & fundas, nuncupatas Fiſulanum, quae una eſſe regire videtur per Pincipio maſſario, ſecunda per Leo, tertia per Berizo, quarta per Petro, quinta per Martino, ſexta per Johannes, ſeptima per Petrus, octava per Vuinizo, nona per Carello Presbitero. Caſis & caſſinis atque rebus vero ipſis, cum fundamentis & omnem edificiis vel univerſis fabricis ſuarum. Inſuper damus medietate de Sancta Perpetua, cum terris & cum vineis & cum ſilvis & cum omnia, quae ad ipſa medietate deſuper nominata Eccleſia videtur eſſe pertinentes, vel pertinere debetur. Inſuper concedimus Curte de Sancta Criſtina, qui eſt in loco, qui dicitur Acquaviva, cum omnia, quae ad ipſa Eccleſia videtur eſſe pertinentes. Omnia ſupraſcriptis curtis vel nominatis, ſeu caſis vel caſſinis ſeu caſalinis atque rebus vero ipſis, cum fundamentis & omnem edificiis vel univerſis fabricis ſuarum, ſeu curtis, ortalias, terris, vineis, olivetis, ſilvis, virgareis, pratis, paſcuis, cultis rebus vel incultis, omnia & in omnibus rebus tam donicatis quam & maſſariciis, quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad ſupraſcriptis curtis vel vocabulis vel Eccleſiis atque rebus ſunt pertinentibus vel aſpicientibus, exinde ad laborandum, ad manus ſuas abere & detinere videtur in integrum una cum inferioribus & ſuperioribus ſua-

A rum, ſeu cum acceſſionibus & ingreſſoras earum..... ipſius Eccleſiae Monaſterio Sancti Juſtiniani offerre providemus tali ordine, ut ab odie in antea uſque dum nos vel noſtris eredibus hac proeredibus noſtrorum noſtrarumque generationum predicta Eccleſia, quae nunc in Monaſterium edificamus Sancti Juſtiniani, a ſupradicto Pontifice beati B Petri Eccleſiae Urbis Romae Apoſtolicae Sedis abere ſcilicet per praeceptum, ut dictum eſt, & detinere videmus, vel viſi fuerimus ipſis ſupradictis curtis & rebus maſſariciis...... pertinentiis, quae ſuperius legitur, in ipſius Eccleſiae ſupradictae, ejuſque Rectoribus permaneat poteſtate eas abendi ſcilicet, tenendi, poſſidendi, imperandi, laborare C faciendi, uſumfructuandi.

Inſuper autem memoramus, quod anc offerſionis paginam, ut ſi ullus....... Pontifices forſitan ſupradictis Pontificatus a nobis vel a noſtris eredibus ſcilicet ac proberedibus noſtris, qui ſupra aliquibus generationibus noſtris ſupradicta Eccleſia, quae nunc Monaſterium eſt, abſtulerit, res, quae ſupradicta Ec- D cleſia per hanc offerſionis pagina concedimus & tribuimus, in noſtra deveniat poteſtate. Quin etiam confirmantes ordinamus & conſtituimus, ut quandoque tempora Abbatem conſtitutus, atque regulariter ordinatum in praedicto Monaſterio, ab hoc ſaeculo migraverit, ne alterum in Abbatem nullum conſtituerit, niſi de ipſo Monaſterio congregationem Fra- E trum, & cum omnium electione, ſupradictorum ſcilicet Monachorum. Quod ſi invidie vel diſcordie inter eis orta fuerit, ordinamus atque precipimus, ut uno conſilio ſupradictae congregationis nos, qui ſupra germani, vel noſtris eredibus ac proeredibus noſtris ſive noſtrorumque generationibus, cui noſtrorum deceſſerit ibidem Abba..... congregare non voluerit cum conſilio ſupraſcriptorum Fratrum,

*trum, tunc volumus ac precipimus, ut Epiſcopus Vulterrenſis ibidem congreget Abbas cum conſilio & electione ſupraſcriptorum Fratrum, quale eis ſecundùm Deum & Regulam beati Benedicti comparuit. Et ſi ipſe Epiſcopus Vulterrenſis oc facere non voluerit..... Populonienſis praedictum Abbatem ibidem elegere & ordinare debeant, ſicut ipſe Vulterrenſis facere debuit. Ita vobis...... confirmamus etiam per anc offerſionis pagina, atque conſtituimus, ut praedicto Monaſterio nobis noſtriſque eredibus ac proëredibus noſtris, neque nullius perſonae in perpetuum nullo more pertineat, niſi gubernandi & regendi cauſa..... amore, ut nullus Monacus ſeu Abbas aliqua violentia pro ulla occaſione patiatur. Et ſi inter illos..... Monacos intentione vel diſcordia fuerit, ipſum praedictum Epiſcopo Vulterrenſis, & Populonienſis...., amore ad concordia revocet. Quod ſi oc adimplere nequierit, nos, vel noſtris filiis, ac nepotibus, noſtrorumque generatione, cui noſtrorum decepſerit, ſit adjutor illis ad concordia revocare ſecundùm Regulam Sancti Benedicti, auxilio & correctione retribuere ſecundùm Deum. Et inſuper concedimus & confirmamus, quod omnia, quae ſuperius conſtitutum abemus, ſine ullo munere accepto pro Dei amore facto, & adimpletum fiat pro animabus noſtrorumque, & remedium ſtabilem permaneant ſemper. Et ſi aliquando tempore nos, qui ſupra germani, noſtris eredibus tibi praefata Eccleſia..... beati & Sancti Juſtiniani, & ad ejuſque Rectoribus, & omnia, quae ſuperius legitur, aliquando tempore in aliquit exinde intentionaverimus, aut retollere vel minuare exinde praeſumſerimus per noſmetipſos aut per filios noſtros, ac filiabus noſtris..... quacunque noſtra ſumittente perſona, cui nos dediſſemus aut dederimus, pro quolibet ingenio, & eas*

A *ad pars ipſius Eccleſiae Monaſterio Sancti Juſtiniani, & ad ejuſque Rectoribus ab omnes omines defenſare potuerimus, & non defenſaverimus..... ſupra germani, una cum noſtris eredibus componere ad pars ipſius Eccleſiae Monaſterio Sancti Juſtiniani, & ad ejuſque Rectoribus, omnibus ſupraſcriptis rebus, quae ſuperius legitur, in du-*
B *plum in ferquidem loco ſub extimatione, quales tunc fuerit..... aurum optimum Libras centum. Et ſi quislibet homo maſculus vel femina de nos, qui ſupra germani, aut de noſtris generationis, ec omnia, quae ſuperius legitur, & nos conſtitutum abemus, retollere, minuare, & omnia, quae ſuperius legitur, adimplere non voluerimus, & ſic nos con-*
C *ſtitutum abemus ſuperius, non adimpleverimus, deleat omnipotens Deus nomen ejus de libro viventium, & cum juſtis non ſcribantur, fiat par..... Datban & Abiron, quod aperuit terra os ſuum & deglutivit eos; fiat ſocius cum Anania & Saphira, qui fraudaverunt pecuniam Domini ſui; ſit depenſus cum Simon Magus, qui gratiam Sancti Spi-*
D *ritus vendere voluit; ſit particeps cum Juda Scariothi, qui...... cupiditatem vendidit Dominum & magiſtrum ſuum, & cum Diabulo, qui in infernum ligatus eſt; & ſit demerſus de altitudinem coeli in profundum inferni; exinde abeat rationem in die Judicii & maledictionem Dei, & de trecentum decem & octo Patres ſancti; ſit ſeparatus a*
E *conſortio omnium juſtorum; & in die Judicii non reſurgat. Et ec cartula offerſionis omni tempore in iſto ordine in ſua permaneat firmitate & robore ſuperſcripta pena & obligationem, quia ſic complacuit animo noſtro, & in tali ordine anc cartula offerſionis Flagipertus Notarius Domni Imperatoris ſcribere rogavimus.*

*Actum*

A *Actum in loco inter Caſtello, qui dicitur Vetrungnano.*

*Signum* ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ *manus ſupraſcriptorum Ughi, & Gherardi, & Teudici, & Guidi, & Rodulfi, ſeu Henrici.*

✠ *Gotteſredus Judex Domni Imperatoris ſubſcripſi.*

✠ *Signum manus Gezi filio Teuzi, rogatus teſtis.* B

✠ *Signum manus Rolandi filio Opi, rogatus teſtis.*

✠ *Signum manus Bombelli filio Tegrimi, rogatus teſtis.*

✠ *Signum manus Carboni filio Ughi, rogatus teſtis.*

*Flagipertus Notarius Domni Imperatoris poſt traditam complevi & dedi.*

## Oblatio rerum ſuarum a Cunitio Presbytero facta Monaſterio Sancti Quirici & Sanctae Mariae a Moxi. Anno 1043.

*IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni; Anno ab Incarnationis* C *ejus Mille Quadrageſimo Tertio, Regnante Domno Enrigo Tertio, Anno Imperii in Italia Sexto, Sexto Chalendas Madii, Indictione Decima. Maniſeſtu ſum ego Cunitio Presbitero, filio bonae memoriae Ermingard, quia per anc cartula pro animae meae remedium de genitore meo & genitrice mea, offero Deo, & tibi* Monaſterio (1) Domini & beati D Sancti Quirici & Sanctae Mariae, qui dicitur a Moxi, *ideſt omnia ex omnibus terris, vineis, cultis & agreſtis, quantas ego abeo in loco & finibus Valdiperga, ſive longo Fiumo Fine, vel a Montione, ſive per aliis locis vel vocabulis, ubicumque abere & poſſidere viſo ſum, & mihi per quacunque ordine mihi libere eſt* E *pertinentes, aut pertinere debent, tamtam ex juro ad parentum meorum, quam e de acquiſito meo, quae mo abeo, vel quod in antea querere debeo, omnia ex omnibus, quae ſuperius legitur, terris, vineis, cultis, pratis, paſcuis, cultis rebus vel incultis, ſeo cum acceſſionibus & ingreſſoras ſuarum, & tibi Deo, Eccleſia, & Monaſterio beati Sancti Quirici & Sanctae Mariae offero pro tali ordine, ut ab hodierna die in ipſius Eccleſiae & Monaſterio Domini & beati Sancti Quirici & Sanctae Mariae, & de ſuiſque Rectoribus tam vita mea, quam & poſt opito meo, ſit, permanead poteſtate de ſupraſcripta omnia, & ex omnibus, quae ſuperius legitur, quas meis ipſi in Eccleſia & Monaſterio Domini & beati Sancti Quirici offero per animae meae remedium, & genitore meo, & genitrice mea, omnia ex omnibus, quae ſuperius legitur. Et eas praefata Eccleſia & Monaſterio Domini & Sancti Quirici & Sanctae Mariae, omnia & ex omnibus, quae ſuperius legitur, eas abendi, tenendi, imperandi, gubernandi, & nobis eas privato nomine uſufructuandi, &, ſi oportum fuerit, cauſas agendi, querimonia faciendi, reſponſum reddendi, finem ponendi, & modis omnibus vobis eas defenſandi cum cartula offerſionis iſta a pars ipſius Eccleſia & Monaſterio Domini, & Sancti Quirici, & Sanctae Mariae, & ſuiſque Rectoribus defenſandi cum cartula iſta, vel qualiter juſta & melius potueritis, & qualiter a pars ipſius Eccleſia & Monaſterio Sancti Quirici & Sanctae Mariae data vel tradita fuerit tam in vita*

*ta*

(1) Ut Monaſterii hujus memoria ab oblivione vendicetur. Chartam hanc proferre placuit.

ta mea, quàm & poſt obito meo, ad onore & ſalvitate ipſius Eccleſia & Monaſterio Domini & Sancti Quirici pro animae meae ſtabile permanead ſemper. Et ſi aliquando tempore ego, qui ſupra Cunitio Presbitero, vobis aliquando tempore in alico exinde intentionaverimus, aut retolimi vel ſubtrahi queſiterimus, nos, vel ille omo, cui nos eas, & omnia ex omnibus quae ſuperius legitur, dediſſemus aut dederimus, vel ſi per nos minuata fuerimus pro colibet ingenio, a pars ipſius Eccleſiae & Monaſterio Domini & Sancti Quirici, & ſuiſque Rectoribus defendere non potuerimus, & non defenſaverimus, ſpondeo ego, qui ſupra Cunitio, una cum meis heredibus, componere tibi Eccleſiae & Monaſterio Sancti Quirici ejuſque Rectoribus de omnia ex omnibus, quae ſuperius legitur, in ipſius Eccleſia & Monaſterio Domini & Sancti Quirici offero in duplum in ſerquidem loco ſup eſtimatione & pena arientum optimum Libras decem. De iſti rebus, quae ſuperius legitur, omnia ex omnibus tollere vel ſuptraëre aut minuare voluerit, ſit natimeato & maledicto, & ſic deglutineat eos terra, ſicut deglutivit Datam & Abiron, & abeat parte cum Juda traditore, qui tradidit Dominum & Maiſtro ſuum. Quales anc fuerit cum cartula offerſionis me, in tempore permanead firmitate & robore, quia complacui animo meo, & propter onore Sacerdotis meis, nec mihi licea ullo tempore nolle ad me ſemel, quod factum eſt, ſup ſupjurandum invialabiliter cum ſtipulatione ſubmiſſa, quia tali ordine anc cartula offerſionis me Rodulfus Notario Domni Imperatoris ſcribere rogavi.

Actum loco & finibus Vada, prope Eccleſia & Plebe Sancti Johannis.

✠ Ego Cunitio Presbitero in anc cartula offerſionis a me facta, manu mea ſubſcripſi.

Signum ✠ manus Bolgareli, filio bonae memoriae Cunitii, teſtis.

Signum ✠ manus Bolgarello filio Singnoriti da Caldora, teſtis.

Signum ✠ manus ....... filio bonae memoriae Rodulfi, teſtis.

Ego Rodulfus Notarius Domni Imperatoris poſt tradita complevi & dedi.

## Placitum a Bonifacio Marchione & Duce Tuſciae habitum, in quo Obizoni Epiſcopo Piſano decernitur poſſeſſio quarundam terrarum. Anno 1043.

Dum in Dei nomine ad Via publica ad locus, qui dicitur Carpineto, in judicio reſidebat Domnus Bonefacio Marchio & Dus a cauſas audiendas ac deliberandas; adeſſet ...... ſacri Palacii Berno Comes, Arduino, Vuido ....... Opizo & Alberto germanis, Lamberto quondam Rolandi, Enrico, & Pagano quondam Petri, Girardo, & Sibectio germani ....... veniens preſentia Opizo (1) Epiſcopus ſanctae Piſanae Eccleſiae una cum Ildebrando Avocato ſuo, & cepto dicere: Jam plures vices reclamavit ad vos, Domnus Bonifacio Marchio ..... de Bonezo ....... & de Petro germanis & ſuis

(1) Epiſcopum hunc Eccleſiae Piſanae datum Anno Ch. 1044. ſcribit Ughellius, & ſediſſe uſque ad Annum 1063. In Archivo Archiepiſcopii Piſani Charta habetur, ſcripta *Anno ab Incarnationis ejus Mille Quadrageſimo quarto, XII. Kal. Julii, Ind. Undecima*, ubi idem Epiſcopus *Oppitio* occurrit. Piſanus ille Annus noſtrum 1043. deſignat.

A & ſuis conſortibus, & de Johannes de Grafignana, & ſuis conſortibus, & de filii quondam Perti, cum ſuis conſortibus...... Aſprandi, cum ſuis conſortibus, filii Urſi, Buca, & filiis Chunici Buca, cum ſuis conſortibus, & de Pagano filius Rolandi, & de Bonacio, cum ſuis conſortibus, & de Dom...... cum ſuis conſorti-
B bus, & de Lambertu Presbiter, cum ſuis conſortibus, & de Orentu, cum ſuis conſortibus, filius Martini, cum ſuis conſortibus. Qui mihi a pars praedicti Epiſcopj in malo ordine contra........ & tempus arabilis in loco, ubi dicitur Colle, & in Vale, & in Rivo Malore, unde vos plures Miſſos ex veſtra parte diriſſi-
C ſtis, ut ad veſtrum Placitum veniſſe, dicto Epiſcopo de predictis rebus juſtitiam eſſe. Set nequaquam eos ad veſtrum Placitum abere potuiſtis. Unde quero ut vox propter Deum, & animae Domni Imperatoris, ac terrae mercedis, & par ipſius....... pecies de terra, e ſalva querela inviſtiatis, quouſque predictis homini-
D bus ad veſtrum Placitum veniant, & a pars predicto Epiſcopio de jam dictis peciis de terra a juſtitia faciad.

*Cum ipſe Opizo Epiſcopus........ recordatus eſt Domus Bonifacio Marchio & Dux, quod ſic eſſet veritas, quod predicto Epiſcopus una cum jam dicto Avocato ſuo aſſeruerit; & tunc per faſte, quam ſuis tenebat manu..... Epiſcopii de ſupraſcriptis peciis de terra, ſalva querela, inviſtivi quouſque ſupraſcriptis ominibus a ſuum Placitum veniad, & a pars ipſius Epiſcopio de predictis pecies de terra juſtitia faciad. Inſuper....... auri duo milia, ut nulla quaslibet magna, parvaque perſona pars predicti Epiſcopii de jam dictis pecies de terra ſine legali judicio deſviſtire audead. Quicunque oc facere preſumpſerit......... agnoſcat medietatem Camare Domni Imperatoris, & medietatem Domno Opizo Epiſcopi, ſuique ſucceſſores. Et hanc noticia, qualiter acta eſt, fieri admonuerunt Eriberto Notario ſacri Palacii ex juſſio Domni Bonifacii Marchio & Dux. De Judicum amonitione ſcripſi. Factum eſt oc Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti Milleſimo Quadrageſimo Tertio, Quintode..... Indictione Undecima.*

*Ego Bonefacius Marchio & Dux.*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

## Venditio bonorum facta ab Hugone Comite, filio Theudici Comitis; Anno 1050.

E *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Dei eterni, Anno ab Incarnationis ejuſdem Mille Quinquageſimo Primo, Septimo Calendas Julii, Indictione Octava. Manifeſtus ſum ego* Ugonem Comes, filius quondam Teudici, qui fuit ſimiliter Comes, *quia tu Ildebrando Vicecomes, filius quondam Sicherii, dediſti mihi meritum anulum unum de aurum. Propterea per hanc repromiſſionis paginam repromitto tibi, ut da admodum ſi unquam ullo tempore apparuerit, ullam ſcriptionem, aut ullo meo dato vel factum, ſive datum vel factum ſupraſcripti genitori meo, aut Ermingarde genitrici mea, de tertia portione de omnibus caſis & Caſtellis, terris, & vineis, cultis & incultis integram, quae ad Erminegarda filia tua, qui ſupra Ildebrando, per donationis cartula, ſcripta ex manibus Bonfilii Notarii Domni Regis obvenit, vel obvenire debet a*

*me*

*me ipſo, qui ſupra Ugonem Comitem, jam dictam tertiam portionem integram de praedictis omnibus caſis & Caſtellis, curtis, terris, & vineis, cultis & incultis, & qualiter praedictae Mingardae filia tua, qui ſupra Ildebrando per memorata donationis cartam obvenit, vel obvenire debet, & in carta ipſa continere dinoſcitur. Unde repromitto ego qui ſupra Ugonem Comitem una cum meis heredes tibi, qui ſupra Ildebrando, vel ad tuo heredes, aut cui ſupraſcripta filia tua dederit, vel habere decreverit, ut dictum; Si unquam ullo tempore apparuerit ulla ſcriptionem aut ullo meo dato vel facto, ſive dato vel facto ſupraſcripti genitori aut genitricis meae, de omnibus, qui ſuperius leguntur, quae contra iſtam filia....... decreverit, agerint, aut cauſ....... moleſtaverint, ſive per placitum fatigaverint..... mei eredes ad predicta Ermingarda & ſui heredes....... dederit vel habere decreverit, egerimus aut cauſaverimus vel intentionaverimus, ſive..... rimus atque moleſtaverimus, ſive per placitum fatigaverimus per noſmetipſos vel per ullam...... mittentem perſonam, cui nos eam dediſſemus aut dederimus, per quolibet ingenio, aut ſi ego, qui ſupra Ugonem Comitem, vel mei heredes ad predicta Ermingarda & ſui heredes, aut cui ipſa dederit vel habere decreverit, aut homini, qui hunc promiſſio per manu habuerit, & cum nobis hoſtenderit, penam argentum optimum Libras duocentum. Quia haec hordine ſcribere rogavi Ubertum Notarium Donni Regis.*

*Hactum foras Civitatem Piſam, in Burgo prope Eccleſiam Sancti Felicis.*

*✠ Signum manus ſupraſcripti Hugoni Comiti, qui hunc promiſſio rogavi fieri.*

*Signum ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ manus Guidonis, & Gualandi filius quondam Saracini, & Druc....... orando, filio Tebaldo, & Sicherii Vicecomitis, & Petri........ & Lamberti, quondam Hermingardae, teſtium.*

*Ego U..ertum Notarium Donni Regis poſt traditam complevi & dedi.*

## Donatio quartae partis ſuorum bonorum facta a Petro filio Vovi Inmillae Conjugi ſuae titulo Morgincap. Anno 1056.

*IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Dei eterni. Anno ab Incarnationis ejus Mille Quinquageſimo Septimo, Septimo Idus Octubris, Indictione Decima. Manifeſtu ſum ego Petrus, filio bonae memoriae Vovi, quia per hunc ſcriptum ſecundùm Legem in morincap, (1) dare videor tibi Inmilla, dilecta & amabilis Conius mea, & filia Andreae, ideſt quartam portionem ex integram de omnia ex omnibus caſis & rebus meis, ideo tam de caſis & rebus domnicatis, quàm & de caſis & rebus maſſariciis cum fundamentis, & omnem edificiis, vel univerſis fabricis ſuis, ſeo de curtis, ortis, terris, vineis, olivis, ſilvis, virgareis, pratis, paſcuis, cultis rebus vel incultis, ſive de movile vel immovile, ſeoque ſemoventibus, tam ſervos, quàm & ancillas, ſin eas, ſive de notriminibus meis majoris vel minoris de quacunque res, ubicunque in qualibet locis vel vocabulis, ubicunque abere & poſſidere viſu ſum, & mibi per quacunque ordine, legibus eſt pertinentes aut pertinere debentur tam ex jure parentum meorum, quàm & de acquiſito meo, quas modo habeo, vel*

quod

(1) Ideſt *Morgincap*. De quo ritu conſulendae Leges Langobardicae. De hoc ritu egi & ego in hoc Opere.

*quod in antea Deo adjubantes legibus acquiſiero, ut dictum eſt, quarta portione abeas tu Inmilla dilecta & amabilis Conius mea in morincap, ſequentes edicti paginam amte parentes & amicos, ut in te firmiter permanead, & in futuro per anc cauſa perjurio non perjurat, & pro confirmatione Teupertus Notarius Domni Imperatoris ſcribere rogavi.*

*Actum loco & finibus a Fine prope Eccleſiam Sanctae Mariae.*

*Signum ✠ manus ſupraſcripti Petri, qui unc ſcriptum fieri rogavit.*

*Signum ✠ ✠ manus Mori, & Teuti, germani, filii bonae memoriae Johanni, teſtis.*

*Signum ✠ manus Petri, filio Johanni, teſtis.*

*Ego Teupertus, Notarius Domni Imperatoris poſt traditam complevi & dedi.*

## Donatio bonorum facta ab Uberto filio Lei Eccleſiae majori Piſanae, ſeu ejus Epiſcopo Opizoni. Anno 1058.

*IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Dei eterni. Anno ab Incarnationis ejus Mille Quinquageſimo Nono, Tertio Nonas Januarii, Indictione Duodecima. Sancto autem venerabilis Eccleſiae & Epiſcopatui Sanctae Mariae Piſenſe, ubi nunc* Donnus Oppitio Epiſcopus *reverentiſſimus preeſſe videtur, ego quidem Uberto, filio bonae memoriae Lei, per anc cartula offerſionis, pro animae meae remedium, & pro remedio animarum omnium, qui ujus ceptae rei adjutores extiterint, offero tibi Deo, & a praedicta Eccleſia Epiſcopatui Sanctae Mariae, ideſt meam portionem ex integram de Caſtello & Pojo illo, qui dicitur Avvilia, ſeo Curte..... integram de Eccleſia illa..... dicto Caſtello edificata, cui vocabulum eſt beatae Sanctae Mariae & Sancti Michaëli, & Sancti Martini, & cum meam portionem de omnibus rebus movilibus & immovilibus, quae a ſupraſcripta Curte ſunt pertinentibus, & eſt ipſo Caſtello & Pojo ſeo Curte poſita infra Comitatu noſtro Piſano. Rebus vero ipſis ideo tam de caſis & rebus domnicatis, quàm & de maſſariciis, cum fundamentis & omnem edificiis, vel univerſis fabricis ſuis, ſeo de curtis, ortalias, terris, vineis, olivetis, caſtanietis, quercetis, ſilvis, virgareis, pratis, paſcuis, cultis rebus vel incultis, ſeo piſcariis de omnia & ex omnibus rebus quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis, quae a ſupraſcripto Caſtello, e Pojo, ſeo Curte ſunt pertinentibus, compeit exinde mihi de duos portiones quartam portionem, quas mihi per duo cartulae ſcriptae ſunt manibus Ugoni & Vuidoni Notarii Domni Imperatoris, ex comparationem opvenit ab* Ugo *& ad* Henricus germani filii bonae memoriae Ughicioni, qui fuit Marchio. *Jam dictam meam portionem de predicti rebus in jam dicto loco, & qualiter mihi a ſupraſcripti germani per memoratae cartulae ex comparatione opvenit, & in cartule ipſe continere dinoſcitur, ipſa verò meam portionem exinde integram cum inferioribus & ſuperioribus earum, ſeo cum acceſſionibus & ingreſſoras ſuarum, & cum ſupraſcriptae cartulae & moniminas, ſeo exemplar exinde pertinentes, quas vos exinde abere & oſtendere potveritis, tibi omnipotenti Deo, & Eccleſiae, & Epiſcopatui Sanctae Mariae offero, dono, cedo, trado, ut ſint iure proprietario nomine a praedicta Eccleſia & Epiſcopatui abendi, te-*

*nendi, ajendi, cauſandi a pars praedictae Eccleſiae omni tempore illo Epiſcopus, qui ibidem pro tempore fuerit, vel Avocato praedictae Eccleſiae. Et ſi quiſcunque de heredibus meis, aut aliqua perſona pro noſtro ingenio contra anc cartula offerſionis venire tentaverit, aut eam infrangere vel diſrumpere queſierit, per nos met ipſos, vel per ulla noſtraque ſumittente perſona, cui nos eas dediſſemus aut dederimus pro quolibet ingenio, ſpondeo ego, qui ſupra Uberto, una cum meis eredibus, componere a pars praedictae Eccleſiae & Epiſcopatui Sanctae Mariae, penam aureum optimum Libras centum, & praedicta res in duplum in ſerquidem loco ſub eſtimationem, qualis tunc fuerit; quia in tali hordinem anc cartula offerſienis Cunradus Notarius Domni Imperatoris ſcribere rogavit.*

*Actum ſera juſta muro iſtiu Civitatis prope fluvio Arno.*

*Signum ✠ manus ſupraſcripti Uberti, qui ac cartula offerſienis fieri rogavi.*

*Ego Bonitio Judex ſacri Palatii ſubſcripſi.*

*Signum ✠ manus Raimundi filio bonae memoriae Beriti, teſtis.*

*Signum ✠ manus Martini, filio Johanni, teſtis.*

*Signum ✠ manu Bonfilii filio bonae memoriae Bonitii, teſtis.*

*Ego Cunradus Notarius Domni Imperatoris poſt tradita complevi & dedi.*

## Oblatio Caſtelli & Podii Nuvolae, facta a Bonone & aliis Eccleſiae Majori Piſanae, ſive ejus Epiſcopo Obizoni. Anno 1059.

*IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Dei eterni. Anno ab Incarnationis ejus Mille Quinquageſimo Nono, Quinto Calendas Februarii, Inditione Duodecima. Sancto autem venerabilis Eccleſiae & Epiſcopatui Sanctae Mariae Piſenſe, ubi nunc* Donnus Oppitio Epiſcopus *reverentiſſimus preeſſe videtur, nos quidem Bonone, filio bonae memoriae Johanni, & Pandulfus, qui Contulino vocatur, filio bonae memoriae Pandulfi, qui fuit Notarius, & Guntelda jugalis, filia bonae memoriae Sighiti, quia conſentientes mibi ſupraſcripto vir meus, ubi es ſecumdum Legem intereſſe videtur noſtra Lamberti Judex ſacri Palatii, a quibus ſecundum Legem interrogata & congnita ſum, eo quod nulla me paſſa ſum violentia, ſet pura & integra mea bona voluntas ſequemter etdicti paginam, comuniter conſentientes mibi ſupraſcripto vir meus, per anc cartula offerſionis, per animae noſtrae remedium, & per remedium animarum omnium, qui ujus ceptae rei & adjutores eſtiterunt, offerimus tibi Deo, & a praedicta Eccleſia & Epiſcopatui Sanctae Mariae, ideſt noſtram portionem ex integram de Caſtello & Pojo illo, qui dicitur Nuvola, ſeo Curte de praedicto Caſtello, & noſtram portionem de Eccleſiae illae, qui ſunt infra ipſo Caſtello edificatae, cui vocabulum eſt beatae Sanctae Mariae, & Sancti Michaëlis, & Sancti Martini, & cum noſtram portionem de omnibus rebus movilibus & inmovilibus, quae a ſupraſcripta Curte ſunt pertinentibus. Et eſt ipſo Caſtello & Pojo ſeo Curte poſita infra Comitato noſtro Piſano, rebus verò ipſis ideo tam de caſis & rebus donicatis, quàm & de maſſariciis cum ſundamentis & omnem edificiis vel univerſis fabricis ſuis, ſeo de curtis, ortalias, terris, vineis, olivetis, caſtanietis, quercetis, ſilvis, virgareis, pratis, pa-*

A *paſcuis, cultis & rebus vel incultis, ſeo piſcareis, de omnia & ex omnibus rebus, quamtas ubique in qualibe locis vel vocabulis, quae a ſupraſcripto Caſtello & Pojo, ſeo Curte ſunt pertinentibus, compoti exinde nobis de duos portionis medietatem, quas nobis per duo cartulae ſcriptae ſunt manibus Ugoni & Vuidoni Notarii Domni Imperatoris, ex comparationem opvenit ad* Ugo, *&* ad Henricus germani filii bonae memoriae Ughicioni, qui fuit Marchio, *jam dicta noſtram portionem de predicti rebus in jam dicto loco, & qualiter nobis a ſupraſcripti germani per memorate cartule ex comparationem opvenit, & in cartulae ipſae continue dinoſcitur. Ipſa vere noſtram portionem exinde integram cum inferioribus & ſuperioribus ſuarum, ſeo cum acceſſionibus & ingreſſoras ſuarum, & cum ſupraſcriptae cartulae & moniminas, ſeo exemplar exinde pertinentes, quas vos exinde abere & oſtendere potueritis, tibi omnipotenti Deo & Eccleſiae, & Epiſcopatui Sanctae Mariae comuniter offerimus, donamus, cedimus, tradimus, ut ſint jure proprietario nomine a predicta Eccleſia & Epiſcopatui abendi, tenendi, agendi, cauſandi, a pars predictae Eccleſiae omni tempore illo Epiſcopus, qui ibidem pro tempore fuerit, vel Avocato predictae Eccleſiae. Et ſi quiſcunque de eredibus noſtris, aut aliqua perſona per noſtro ingenio contra anc cartula offerſionis venire tentaverit, aut eam infrangere vel diſrumpere, qui ſi erit per noſmetipſos, vel per ulla noſtraque ſumittente perſona, cui nos eas dediſſemus aut dederimus per quolibet ingenio, ſpondimus nos qui ſupra Bonone, & Pandolfus, & Guntelda jugalibus comuniter una cum noſtris eredibus componere a pars prefatae Eccleſiae & Epiſcopatui Sanctae Mariae, penam aureum optimum Libras centum, & predicta res in duplum in ferquidem loco ſub eſtimatione, quales tunc fuerit; quia in tali ordinem anc cartula Cumradus Notarius Domni Imperatoris ſcribere rogavimus.*

*Actum Piſa.*

*Signum ✠ manus ſupraſcripti Bononi, qui anc cartula offerſionis fieri rogavi.*

*Ego Pandolfus vero ipſe & Guntelda comuniter conſentientes, in ac cartula offerſionis ad nos facta ſubſcripſi.*

*Signum ✠ manus ſupraſcriptae Gumteldae, quae ac cartula offerſionis fieri rogavi.*

*Ego Lambertus Judex ſacri Palatii interfui.*

*Ego Enricus Notarius ſacri Lateranenſis Palatii rogatus teſtis.*

*Signum ✠ manus Ruſtichi, filio bonae memoriae Bonitii, teſtis.*

*Signum ✠ manus Burelli, filio bonae memoriae Fedrighi, teſtis.*

*Ego Cumradus Notarius Domni Imperatoris poſt traditam complevi & dedi.*

## Charta venditionis factae a Rainerio, filio quondam Ughiccionis Marchionis. Anno 1059.

E IN *nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab Incarnationis ejus Mille Sexageſimo, Decimo Kalendas Auguſti, Indictione Duodecima. Maniſeſtu ſum ego* Raineri, filio bonae memoriae Ughicioni, qui fuit Marchio, *quia per anc cartula vindo & trado vobis Vuido filio item Vuidi, & Lanfredi filio bonae memoriae Angeldi, ideſt meam portionem ex integram*

*gram de Monte & Pojo, ſeo Caſtello illo, quae eſſe videtur, & eſt poſitas in loco, quae nominatur Muvila, ubi Ecclesia Sanctae Mariae, & Sancti Michaëlis Arcangelis, ſeo * Saacti Martini eſt conſtructa & edificata; ſeo vindo & trado vobis ideſt meam portionem ex integram de Curte & res illae maſſaricies, quae ſunt poſites infra pertinentia de predicta Nuvila, vel in ejus finibus. Rebus vero ipſis, ſeo de curtis, ortalias, terris, vineis, olivetis, caſtanietis, quercetis, ſilvis, virgareis, pratis, paſcuis, ſeo piſcareis, & fluminibus, & Eccleſiis, & cultis vel incultis, ſive de movile vel immobile, ſeo quae ſemoventibus tam de ſervos quam & de ancillas meas, ſive de notriminibus meis majoris vel minoris, competi exinde mihi de predicto Pojo & Caſtello, ſeo de jan dicta Curte & res, ſicut ſuperius legitur, tertiam portionem ex integram. Ipſa vero meam portionem exinde integra cum inferioribus & ſuperioribus ſuis, ſeo cum acceſſionibus & ingreſſoras ſuarum, vobis eas vindo & trado. Pro quibus ad vos recepis merito uncie tres de auro per Libras trecentum viginti in prefinito. Unde repromitto ego, qui ſupra Raineri, una cum meis eredibus vobis, qui ſupra Vuido, ſeo Lanfredi, vel ad veſtris heredibus, aut eidem omni, cui vos ſupraſcripta mea venditio dederitis, vel abere decreveritis, ut ſi nos eas vobis aliquando tempore in alicho exinde intentionaverimus, aut retolli vel*

A *ſuptragi queſierimus, nos, vel ille omo, cui nos eas dediſſemus aut dederimus per collibet ingenio, & ſi nos exinde autores dare volueritis, & eas vobis ab onnis omines defendere non potuerimus, & non defenſaverimus, ſpondimus nos vobis conponere ſupraſcripta mea vendictio in duplum in ſerquidem loco ſub eſtimationem, quales tunc fuerit.*
B *Sic tamen ſi nos exinde auctores nec defenſores querere nec dare nolueritis, licentiam abeatis abſque noſtra perſona, ſi veſtra fuerit voluntas, exinde cauſas agendi, reſponſum redendi, finen ponendi, modis onnibus vobis eas defenſandi cum cartula iſta, vel qualiter juſta legem melius potueritis; quia in tali ordine anc cartula Lanfrancus Nota-*
C *rius Apoſtolicae Sedis ſcribere rogavi.*

*Actum loco & finibus Nuvila, prope ſupraſcripto Caſtello.*

*Signus ✠ manus ſupraſcripti Raineri, qui anc cartula fieri rogavi.*

*Ego Ildebrandus Judex Domni Imperatoris ſubſcripſi.*

*Signus ✠ manus Raſignani, filio bonae memoriae Landolfi, teſtes.*

D *Signus ✠ manus Ughi, filio bonae memoriae Opiti, teſtes.*

*Signus ✠. ✠ manus Carboni & Vuinicidi, germani, filio bonae memoriae Surichelli, teſtes.*

*Signus ✠ manus Pagani filio Vuidi, teſtes.*

*Ego Lanfrancus Notarius Apoſtolicae Sedis poſt tradita complevi & dedi.*

## Donatio facta Monaſterio S. Michaëlis in Martuli, ejuſque Abbati Johanni ab Alberto Marchione, filio quondam Obizonis Marchionis. Anno 1061.

I*N nomine Domini Dei eterni. Anni ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti Milleſimo Sexageſimo Primo,*

E *Tertio die intrante Menſe Februarii, Indictione Quartadecima.* Monaſterio Sancti Michaëlis Archangeli, *ſito loco,*

*co, qui dicitur Martuli, ubi nunc* Domnus Johannes Abbas *preeſſe videtur, ego quidem* Albertus (1) Marchio, filio quondam Opithonis Marchionis, *qui fuit genitor meus, de loco & Regno Langobardiae, quia profeſſus ſum ex natione mea Lege vivere Langobardorum, offertor & donator ipſius Monaſterii, preſens preſentibus dixi: Quiſquis in ſanctis ac venerabilibus locis ex ſuis aliquit contulerit rebus, juxta Auctoris vocem in hoc Saeculo centuplum accipiet, & inſuper, quam melius eſt, vitam poſſidebit eternam. Ideoque ego, qui ſuper Albertus Marchio dono & offero ad predictum Monaſterium, ad jura proprietatis habendum, meam portionem de Curtibus, Caſtris, & Capellis, in quorumcunque honore Sanctorum conſecratae ſiat, & in omnibus rebus territoriis tam donicatis, quàm & de maſſariciis juris mei, & quae fuerunt juris quondam ejuſdem Genitoris mei. Et ſunt poſitis in locis & fundis, quae nuncupantur Petricle, Banciola, Capannule, Furcule, Ceſiano, Vico; & de rebus meis, quae ſunt poſitis juxta fluvium, quae vocatur Hera, tam infra Curtes & Caſtra, quàm & de foris, per ſingula qualicunque loca poſitae ſunt, & inveniri potuerint infra Comitatu Lucenſis, & Piſenſis, & Vulterrenſis, & de meis juris rebus ad meam portionem de ſupraſcriptis Curtibus, & Caſtris, & Capellis, infra eoſdem Comitatos pertinere eſſe videtur. In hanc autem predicta offertione de ſupraſcriptis Curtibus, Caſtris, & Capellis atque omnibus rebus territoriis juris mei, qualiter comprehenſum, vel ſuperius dicta, una cum acceſſionibus & ingreſſibus earum, ſeu cum ſuperioribus & inferioribus ſuarum, ut ab hac die in eodem Monaſterio dono & offero, & per preſentem offerſionis ad proprietarium jure ibidem habendum confirmo, faciendum exinde ad partem predicti Monaſterii, aut cui pars ipſius Monaſterii dederit, ſine omni mea, & de heredibus meis contradictione, pro mercede & remedio animae ejuſdem Opithonis Genitoris mei, & meae. Quidem expendeo atque promitto me ego, qui ſupra Albertus Marchio, una cum meis heredibus, tibi, qui ſuper Johanni Abbati, ad partem predicti Monaſterii, tuiſque ſucceſſoribus, aut cui vos, vel pars predicti Monaſterii dederit, iſtam offerſionem, qualiter ſuperius legitur, ab omni contradicenti homine defenſare debeamus. Et ſi defendere non potuerimus, aut ſi aliquit exinde pro quovis ingenio inde ſubtrahere queſierimus, tunc in duplum eadem offertionem, ut ſupra legitur, vobis ad partem predicti Monaſterii habendum in conſimilibus locis, aut cui pars predicti Monaſterii dederit, reſtituamus, ſicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit ſub extimatione. Hanc enim cartam, offertionis meae paginam, Sigefredum Notarium ſacri Palatii ſcribere rogavi, in qua ſubter confirmans, teſtibus, qui obtulerunt, roborandam.*

*Hactum infra Caſtrum* Caſale Majore (2) *feliciter.*

*Signum ✠ manus ſupraſcripti Alberti, qui hanc cartam offerſionis ut ſupra fieri rogavi.*

*Signum manibus ✠ ✠ ✠ Arcimundi, & Odonis, ſeu Adam, legem Langobardorum viventes, rogati teſtes.*

*✠ Ego qui ſuper Sighifredus Notarius, ſcriptor hujus cartam offerſionis, poſt traditam complevi & dedi.*

Placitum

(1) De hoc ipſo *Alberto Marchione Obizonis Marchionis filio* egi ego P. I. Cap. XXV. Antiquit. Eſtenſ. is enim Progenitores eoſdem habuit, quos Linea Eſtenſium Marchionum.

(2) In quod Oppidum Eſtenſibus quoque Marchionibus ſuum jus fuiſſe, oſtendi P. I. Cap. VII. Antiquit. Eſtenſ.

## Placitum a Godefrido Marchione & Duce Tuſciae habitum, in quo Widoni II. Epiſcopo Piſano poſſeſſio quorumdam bonorum reſtituitur. Anno 1067.

D*Um in Dei nomine Civitate Piſa in Palatio Domni Imperatoris in judicio reſediſſet* Domnus Gottefredus Dux & Marchio *at cauſas audiendas ac deliberandas, reſidentibus cum eo* Bernardus (1) Popolonienſis Epiſcopus, *Ugo, & alio Ugo, & Theodericus, & Vuido, & Gandulfo, & Vuillelmus, & Teudicio, & Seſmundo, & Alberto, Judicibus, Ugo Vicecomes,* Teudici Comes, *Vualfridi filio bone memorie Ardinghi, Ramucci filio bone memorie Vuidi, Lamberto filio bone memorie Rolandi, Beritio filio bone memorie Bernardi, Chumradus, Erimundo, Gherardo, Ugo, Pandolfo, Enrigo, Romanus Notarii, Ildebrando & Cunitio germani filii bone memorie Balduini, Contulino filio bone memorie Palidolfi, Ugo filio bone memorie Teperti, Ruſtico filio bone memorie Dominichi, Albitio filio bone memorie Petri, Leo filio bone memorie Benedicti, Marignano da Faſciano, Teudinus Clericus & Miſſo Domni Regis, & reliquis plures; ibique eorum preſentis adſtans* Vuido (2) Piſanus Epiſcopus *una cum Eritio Avocato ſuo, cepit dicere:* Abeo & teneo ad partem Eccleſie Epiſcopatui Sancte Marie Piſenſis proprietario nomine duas portiones integras de medietate de Caſtello & Pojo illo, que dicitur Colle, cum Eccleſia illa, cui vocabulum eſt beati Sancti Stephani, & Sancti Donati, ibidem conſtru- A cta, cum duabus portionibus de integra Turre, que infra ipſo Caſtello eſt edificata ex parte occidentali, & cum duabus portionibus integris de Curte illa donicata, que ad ſupraſcriptas portiones de predicto Caſtello & predicta Eccleſia ſeo Turre ſunt pertinentes, cum omnibus rebus cultis vel incultis, caſis vel caſſinis, B ſilvis, & pratis, vel paſcuis, que ad ſupraſcripta portione de predicta Curte & Caſtello ſeo Eccleſia ſunt pertinentes, quas quondam Ildebrando filio bone memorie Alcheri per cartula offerſionis dedit predicte Eccleſie Sancte Marie Epiſcopatui, & ipſa cartula ſcripta eſt manu Bernardi Notarii Domni Regis. Similiter C abeo & teneo ad predicte Eccleſie Epiſcopatus partem proprietario nomine omnibus caſis & caſſinis, terris, & rebus cultis & incultis, ſive Eccleſia cum omni ſua pertinentia, quas predicto Ildebrando filio bone memorie Alcheri abuit & tenuit infra Curte & Caſtello de Lari, vel in ejus finibus, & ipſe per cartu- D lam offerſionis ſcriptam manu predicti Bernardi Notarii dedit predicte Eccleſie Epiſcopatui Sancte Marie. Et ſi es aliquis omo, qui adverſus predicta Eccleſia, vel nos, aliquit agere vel cauſare inde vult, paratus ſum hic veſtris preſentiis cum eo ad rationem ſtandum, & legitime finiendum.

(1) Populoniae ſive Maſſae Epiſcopus, qui diligentiam Ughellii effugit.

(2) Secundus hujus nominis inter Epiſcopos Piſanos. Eum ab Anno 1063. uſque ad 1077. eidem Eccleſiae praefuiſſe, tradit Ughellius. Ego ipſum invenio Anno 1061. in ea Cathedra ſedentem. Tabulas quippe vidi ſcriptas Anno Piſano *ab Incarnationis ejus Sexageſimo ſecundo, Octavo decimo Cal. Settenbris, Ind. Quartadecima*. Qui Annus nobis eſt 1061.

dum. *Et cum taliter ipſe Vvido Epiſcopus una cum Avocato ſuo retuliſſet, & nullus ſe appreſentaſſet, tunc ipſe Domnus Gottefredus Dux & Marchio per ſuſtem, quem in ſuis detinebat manibus, miſit bannum Domni Imperatoris ſuper jam dicto Epiſcopo, ejuſque Avocato, & ſuper eiſdem rebus in Mancuſos aureos duo millia, ut nullum quiſlibet omo, magna vel parva perſona, predicte Eccleſie Epiſcopatus partem, neque predicto Epiſcopus, vel ſuus Succeſſore ſine legali judicio diveſtire aut inquietare preſummat. Qui vero fecerit, predicta duo milia Mancuſos aureos ſe agnoſcat eſſe compoſituros, medietatem Imperiali Camere, medietatemque predicti Vvidi Epiſcopi, ſuiſque Succeſſoribus. Et in eo modo finita eſt cauſa, unde hanc notitia per ſecuritatem & futuram oſtenſionem eidem Vvidi Epiſcopi, ſuiſque Succeſſoribus oſtendendam fieri juſſit.*

*Quidem & ego Vvido Notarius Domni Regis, ex juſſione ſupraſcripti Domni Gottefredi Dux & Marchio, ſeo Judicum ammonitionem, ſcripſi Anno Dominice Incarnationis Milleſimo Sexageſimo Octavo, Pridie Kalendas Setembris Indictione Quinta.*

✠ *Ego Ugo Vicecomes interſui.*

*Ego Theodericus Judex ſacri Palatii Lateranenſis interſui.*

*Ego Gherardus Notarius Apoſtolicae Sedis interſui.*

*Ego Teudicio Judex ſacri Palatii interſui.*

*Ego Comradus Notarius Domni Imperatoris interſui.*

*Ego Glandolfo Judex ſacri Palatii interſui.*

*Ego Albertus Judex ſacri Palatii interſui.*

*Ego Sigiſmundus Judex ſacri Palatii interſui.*

*Ego Romanus Notarius Domni Regi ibi fui.*

*Ego Erimundus Notarius Domni Imperatoris ibi fui.*

## Fundatio Collegii Canonicorum, facta a Widone II. Epiſcopo Piſano in Eccleſia Sancti Petri ad Vincula in Urbe Piſana. Anno 1072.

*IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab Incarnationis ejus Milleſimo Septuageſimo Secundo. Quotiens illa a fidelibus & religioſis viris poſtulamus, que ab equitatis ratione non diſcrepant, non ſolùm... iunt probibenda ſeu reſpuenda, verùm etiam libentiſſime & deſideratiſſime ſunt concedenda. Et...... ſecundùm dicta ſanctorum Patrum oportet, omnes Chriſtiani nominis profeſſores juſte & pie vivere, maxime verò Sacerdotes & reliquos Dei miniſtros, quibus Populus ejus comiſſus eſt, ut eorum exemplis excitetur ad meliora; ego* Vuido ſancte Piſane Eccleſie Epiſcopus, *una cum Clericis & fidelibus noſtris, providi & diſpoſui, Deo annuente, canonice ordinare Eccleſiam Sancti Petri, que dicitur ad Vincula, ſitam juxta hanc Urbem Piſanam, juxta fluvium, qui Arnus dicitur. Quapropter in Dei nomine eligimus & ordinamus in ipſa Eccleſia Sancti Petri, que eſt juris Epiſcopatus ne-*

noſtri, tales & tales Presbiteros....... A
auctore Domino deinceps...... canonice
ſeu regulariter vivant, pro ut opportu
nitas dederit juxta qualitatem & poſſi-
bilitatem ipſius loci, canonice obedientes
mihi, meiſque ſucceſſoribus. Quibus e-
tiam ex noſtra devotione largimur jam
dictam Eccleſiam cum adjacenti ſibi Ci-
miterio, & cum omnibus pertinentiis &
adjacentiis ſuis, ſeu cum univerſis re- B
bus, que ipſi Eccleſie modo pertinere
videntur, aut in antea adquiſita eſt,
quas ibi Dominus dederit. Eo videlicet
ordine, ut ipſi, & ſucceſſores eorum cum
omnibus ſecum habitantibus libere &
quiete jam dictam Eccleſiam cum omni-
bus, que prediximus, integre teneant
& poſſideant, & ibi habitent, remota
omni moleſtia & inquietudine noſtra, C
noſtrorumque ſucceſſorum. Volumus enim
& firmiter conſtituimus per hujus noſtri
paginam decreti, ut non ſolum jam di-
cti Clerici, & illorum ſucceſſores cum
omnibus ſuis cohabitatoribus, ſicut di-
ctum eſt, habeant & teneant memora-
tam Eccleſiam cum omni ſua pertinen-
tia, juxta prefatum modum, ſed etiam
ſimiliter omnes illi, qui in jam dicta D
Eccleſia ordinati fuerint, & communem
vitam ducere voluerint, & canonice,
ſicut dictum eſt, vixerint, & obedie-
rint mihi, meiſque ſucceſſoribus. Si quis
autem Ordinarius (1) de ſepe dicta Ec-
cleſia deinceps in antea, Dei judicio,
de hoc ſeculo migrarit, & talis Cleri-
cus inventus fuerit, qui moribus & of-
ficio utilis videatur predicte Eccleſie, E

illum talem conſtituimus, & omni ſta-
bilitate confirmamus ſine mala intentio-
ne ordinari a proprio Epiſcopo in loco
defuncti, abſque pretii vel ullius mune-
ris acceptione. Sed ſi de his, que ſupe-
rius ſunt numerati, aliquis ultra mo-
dum ſuperbus contra ſuum Epiſcopum
extiterit, & tertio admonitus ſecundùm
Domini preceptum, ab incepto malo non
ceſſaverit, ſit in poteſtate ſui Epiſcopi
faciendi de illo tali quidquid voluerit,
tamen ſecundum precepta ſanctorum Pa-
trum. Ut autem hec noſtra decreta &
conſtituta, que de me & meis ſucceſſo-
ribus ſuperius dicta ſunt, firmiter in
perpetuo maneant, volumus & decerni-
mus, atque cum omni firmitate conſti-
tuimus, ut nulli liceat, ea umquam
malo ordine infringere, aut violare. Un-
de ſi quis Epiſcopus, aut quelibet ma-
gna, parvaque perſona memoratam Ec-
cleſiam cum omnibus rebus, que ibi ſunt,
aut quas in antea ibi Dominus dederit,
atque cum omni pertinentia ſua ab eo
miniſterio & opere, ad quod eam con-
ceſſimus, ſubtraxerit, vel malo ordine
tulerit, aut invaſerit, ſeu de ordinatio-
ne Clericorum aliter, quàm dictum eſt,
feceris, componat auri optimi Libras cen-
tum, medietatem Camere Domni Papae,
& medietatem illis, quibus injuria il-
lata fuerit, & inſuper perpetuo ana-
thcmate irretitus, omni maledictioni ſub-
jaceat. Ut autem hec verius credantur,
manu propria ſubſcribentes, & Sigilli
noſtri preſſione firmantes hanc paginam
roborari decrevimus.

## Definitio litis facta ab Hugone Vicecomite ex juſſu Beatricis Duciſſae Tuſciae. Anno 1077.

IN Chriſti nomine. Breve...... qua-
liter prope Civitatem Luca intus
Palatium....... toris preſentia bonorum
Judicum, & honeſtorum virorum, qui
ſub-

(1) Ideſt Canonicus. Mediolanenſis Metropolitanae Canonici eodem adhuc nomine donantur.

*ſubleguntur......... conteſtabitur inter* Abbatem de Campo Majore, *& generationem de Lopis de terra, que eſt in Veclano, atque in ejus coherentiis & finibus. Cum diu predicta lis ventilata fuiſſet, nec ad finem deduceretur, ad hoc deverunt, & ambe partes uno conſenſu laudaverunt, ut jurejurando ipſa lis finem acciperet. Tunc* Comitiſſa Beatrix (1) *vice ſua reliquit in eodem placito Ugonem Vicecomitem Piſanum ad diffiniendam ipſam litem, quia homines de Veclano erant de ſua poteſtate, & eos bene noverat dijudicare, & quorum fides recipere vel non recipere poſſet. Tunc elegit duos viros bone fidei Bonizbum & Johannem, & tactis ſacroſanctis Evangeliis juraverunt, quod de illa terra, unde lis erat inter Abbatem de Campo Majore & generationem de Lopis, hoc, quod per veritatem ſciretur,* A *recordaretur publice in preſentia Ugonis Vicecomitis, quando eos inquireret. Inquiſiti ſunt recordati in eodem Placito, quod ſciebant, & audierunt, generationem de Lopis habuiſſe ab Eccleſia Sancti Petri de Campo Majore de illa terra, unde modo lis erat inter prefatum Abbatem & generationem de Lopis ad penſionem quatuor denariorum monſtran-* B *di & non dandi. Et hoc modo finita eſt lis preſentia Guidi Judicis, & Sapiibonis, Signorelli, Johannis, Sigefredi, Judicibus, Seſmundi Cauſidici Piſani, Ubaldi, Ildibrandi, Benni, & reliquorum.*

*Anno Dominice Incarnationis Milleſimo Septuageſimo Septimo, Menſe Madio. Indictione XV.*

C *Ego Senjorectus Judex Domni Imperatoris ibi fui.*

## Charta Gerardi Epiſcopi, fundantis aut confirmantis Collegium Canonicorum in Eccleſia S. Petri ad Vincula. Anno 1082.

IN *nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab Incarnatione ejus Milleſimo Octogeſimo Secundo. Quotiens illa a fidelibus & religioſis viris poſtulamus, quae ab aequitatis ratione non diſcrepant, non ſolum a nobis non ſunt prohibenda ſeu reſpuenda, verùm etiam libentiſſime & deſiderantiſſime concedenda. Et ideo quia ſecundùm dicta Sanctorum Patrum oportet, omnes Chriſtiani nominis profeſſores juſte & pie vivere, maximè verò Sacerdotes & reliquos Dei Miniſtros, quibus Populus ejus commiſſus eſt, ut eorum exemplis excitetur ad meliora; ego* Gerardus ſanctae Piſanae Eccleſiae Epiſcopus *una* D *cum Clericis & fidelibus noſtris, praevidi & diſpoſui Deo annuente canonice ordinare Eccleſiam Sancti Petri, quae dicitur ad Vincula, ſitam juxta hanc Urbem Piſanam juxta fluvium, qui Arnus dicitur. Quapropter in Dei nomine eligimus & ordinamus in ipſa Eccleſia Sancti Petri, quae eſt juris Epiſcopatus noſtri, Corbum Presbiterum, & Pre-* E *ſbiterum Petrum, & alios religioſos Clericos, qui eligendi erant priores ejuſdem Eccleſiae diſpoſitione & Populi communi conſenſu, ut auctore Deo deinceps in antea canonice ſeu regulariter vivant, prout opportunitas dederit, juxta qualitatem & poſſibilitatem ipſius*



(1) Quae Tuſciam diu rexit auctoritate Ducali. At illa praecedenti Anno 1076. vita ceſſerat: quei ergo illius heic mentio? Fortaſſe pro *Indict. XV.* ſcriptum in authentico erat *Ind. XIV.* neque enim ſupereſt niſi Apographum. Annus autem Piſanus 1077. nobis eſt 1076. Aut illa Hugonem Vicecomitem Judicem hujus cauſſae delegerat Anno praecedenti, qui praeſenti tantum ſententiam tulit.

*loci, canonice obedientes mihi, meiſque ſucceſſoribus. Quibus etiam ex noſtra devotione largimur jam dictam Eccleſiam cum adjacenti ſibi Cimiterio, & cum omnibus pertinentiis & adjacentiis ſuis, & cum terris, quas ego Girardus Epiſcopus nunc largitus ſum. Quarum terrarum unum Manſum eſt ſitum in Orticaria, medietas verò alterius Manſi in Ciſanello, & una petia de terra in eodem loco, ſeu cum univerſis rebus, quae ipſi Eccleſiae modò pertinere videntur, aut in antea adquiſitura eſt, quas ibi Dominus dederit. Eo videlicet ordine, ut ipſi & ſucceſſores eorum cum omnibus ſecum habitantibus libere & quiete jam dictam Eccleſiam cum omnibus, quae praediximus, integre teneant & poſſideant, & ibi habitent, remota omni moleſtia & inquietudine noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum. Volumus enim & firmiter conſtituimus per hujus noſtri paginam decreti, ut non ſolùm jam dicti Clerici & illorum ſucceſſores cum omnibus ſuis cohabitatoribus, ſicut dictum eſt, habeant & teneant memoratam Eccleſiam cum omnia ſua pertinentia juxta praefatum modum, ſed etiam ſimiliter omnes illi, qui in jam dicta Eccleſia ordinati fuerint, & comunem vitam ducere voluerint, & canonice, ſicut dictum eſt, vixerint. Sed ſi de his, qui ſuperius ſunt numerati, aliquis ultra modum ſuperbus contra ſuum Epiſcopum extiterit, & tertio admonitus ſecundùm Domini praeceptum ab incepto modo non ceſſaverit, ſit in poteſtate ſui Epiſcopi faciendi de illo tali, quidquid voluerit, tamen ſecundùm precepta Sanctorum Patrum. Ut autem haec noſtra decreta & conſtituta, quae de me & de meis ſucceſſoribus ſuperius dicta ſunt firmiter in perpetuo maneant, volumus & decernimus, atque cum omni firmitate conſtituimus, ut nulli liceat ea umquam malo ordine infringere, aut violare. Unde ſi quis Epiſcopus, aut quaelibet magna parvaque perſona memoratam Eccleſiam cum omnibus rebus, quae ibi ſunt, aut quas in antea ibi Dominus dederit, atque cum omni pertinentia ſua ab eo miniſterio & opere, ad quod eam conceſſimus, ſubtraxerit, vel malo ordine tulerit aut invaſerit ſeu de ordinatione Clericorum aliter, quam dictum eſt, fecerit, componat auri optimi Libras centum, medietatem Camerae Domni Papae, & medietatem illis, quibus injuria illata fuerit, & inſuper perpetuo anathemate irretitus, omni maledictioni ſubjaceat. Inſuper etiam Clericis praedictae Eccleſiae ea, quae ex decimis ſecundùm Canones eiſdem competunt, firmiter concedimus. Ut autem haec verius credantur, manu propria ſubſcribentes, & ſigilli noſtri impreſſione firmantes, hanc paginam roborare decrevimus.*

*Gerardo, & Ugo germani filii Gerardi Comes, teſtes.*

*Uguiccione, & Bonio, & Francardo, germani filii Ulane ibi fuerunt.*

*Ugo Judex filio Ildebrandi Teudicioni, teſtis.*

*Bonacio filio Marchi, Leo da Noce, & Uberto de Corona, teſtes, & alii plures.*

✝ *Ego Gerardus omnium Epiſcoporum Sanctae Piſanae Eccleſiae infimus Epiſcopus, in hoc decreto, a me facto, ſubſcripſi.*

## Fundatio Monaſterii S. Ruſuri, facta a Gerardo Epiſcopo Piſano. Anno 1084.

GErardus, Dei gratia Piſanorum Epiſcopus, *ſuperne miſerationis reſpectu ad hoc Eccleſiarum curam ſuſcepimus, ut omnium Deo ſervientium ſolicitudinem habeamus, & libramine equitatis omnibus in neceſſitate poſitis, quantum Deo donante poſſumus, ſubvenire debeamus. Unde notum ſit cunctis noſtris fidelibus, qui Eccleſiam Sancti Ruſuri* (1), *quae pertinet Eccleſiae & Piſcopatui Sanctae Mariae, & eſt fundata & difficata prope littora maris, & juxta flumen Arni, quam ego Gerardus Dei gratia Piſanus Epiſcopus Monaſterium Monachorum eſſe conſtituo, ejuſque regimen & primatum predictae Eccleſiae concedo. Nos quaſi quodam privilegio amoris, ſub noſtrae curae ſtudio, & ſucceſſorum noſtrorum eſſe conſtituo, & omnia, quae ad eamdem Eccleſiam pertinent aut pertinebunt, ſtabilimus ſub noſtrae tutelae defenſione. Conſtituo itaque auctoritate noſtra regimini ejuſdem Eccleſiae Sancti Ruſuri, ut tam ipſa, quàm quaecumque ei ſucceſſerit, habeat poteſtatem omnia bona praedictae Eccleſiae regendi & gubernandi ſecundùm Regulam Sancti Benedicti, & quidquid eidem Eccleſiae antiquitus legaliter pertinuit, ſive quae ad preſens poſſidere videtur, aut quae in antea legaliter acquiret, & quae ego Gerardus Epiſcopus miſericorditer concedo, ſcilicet Eccleſiam unam, cui vocabulum eſt beati Sancti Tropis, cum omnibus rebus, quae ad eamdem Eccleſiam pertinent, quam ſub regimine predicti Sancti Ruſuri eſſe conſtituo, cum una integra petia de terra, ubi Silva & terra culta & agreſtis, ubi praedictae Eccleſiae ſunt conſtructae & difficatae, quae unum caput tenet in foſſa, quae dicitur Salaria juxta tumulum Marchionis, aliud caput in praedicto flumine Arni, latus unum in mari, aliud latus tenet in Barbaricini, quae ſimiliter pertinet ſupraſcripto Epiſcopatui. Et ſimiliter concedo quartam portionem de una petia de terra, quae nominatur Barbaricini tam culta, quàm agreſtis, cui cohaeret ab uno capite terra, quae dicitur Petialonga, ex altera verò capite cohaeret foſſa Cucci, latus unum in palude, alterum latus habet in flumine Arni. Omnibus iſtis terris & rebus & cum jam dicta Eccleſia habeant & fruantur abſque noſtra & omnium noſtrorum ſucceſſorum calumnia tam iſta, quàm & quaecumque nos in antea dabimus, aut noſtri ſucceſſores, vel quilibet homines. Haec igitur omnia, quae hujus praecepti, decretique noſtri pagina continet, ſe undìm ſcriptum tenorem illeſa ſervanda omnino fore decernimus. Si quis verò Epiſcoporum, Clericorum, Judicum, ac Secularium perſonarum hanc conſtitutionis noſtrae paginam agnoſcens, contra eam venire temptaverit, reum ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & niſi illa, quae male ablata ſunt ab illo, reſtituerit, vel digna penitentia illicite acta defleverit, a Sacratiſſimo Corpore & Sanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat, atque in aeterno examine diſtrinctae ultionis ſubjaceat, & ut in praeſenti ultione non careat. Conſtituo atque ſpondeo, ut ſi ego vel mei ſucceſſores de omnibus iſtis rebus injuſte tulerimus, vel aliqua ejus bona invaſeri-*



(1) Fortaſſe *Luſorii*, ut in Charta ſubſequenti ad Annum 1098.

ſerimus, niſi juſte emendaverimus, ſi inquiſiti fuerimus, quod componere debeam ego, vel mei ſucceſſores, penam auri optimi Libras centum. Cunctis autem eidem loco juſtitiam ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem praemia aeternae pacis inveniant.

Gerardus indigne Piſanorum Epiſcopus, in hoc decreto a me facto ſubſcripſi.

A Signa ✠ ✠ ✠ ✠ manuum Rainerii filius quondam Sichieri, & Oddi quondam Bulgari, & Uberti quondam Rainerii, Germundi quondam Sicherii teſtium.

Hoc factum eſt Anni Domini Milleſimo Octuageſimo Quinto, Tertio Idus Madii, Indictione Septima.

Ego Marignanus Notarius Domni Re- B gis, poſt traditam complevi & dedi.

## Daiberti Archiepiſcopi Piſani Charta, per quam in ſacrificiis & orationibus commendandos jubet Fabros, qui ſe liberales praeſtant erga Operam, ſive Fabricam Piſanae Eccleſiae. Anno 1094.

IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Amen. Quoniam pietatis officio congruit, juſtis humilium ſupplicationibus prebere aſſenſum, & equitatis eſt, ſumme in Domo Dei Prelatos providere, ut quorum carnalia metunt, his ſua impertiant ſpiritualia; ideo ego Deibertus gratia Dei Metropolis Piſanae Civitatis Archiepiſcopus (1), una cum meis Fratribus, Sanctae Mariae Dei Genitricis Canonicis, iterum atque iterum Fabrorum humillimis ſupplicationibus impugnatus atque devictus, quia ſponte ſe nobis obligaverunt, daturos Miſſo Sanctae Mariae ad Operam Solidos viginti per unumquemque annum Piſe, antequam fabricandi cauſa diſcederent: conceſſi atque diſpoſui, ut eorum nominibus, in Libro Miſſarum noſtrae Matris Eccleſiae Sanctae Mariae conſcriptis, ſemper inter ipſa ſacra Miſſarum ſolemnia, ipſorum memoria fieret a Sacerdotibus pro ſalute animarum & corporum, quamdiu ſue promiſſionis vellent C ſervare in nullo imminutum propoſitum. Item conceſſimus & diſpoſuimus eadem de cauſa, ut ſi quid in divinis officiis & miniſteriis intermiſſis offenderint infirmitate vel alia neceſſitate impediti, noſtris orationibus adjuventur. Haec eadem certis etiam omnibus Fabris concedere ſumus parati, qui ſe nobis, ſicut deſignatum eſt, obligabunt, atque per- D ſolvent. Quod ſi ſpontanee fecerint, ut de Dei miſericordia ſperamus, atque confidimus, omni tempore, Sanctae Mariae patrociniis muniti, noſtris etiam adjuti orationibus, ſe promiſiſſe & perſolviſſe gratulabuntur. Item conſtituimus, ut praedicti Fabri ad fabrilia negotia exercenda libere eant, & in fabricis maneant, & ad propria ſecure redeant, E ut nullus potens, vel impotens noſtri Archiepiſcopatus eos perturbet, vel violenter aliquid ab eis extorqueat. Quod ſi fortè fecerit, niſi infra triginta dies emendaverit, poſtquam inquiſitus fuerit vel ab Eccleſia iſta, aut ab Operario, ſive

(1) Quare videas, minime ambigendum, quin Metropolitano honore decorata jam fuerit Eccleſia Piſana.

A *ſive ab hujus Civitatis Conſulibus* (1) *qui pro tempore fuerint, nos ex auctoritate Spiritus Sancti, & Beatiſſime Marie Virginis Domine noſtre, & Sanctorum Patrum, & conſilio noſtrorum Fratrum, eum excomunicamus, anathematizamus, & a Sancte Matris Eccleſie gremio perpetualiter ſegregamus.*

*Hoc factum eſt Anno Dominice Incarnationis Milleſimo Nonageſimo Quinto,* B *Tertio Nonas Octobris, Indictione Tertia, preſentia Guidonis Archidiaconi, Benthonis Primicerii, Uberti Presbiteri & Vicedomini, Ugonis Presbiteri & Cuſtodis, & ceterorum Canonicorum, & Lamberti Judicis, Lamberti filii quondam Specioſi, Rainerii, & Sicherii quondam Sicheri de Matto, Henrici quondam Gulielmi de Stephano, & multorum aliorum bonorum hominum.*

*Ego Daibertus, Dei gratia Piſane Eccleſie Archiepiſcopus ſubſcripſi.*

*Ego Bentho Primicerius, factum confirmans, ſubſcripſi.*

*Ubertus Presbiter, & Vicedominus laudando ſubſcripſerunt.*

*Ego Ugo Presbiter & Cuſtos ſubſcripſi.*

*Presbiter Albertus laudando ſubſcribo.*

*Ego Albertus Diaconus ſubſcribo.*

## Confirmatio Monaſterii Sancti Luſorii, facta a Daiberto Archiepiſcopo Piſano. Anno 1098.

C Quoniam *juſtis petitionibus dari oportet conſenſum, idcirco in Dei nomine ego* Daibertus Sanctae Piſanae Eccleſiae Archiepiſcopus, *precibus tuis annuens, o venerabilis famula Chriſti,* Dona Grima, *verè Sanctimonialis Dei,* Monaſterium Sancti Luſorii, *ſitum tali loco, ordinatum quondam a deceſſore noſtro Donno Gerardo Epiſcopo, in* D *alodio ſupraſcriptae Piſanae Eccleſiae, ſecundùm diſpoſitionem beati Benedicti Abbatis ad ſervitium Dei, & honorem beati ſupranominati Luxorii, ordino, diſpono, confirmo, quatenus a preſenti tempore Abbatibus, ibi per tempora praeponendis, liceat cum Congregationibus ſuis quiete vivere, & ſine aliorum moleſtationibus Cenobiticae vite operam dare. Non ergo liceat cuiquam, Eccle-* E *ſiaſticam vel Secularem dignitatem amminiſtranti, Abbas praedicti Monaſterii, vel Monachos ejus inquietare, vel de propoſito ſuo dimovere, vel res, quas nunc poſſidet, vel in futuro juſte poſſidebit auferre, vel diminuere, aut exinde ſupraſcriptos Abbates vel Monachos diſveſtire. Salvo tamen jure ac poteſtate Archiepiſcopo praenominatae Sanctae Eccleſiae, ſi culpa exegerit, in Abbate canonice vindicare, & prout res exegerit, emendare. Si quando autem contigerit, Abbatem in praenominato Monaſterio devere eligi, quem comuni conſenſu congregatio Fratrum eligere voluerint, eligendi liberam habeant facultatem, tamen cum conſilio Archiepiſcopi, eum poſt hoc ordinandum ſibi Abbatem a Piſano Archiepiſcopo canonica ſubjectione cum omni devotione epoſcant. Nullus eis invitis praeponatur, niſi, quod abſit, perſonam conſentientem, uti is eorum eligere contendant, quos Archiepiſcopus ſapienter corrigat, & ad viam ſalutis canonice reducat. Neque de alia congregatione eis quilque praeponatur, niſi, quod abſit, nullum in eodem Monaſterio ad id officium conveniens reperiatur. Si quis igitur hanc devotionis* noſtrae

(1) Hinc habes, Civitatem Piſanam jam *Conſulibus* uti coepiſſe: quae indicant Urbem illam jam Reipublicae formam accepiſſe.

noſtrae formulam cognoſcens, eam in aliquo corrumpere aut temerare praeſumpſerit, eum a Corpore & Sanguine Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti ſegregatum excomunicatumque maledicimus & anathematizamus, & niſi digna ſatiſfactione emendaverit, anathemate maranata condemnamus. Hanc noſtrae devotionis diſpoſitionem pro remedio animarum omnium praedeceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, & pro ſalute animarum noſtrarum confirmamus, & proprio ſigillo noſtro inſigniri juſſimus.

A

Hoc factum eſt in camera ejuſdem Archiepiſcopi, Anno Dominicae Incarnationis ejus Milleſimo Nonageſimo Nono, Nono Kalendas Auguſti, Indictione Sexta.

Ego Daibertus Piſanae Eccleſiae ſervus hanc noſtrae conſtitutionis paginam ſubſcribendo firmavi.

Ego Lonbardus ſanctae Romanae Eccleſiae Subdiaconus interfui & ſubſcripſi.

B

Ego Bentho Primicerius interfui & ſubſcripſi.

Ego Presbiter Ugo & Cuſtos ſubſcripſi.

Ego Marignanus Notarius Domni Regis, ex juſſione praedicti Domni Archiepiſcopi, ſcripſi.

## Daiberti Archiepiſcopi Piſani Charta, per quam Hugonem conſtituit Abbatem in Monaſterio S. Luxorii. Anno 1098.

........... ſupernae miſerationis reſpectu ad hoc Eccleſiarum curam ſuſcepimus, ut omnium Deo ſervientium ſolitudinem habeamus, & libramine aequitatis omnibus in neceſſitate poſitis, quantum Deo donante poſſumus, ſubvenire debeamus. Unde notum ſit cunctis noſtri fidelibus, quod Eccleſia Sancti Luxorii, quae pertinet Eccleſiae Archiepiſcopatui Sanctae Mariae, & eſt fundata & edificata prope litore maris, & juxta flumen Arni, quam ego Daibertus, Dei gratia Piſanus Archiepiſcopus Monaſterium Monacorum eſſe conſtituo, ejuſque regimen & primatum Ugoni......... edo, nos quaſi quodam privilegio amoris ſub noſtrae curae ſtudio & ſucceſſorum noſtrorum eſſe conſtituo, & omnia, quae ad eamdem Eccleſiam pertinent, aut pertinebunt, ſtabilimus ſub noſtrae tutelae defenſione. Conſtituo itaque auc.......... regimen eidem Eccleſiae Ugoni Abbati, ut tam ipſe, quàm quecunque...... ſucceſſerit, habeant poteſtatem omnia bona jam dictae Eccleſiae regendi & gubernandi

C

ſecundùm Regulam Santi Benedicti, & quidquid eidem Eccleſiae antiquitus legaliter pertinuit, ſive quae ad praeſens poſſidere videtur, aut quem in antea legaliter adquiret, & quem ego Daibertus Archiepiſcopus miſericorditer concedo, ſcilicet Eccleſiam unam, cui vocabulum eſt beati Sancti Turpis, cum omnibus rebus, quae ad eamdem Eccleſiam pertinent, quam ſub regimine praedicti Sancti Luxorii eſſe conſtituo, cum una integra petia de terra, ubi Silva, & terra culta & agreſtis, ubi praedictae Eccleſiae ſunt conſtructae & aedificatae, quae unum caput tenet in Foſſa, quae dicitur Salaria juſta tumulum Marchionis, aliud caput tenet in praedicto flumine Arni, latus unum tenet in mari, aliud latus tenet in Barbaricini, & quantum in praedictis finibus jure proprietario pertinere videtur...... Archiepiſcopatus Sanctae Mariae. Et ſimiliter concedo........ Eccleſiae Archiepiſcopatus Sanctae Mariae de una petia de terra, quae vocatur Barbaricini tam culta, quàm & agreſtis, cui

D

E

.....

*............ capite, quae dicitur Petialonga, & ex alio verò capite ....... Foſſa Cucci, latus unum in padulo, alterum verò latus habet in flumine Arni. Omnibus praedictis terris & rebus, & cum jam dicta Eccleſia habeant & fruantur abſque noſtra, & omnium noſtrorum ſucceſſorum calumnia tam iſta, quàm & quaecunque nos in antea dabimus, aut noſtri ſucceſſores, vel quilibet homines. Haec igitur omnia, quae hujus praecepti, decretique noſtri pagina continet, ſecundùm ſcriptum tenorem illaeſa adque ſervanda omnino fore decernimus. Si quis verò Epiſcoporum, Clericorum, Judicum, hac Secularium perſonarum, hanc noſtrae conſtitutionis paginam agnoſcens, contra eam venire temptaverit, reum ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & niſi illa, quae male ablata ab illo, reſtituerit, vel digna penitentia illicite acta defleverit, a ſacratiſſimo Corpore & Sanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti fiat, atque in eterno examine diſtrictae* A *ultionis ſubjaceat, & ut in praeſenti ultionis non careat. Cunctis autem eidem loco juſtitiam ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hìc fructum bonae actionis percipiant, & ad pium deſtrictum Judicem praemia aeternae pacis inveniant.*

*Anno Dominicae Incarnatione ejus Milleſimo Nonageſimo Nono, Nono Ka-* B *lendas Auguſti, Indictione Sexta, hoc factum eſt infra Clauſtra Sanctae Mariae.*

*Ego Daibertus Piſanae Eccleſiae Servus, hanc noſtri privilegii paginam ſubſcribendo firmavi.*

*Signa ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ manuum Gualandelli filius Gualandi, & Sicberius filius quondam Siceri, & Lamber-* C *tus quondam Gualfredi, & Albertini quondam Mili, & Raimundi quondam Ermingbi, & Pandulfi quondam Gerardi, teſtium.*

*Ego Marignanus Notarius Domni Regis, ex juſſione jam dicti Archiepiſcopi Domni Daiberti hoc decretum ſcripſi.*

## Conſtitutio Morgincap, ſive donatio propter Nuptias, facta Bertae ab ejus viro Cara-coſa. Anno 1099.

*IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab Incarnationis ejus Mille Nonageſimo Nono, Tertio Nonas Auguſti, Indictione Septima. Manifeſtu ſum ego Cara-coſa, filius quondam Vuidi, quia per unc ſcriptum, ſecundùm Legem in Morincap, dare videor tibi Berta dilecta & amabile conjuce mea, & filio Botrioni, quartam portionem integram de homnibus caſis & terris & rebus, vel ſupſtantiam meam ideo tam de caſis, & rebus donicatis, quàm & de caſis & rebus maſſariciis cum fundamentis & homnem edificiis, vel univerſis fabricis ſuis, ſeo de curtis, hortis, terris, vineis, olivis, ſil-* D *vis, virgareis, pratis, paſcuis, cultis rebus vel incultis, ſeo de movile vel immovile, ſeo qui ſemoventibus tam de ſervos, quàm & de ancillis meis, ſive de nomminibus meis, majores vel minores, de quacunque res, ubicunque in qualibet locis vel vocabulis ubicunque abere & poſidere viſo ſum, & mihi per quacumque ordinem leibus eſt perti-* E *nentes, aut pertinere debent, tam ex jura parentum meorum, quàm & de aquiſito meo, quem modo obeo & poſideo, vel quod innante ad Deo aiubante leibus aquiſiero, ut dixi, de homnia quarta portionem abeas tu jam nominata Berta dilecta & amabile conjuce mea*

in

in Morincap ſequemter Edicti painan ante parentes & amicos, ut in te firmiter permanead, ut in ſucturo pro a cauſa perjurio non perzurrat, & per confirmationen, quia in tali hordinen ſcribere rogavi Sifredus Notarius Domni Imperatoris.

Actum Monte Piſano.

Signum ✠ manus ſupraſcripti Cara-coſe, qui unc ſcriptum fieri rogavi.

Ego Flaipertus Judex & Miſſus Domni Imperatoris ſubſcripſi.

Signa ✠ ✠ ✠ ✠ manuum Benedicti filius quondam Jonii, & Siſmondo filio Bonii, & Ildebrando quondam Jundi, & Homodei filio Benedicti, teſtium.

Ego Sifredus Notarius Domni Imperatoris poſt traditam complevi & dedi.

Supraſcripti Cara-coſe promiſſio in te Botirione, quod non abet appariſcere, nec meo dato, nec meo facto, nec de genitor meus, nec de genitrice mea, de ſupraſcripta quartan portionen, que ſuperius legitur, a pena arientum obtimum Libras centum ad ſupraſcriptos teſtes.

## Concordia inter Hugonem & Lotharium Comites, filios Uguiccionis quondam Marchionis, & Bentium Priorem Eccleſiae S. Mariae de Fine. Anno 1104.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Dei eterni. Anno ab Incarnatione ejus Milleſimo Centeſimo Quinto, ipſa die Kalendas Junii, Indictione Duodecima. Manifeſti ſumus nos Ugonem & Loterium Comiti, filiis quondam Ughicionis (1), qui fuit ſimiliter Comite, quia tu Bentio, Prior de Eccleſia Dei, & beate Sancte Marie, que dicitur a Fine, dedit mibi merito Angelo Presbiter pro tua perſona anulum unum de auro. Petercam per anc repromiſſionis paginam repromittimus tibi, ut damedum in anteam nos, neque noſtro herede, neque noſtro Miſſo, neque noſtra ſummiſſa perſonam, non ofendimus tibi, neque ad tuos ſucceſſores, de caſis & terris, que fuerunt quondam Vuidi de filius quondam Raginerii, & ſunt poſito in loco & finibus Petretulo, & Monte Morone. Que ad predicta Eccleſia inde non oſemdimus per nullo modo ingenium. Unde repromittimus nos, qui ſupra Ughonem & Loterium germani, una cum noſtris heredibus tibi, qui ſupra Bentio Prior de ſupraſcripta Eccleſia, vel ad tuos ſucceſſore; & ſi taliter non fecimus & non adimpleverimus, ſicut ſupra promiſimus per collibet ingenio, ſpondemus nos, qui ſupra, germani una cum noſtris heredibus componere tibi, qui ſupra Bentio Prior, vel ad tuos ſucceſſores, aut eidem homini, qui tunc promiſſio per manibus abuerit, & eum nobis cpſtemderint, pena arientum obtimum Libras vimti, quia in tali hordinem ſcribere rogavimus Sifredus Notarius Domni Imperatoris.

Actum Piſa.

Signus ✠ ✠ manus ſupraſcriptorum de Ugonen & Loterius germani, qui unc promiſſio fieri rogaverunt.

Signus ✠ ✠ ✠ manus Bernardi filius quondam Rotti, & Viviano quondam Vuidi, & Germondo quondam Gerardi, teſtium.

Ego Sifredus Notarius Domni Imperatoris poſt traditam complevi & dedi.



(1) *Ughicionis*, qui non ſolum fuit Comes, ſed etiam Marchio Tuſciae,

## Paſchalis II. Papae Bulla pro Benedicto Abbate Monaſterii S. Salvatoris in Moxi. Anno 1106.

PAſchalis Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Benedicto Abbati Monaſterii Sancti Salvatoris, quod ſitum eſt in loco, qui Moxi dicitur, ejuſque ſucceſſoribus regulariter promovendis in perpetuum. Pie poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri, quatenus & devotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Quia igitur dilectio tua ad Sedis Apoſtolicae portum confugiens, ejus tuitionem devotione debita requiſivit, nos ſupplicationi tuae clementer annuimus, & beati Salvatoris Monaſterium, cui Deo auctore preſides ſub tutela Apoſtolicae Sedis excipimus. Per praeſentis igitur privilegii paginam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut quecunque predia, quecunque bona poſſeſſione legitima ad idem Monaſterium in preſentiarum pertinere videntur, ſive in futurum largiente Domino, conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium, juſte & canonice poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque Succeſſoribus, & illibata permaneant. In quibus haec propriis viſa ſunt nominibus exprimenda, videlicet Eccleſiam Sanctae Mariae cum portione Curtis Dolie: Eccleſiam Sancti Laurentii cum portione Curtis Raſiniane: Eccleſiam Sancti Fridiani, & Sancti Nicolai cum portione Calalis Inſuli: in Podio Eccleſiam Sanctae Mariae: in Paterno Eccleſiam Sancti Michaëlis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem Cenobium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſubſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Obeunte te nunc ejus loci Abbate, vel tuorum quorumlibet Succeſſorum, nullus ibi qualibet ſureptionis aſtutia ſeu violentia prepenatur, niſi quem Fratres comuni conſenſu, vel Fratrum pars conſilii ſanioris, vel de ſuo vel de alieno, ſi oportuerit, collegio providerint eligendum. Sane ſepulturam ejuſdem loci omnino liberam eſſe decernimus, ut eorum, qui illic ſepeliri deliberaverint, devotioni & extreme voluntati, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat. Nec Epiſcopo facultas ſit, aut Monaſterium ipſum, vel Eccleſias praeter culpam interdicere, aut novis exactionibus pregravare. Porro laborum ipſorum Decimas preter quarumlibet perſonarum contradictione vobis concedimus poſſidendas. Si qua enim Eccleſiaſtica, Seculariſve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens, contra eam venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptori noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem premia eterne pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Paſchalis Catholicae Eccleſiae Epiſcopus ſubſcripſi.

*Datum Florentiae per manum Johannis Sancte Romane Ecclesie Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarii, Tertiodecimo Kalendas Octubris, Indictione Decimaquinta, Incarnationis Dominicae Anno Millesimo Centesimo Sexto.*

## Charta, per quam Hugo Comes, filius quondam Uguiccionis Comitis, vendit portionem bonorum Girardo Abbati Monaſterii S. Benedicti de Morrona, cum pacto recuperandi. Anno 1109.

*IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Dei eterni. Anno ab Incarnatione ejus Milleſimo Centeſimo Nono, Octavo Idus Aprelis, Indictione Secunda. Manifeſtus ſum ego* Ugo Comes filius quondam Ughicionis Comitis, *quia per hanc cartam vendo & trado Eccleſiae &* Monaſterio Domini, & Sanctae Mariae, Sanctique Benedicti, *quae eſt conſtructa & edificata* prope Morronam, *in qua* Girardus gratia Dei Abbas *& Rector conſiſtere videtur, videlicet medietatem integram de tota mea portione de Aquiſtana Curte cum alia medietate de tota mea portione de Caſtello, quot nominatur Vivarium, cum tota virtute & eorum diſtrictu, & cum omni jure & hactionibus, ſeu omni earum pertinentia, excepto & antipono Caſtellum de Sancta Lucia cum Curte ejuſdem Caſtelli. Predictam verò integram medietatem de mea portione de ſupraſcripta Aquiſtana Curte & de ſupraſcripto Caſtello de Vivario cum omnibus Caſis & Caſſinis ſeu Caſalinis, ſimulque terris & rebus vel ſubſtantiis meis. Ideo tam de Caſis & rebus donicatis, quam & de maſſariciis cum fundamentis & omnibus edificiis, vel univerſis fabricis earum, ſeu cum curtis, ortis, terris, vineis, olivis, ſilvis, virgareis, pratis, paſcuis, cultis rebus vel incultis, ſive de mobilibus vel immobilibus, ſeuque ſe moventibus, ſive de nutriminibus meis majoris vel minoris, ac quibuſcunque rebus & ubicunque in qualibet locis vel vocabulis, & ubicumque habere & poſſidere viſus ſum infra ſupraſcriptam Curtem, & ſupraſcriptum Caſtellum, & mihi per quemcumque hordinem legibus ſunt pertinentes, aut in antea pertinere debentur tam de jure parentum meorum, quam & de acquiſitu meo, quomodo habeo & poſſideo, vel quot in antea Deo adjuvante legibus adquiſiero, infra ſupraſcriptam Curtem, & ſupraſcriptum Caſtellum, una cum omnibus cartis & brevibus, ſeu judicatis, vel quibuslibet literarum ſcriptionibus, quante & quales in me miſſe aut date ſunt, vel pertinentes, aut undecunque eſſe inveniuntur, ut dictum eſt, ſupraſcriptam medietatem de tota mea portione de ſupraſcripta Curte & de ſupraſcripto Caſtello, in integrum cum inferioribus & ſuperioribus ſuis, ſeu cum finibus & ingreſſibus earum, tibi ſupraſcriptae Eccleſie & Monaſterio integram medietatem vendo & trado. Pro qua noſtra venditione & traditione recepi meritum ab Gerardo Abate & Rectore ſupraſcriptae Eccleſie unum par pellium in prefinito. Unde repromitto ego, qui ſupra Ugo Comes, una cum meis heredibus tibi ſupraſcriptae Eccleſiae, tuiſque Rectoribus, aut eidem homini, cui vos ſupraſcriptam meam venditionem & traditionem dederitis vel habere decreveritis, ut ſi nos vobis eam aliquando tempore in aliquo exinde intentionaverimus, aut retolli vel ſubtragi queſierimus nos, vel ille homo, cui nos eam dediſſemus aut dederimus, per quotlibet*

*libet ingenium, & ſi nos exinde auctores dare volueritis, & eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus & non defenſaverimus, ſpondimus nos vobis componere ſupraſcriptam meam venditionem in duplum in ſerquido loco ſub eſtimatione qualis tunc fuerit. Sic tamen ſi nos exinde auctores nec defenſores queſiti non fuerimus, licentiam habeatis abſque noſtra perſona, ſi veſtra fuerit voluntas exinde cauſam agendi, reſponſum reddendi, finem ponendi, modis omnibus vobis eam defenſandi cum Carta iſta vel qualiter juxta legem melius potueritis, & in tali bordine hanc Cartam Guidonem Notarium ſacri Palatii ſcribere rogavimus.*

*Actum Pancule juxta Eccleſiam Sancti Petri infra Plebe de Cellule in Comitato Vulterrano.*

*Signum ✠ manus ſupraſcripti Ugonis Comitis, qui hanc Cartam fieri rogavit.*

*Signa manuum ✠ ✠ ✠ Gerardi filii quondam Ugonis, & Henrici filii quondam Villani, & Ugonis filii ſupraſcripti Gerardi, teſtium.*

*Guido Notarius ſacri Palatii poſt traditam complevit & dedit.*

*Iſta Carta facta eſt eo tenore, quod ſi ego, qui ſupra Ugo Comes legitti-* A *mum filium vel filiam habuero, & nos tibi ſupraſcripte Eccleſie & Monaſterio, aut Rectori ad utilitatem ipſius Eccleſie per nos, aut per Miſſos noſtros reddidimus Libras quadraginta de bonis Denariis expendibiles de moneta de Luca, ſupraſcripta Carta ſit inanis & vacua, & in noſtra deveniat poteſtate. Et dum ego legittimum filium vel filiam habue-* B *ro, & forſitan ipſas Libras de bonis Denariis expendibiles de Moneta de Luca vobis reddere non potuerimus, aut noluerimus, tunc ſtatim praefata Eccleſia habeat iſtam medietatem predicte rei, donec nos, vel noſter Miſſus predictas Libras de bonis Denariis eidem Eccleſie & Monaſterio reddiderimus. Et ſi ego ſine legittimo filio vel filia mortuus ero,* C *vel ſi habuero, & ante legittimam etatem ſine legittimo filio vel filia mortuus fuerit, tunc volo & irrevocabiliter firmo, ut omnia, que ſuper leguntur, cum alia medietate de iſta Curte & iſto Caſtello, quam in mea reſervavi poteſtate, ſint jure proprietario ſupraſcripte Eccleſie, nomine oblationis, pro remedio anime mee & parentum* D *meorum abſque omni calumnia.*

## Venditio Caſtelli & Curtis de Montemaximo, facta a filiis Ubaldi, Petro Epiſcopo, & Conſulibus Piſanae Civitatis. Anno 1109.

*IN nomine Sancte & Individue Trinitatis. Anno Incarnationis Dominice Milleſimo Centeſimo Decimo, Tertio Idus Decembris, Indictione Tertia. Manifeſti ſumus nos Lambertus & Wilicione atque Rainulfus, germani filii quondam Ubaldi, nec non & Gaſdia uxor ſupraſcripti Lamberti, & filia quondam .......... & Armellina uxor* E *ſupraſcripti Wilicioni, & filia quondam Rainerii, ubi intereſſe videtur notitiam Boni, Judicis ſacri Palatii Lateranenſis, a quo ſecundum leges interrogate, & cognite ſumus, nullam pati violentiam, ſed pura & integra noſtra bona voluntate ſecundum edicti paginam, communiter & legaliter dato conſenſu, per hanc cartulam venumdamus*

*& tradimus vobis* Petro (1) Epiſcopo ſancte Piſane Eccleſie, *& Ildebrando, atque Gerardo, Teperto, & Leoni* Conſulibus Piſanis, *& Widoni, atque Rainerio, germanis filiis quondam Rainerii, Caſtellum & Pojum de Montemaximo, qui dicitur Ortale, cum Curte ejus, & cum omnibus rebus & pertinentiis ad eumdem Caſtellum & Pojum, & Curtem pertinentibus. Ut omnia, que ſuperius leguntur, cum inferioribus & ſuperioribus, ſeu cum finibus & ingreſſibus ſuis, & cum omni jure & actione ſua, ſit in poteſtate veſtra, qui ſupra Epiſcopo, & Conſulibus, atque germanis proprietario jure. Quam noſtram venditionem ſi nos, qui ſupra, jugales, & jam dicto Rainulfo, vel noſtri heredes, ſive cui nos dediſſemus, aut dederimus, retollere vel minuere quæſierimus per aliquod ingenium tibi, qui ſupra Epiſcopo & Conſulibus atque germanis, vel veſtris heredibus, aut cui vos eam dederitis, vel habere decreveritis, & eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus, & non defenſaverimus, ſpondemus nos vobis componere ſupraſcriptam noſtram venditionem & traditionem in duplum in ferquido loco ſub eſtimationem, qualis tunc fuerit. Unde a vobis qui ſupra germanis, & ab Ildebrando Judice pro perſona Epiſcopi, & ab Ildebrando & Teperto Conſulibus anulum aureum pro perſonis veſtris, & predictorum Conſulum recepimus in prefinito. Et in tali ordine hec ſcribere rogavimus Ubertum Notarium.*

*Actum in Burgo ſupraſcripti Ortalis.*

*Signa ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ſupraſcriptorum jugalium, & jam dicti Rainulfi, qui hanc cartulam communiter & conſentientes rogaverunt fieri.*

*Ego Bonus ſacri Lateranenſis Palatii Judex interfui.*

*Signa ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ manuum Gerardi Vicecomitis filii quondam item Gerardi Vicecomitis, & Petri quondam Albizonis, & Athi quondam Marignani, & Leonis de Vicedomino, & Heinrici, & Rodulfi germani quondam Walfredi, & Alberti quondam Lanfranchi, teſtium.*

*Ego Ubertus Notarius poſt tradita complevi & dedi.*

*Iſta Cartula facta eſt eo tenore, quod ſi predicti germani Wido & Rainerius, aut eorum Miſſus, poſtquam nos per bonam fidem jurabimus de Predio de Pandojano, parati fuerint dare & perſolvere ab his Kalendis Januariis proxime venturas, nobis predictis, vel ad Miſſo noſtro, aut prefato Archiepiſcopo & Conſulibus, bonorum Denariorum Lucenſium expendibilium Solidos quatuordecim millia, aut alias res, que nobis placeant, aut per tres terminos, aut omnes ſimul, ita tamen quod ſi predictos Denarios per tres terminos ſolverint, dent eos in poteſtate predicti Epiſcopi & Conſulum. Si verò totos ſimul perſolvere parati fuerint, nobis exſolvant, aut Miſſo noſtro. Qui ſi taliter parati facere fuerint, aut ſi per eos non ſteterit, vel factum fuerit, quominus id fiat, & nos noſtram portionem de Pojo & Caſtello de Pandojano, cum noſtra Curte de Parrana, cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum omni jure, & actione, que nobis inde quocunque modo pertinent, per bonam fidem reddiderimus, & eos in vacuam poſſeſſionem introduxerimus, & in poteſtate eorum penitus deliberabimus, ſicut in Cartula, quam nos eis fecimus, continetur, iſta Cartula ſit inanis & vacua, & in*

*noſtra*

(1) *Petro Epiſcopo*, qui infra appellatur *Archiepiſcopus*. Animadverte, Caſtellum hoc venundari tam Archiepiſcopo quam Conſulibus. Id factum puto, aut quod eo tempore Archiepiſcopus particeps erat regiminis temporalis in Piſana Civitate, aut quod haec acquirerentur Operae Piſanae Eccleſiae. Quod & a ſubſequentibus Actis deduci poſſe videtur.

*noſtra deveniat poteſtate. Quod ſi taliter nobis parati facere fuerint, aut ſi per nos ullo modo ſteterit, vel aliquo noſtro malo ingenio, vel fraude factum fuerit, quominus id fiat, nos aut predictam noſtram portionem de Pojo & Caſtello de Pandojano, & Curtem de Parrana non reddiderimus, ut dictum eſt, habeatis vos predicti germani, veſtrique heredes, aut cuicunque dederitis predictum Caſtellum de Ortale & Curte, nomine proprietario ad faciendum exinde quicquid volueritis abſque omni calumnia. Videlicet ſi centum Solidos inſuper nobis perexſolveritis, aut ſi per nos ſteterit, & eos conſignatos depoſueritis, & inſuper venditionis Cartulam, quam fecimus, & ipſa traditio de Pan-* A *dojano in vos firma & ſtabilis permaneat, & nullo unquam careat effectu. Hec omnia cum proprio firmavimus ſacramento, & omni privilegio vel juri, quod nobis contra hec competere potuiſſet, renuntiamus. Nos etiam Caſtellum & Curtem predicti Ortalis a vos precario poſſidentes, ſpopondimus nos nomine penſionis exſolvere Denarios ſex in menſe Auguſti in veſtra Curte de Montemaximo vobis,* B *vel ad M'ſſo veſtro per nos, vel per Miſſo noſtro, & alios ſex Epiſcopo & Conſulibus, & proinde ad defendendum, qui per manum tenet a pena quingentas Libras argenti optimi ſupraſcripto datare, meritum, & teſtes.*

Venditio ejuſdem Caſtelli & Curtis de Montemaximo, facta ab aliis condominis eidem Petro Epiſcopo & Conſulibus Piſanis. Anno 1109.

*IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab Incarnatione ejus Milleſimo Centeſimo Decimo, Tertio Idus Decembris, Indictione Tertia. Maniſeſti ſumus nos Vuido, que Malaparita vocatur, & Rainerius, que Pallo vocatur, germanis filiis quondam Rainerii, & Galdia mulier predicti Widi, & filia quondam Gerardi, & Suffia mulier predicti Rainerii, & filia Petri, quia communiter & conſentientes, ubi & ſecundùm Lege intereſſe videtur notitia Ildibrandi Judicis, ad quod ſecundùm Lege interrogate & cognite ſumus nobis, quod nullam paſſe ſimus violentiam, ſed pura & integram bona voluntate ſequenter etdicti paginam comuniter & conſentientes, per hanc Cartulam venumdamus & tradimus vobis Lanbetto & Gilicione & Rainulfo germanis filiis quondam Ubaldi, &* Petro Archiepiſcopo Piſenſe, *& Il-* C *dibrando & Teberto* Conſulibus, *ideſt Curtem & Caſtellum noſtrum, quod dicitur Montemaximo cum ......... pertinentiis & jacentiis, quae ad predicta Curte & Caſtellum eſt pertinentes vel aſpicientes, ut dictum eſt, predicta Curte & Caſtellum, ſicut ſuperius leguntur, in integrum cum inferioribus & ſuperioribus ſuis, ſeu cum acceſſionibus &* D *ingreſſoras ſuas vobis eas comuniter & conſentientes venumdamus & tradimus, & per ſupraſcriptam noſtram venditionem & traditionem recepimus meritu da predicto Gilicione........ pro perſona fratrum ſuorum, & da Ildibrando Judice pro perſona Archiepiſcopi, & Conſulum anulo uno de auro in prefinito....... qui ſupra jugalibus comuniter & conſentientes, una cum noſtris eredibus vobis, qui ſupra germanis, &* E *Archiepiſcopus & Conſulibus, vel ad veſtris ered....... cui vos ſupraſcripta*

noſtra

noſtra venditionem & traditionem dederitis, vel abere decreveritis, ut ſi nos vobis eas aliquando tempore in alico exinde intentionaverimus, aut retolli vel ſuptragi queſierimus, nos vel ille omo, cui nos eas dediſſemus, aut dederimus per quolibet ingenium. Et ſi nos exinde auctores dare volueritis, & eas vobis ab omnibus hominibus defendere non potuerimus & non defenſaverimus, ſpondimus nos vobis conponere iſta noſtra venditionem & traditionem in duplum in ferquidem loco ſub eſtimationem quales tunc fuerit. Sic tamen ſi nos exinde auctores nec defenſores quere nec dare volueritis, licentiam habeatis apſque noſtram perſonam, ſi veſtra fuerit voluntas, cauſa exinde agendi, reſponſum reddendi, finem ponendi, modis homnibus vobis eas defenſandi cum Carta ipſa, vel qualiter juſta Lege melius potueritis, quia in tali ordine & Carta Albertus Notarius ſcribere rogavimus.

Actum loco & finibus Parrana infra ipſo Caſtello.

Signa ✠ ✠ ✠ ✠ manuum ſupraſcripti Widi, & Rainerii germanis & Gaſdie, & Suſie jugalibus, qui comuniter & conſentientes anc Carta fieri rogaverunt.

Signa ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ manuum Gerardi Vicecomitis & Acthonis quondam Marignani, & Petri quondam Albithi, & Rodulfi quondam Walfredi, & Ildibrandi quondam Ildibrandi teſtium.

Ego Ildebrandus Judex ſacri Palatii Lateranenſis interfui & ſubſcripſi.

Ego Rainerius Cauſarum patronus interfui & ſubſcripſi.

✠ Ego Bernardus Cauſidicus interfui.

Ego Albertus Notarius Donni Regis poſt tradita complevi & dedi.

Iſta Carta facta eſt eo tinore, ut ſi nos, qui ſupra jugalibus vel noſter Miſſus dederimus vobis & perexolverimus,

A qui ſupra filiis Ubaldi, vel veſtro certo Miſſo ab is Kalendis Jenuarii proxime venturis uſque ad alias Kalendas Jenuarii proxime venturas Libras ſeptecentum de bonis Denariis expendibilis de Moneta de Luca, viginti Solidos per omnes Libras ractionatas, ſi taliter adimpleverimus & conſervaverimus infra predictum conſtitutum, vel in valentes B de terra, ſi placuerit vobis, qui ſupra filiis Ubaldi, vel ſi terra non placuerit, in bonis Denariis expendibilibus de Moneta de Luca, vel partem in terra, partem in Denariis, ſi vobis placuerit, iſta Carta ſit inanis & vacua, & in noſtra deveniat poteſtatem. Et ſi nos, qui ſupra Wido & Rainerius germanis, vel noſtris jugalibus, vel noſter C Miſſus, non dederimus & non perexolverimus vobis, qui ſupra filiis Ubaldi, vel certo Miſſo infra predictum conſtitutum ſupradictas ſeptecentum Libras, vel in valentes de terra, ſi convenire nobiſcum volueritis in totum vel in parte, vel ſi convenire de terra non volueritis, vel totum in terra aut in Denariis boni expendibilibus, & nos, qui D ſupra jugalibus, non dederimus, & non perexolverimus vobis, qui ſupra, filiis Ubaldi, vel certo veſtro Miſſo infra predictum conſtitutum ſupra dictas ſeptecentum Libras, vel in valentes de terra, ſi convenire nobiſcum volueritis in totum vel in parte, vel ſi convenire non volueritis, vel totum in terra, vel partem in terra, aut in Denariis boni ex- E pendibilibus, & nos qui ſupra jugalibus non dederimus & non perexolverimus vobis, qui ſupra, filiis Ubaldi illut pretium, ſicut ſuperius legitur, tunc exinde in antea abeatis & teneatis ſupraſcripta Curtem & Caſtellum cum omnibus ſuis pertinentiis jure proprietario, ad faciendum exinde quidquit volueritis abſque homni noſtra, noſtrorumque eredum contradictione.

Item

A *Item facta eſt ec Carta ſub oc alio tinore, quod nos, qui ſupra Wido & Rainerius germani, & Gaſdia, & Suſia jugales, vel aliqua noſtra ſummiſſa perſona, non tollemus neque minuemus vobis, qui ſupra filiis, Ubaldi Caſtellum & Curte de Pandojano, & de Parrana, & eorum pertinentias, neque offendemus ſtudioſe ad veſtram dannietatem.* B *Et ſi ec vel ea, que ſcripta ſunt, non obſervaverimus & non adimpleverimus, & vos, qui ſupra, filius Ubaldi dederitis nobis vel noſtro Miſſo Solidos centum, & ſi recipere noluerimus, conſignaveritis & depoſueritis, tunc exinde in antea abeatis & poſſideatis ſupraſcriptam noſtram Curtem & Caſtellum cum omnibus eorum pertinentiis* C *jure emtoris ſeu nomine venditoris apſque bomni calumnia. Et ſi jus vel lex aliqua iſtis noſtris conventionibus contraria inventa fuerint, illis renuntiamus in oc contractum adque reſpuimus, & de illis ſubdeſcendere volumus.*

*Supraſcripto Rainerius per parabola Widoni fratri ſui, & Gaſdie & Suſie uxorum ſuarum inveſtivit, & in* D *vacuam poſſeſſionem de predicto Caſtello pro Caſtello & Curte, & ejus pertinentiis miſit Guilicionem filio Ubaldi, pro illo & pro ſuis fratribus, & pro Archiepiſcopo & Conſulibus, & ipſe Guilicionem dejecit ſupraſcriptum Rainerium de ipſo Caſtello, & in vacuam poſſeſſionem remanſit. Sic etiam per parabola ſuorum fratruum, & Archiepiſcopi,* E *& Conſulum conceſſit precario iſtum Caſtellum cum Curti & ejus pertinentiis Widoni, & Rainerio germanis, ut per eos detineant, uſque ad predictum conſtitutum, & eis, vel eorum Miſſo perſolvant duodecim Denarios nomine penſionis in menſe Auguſto in Caſtello de Montemaximo, quod dicitur Ortale.*

*Juramus nos, qui ſupra Wido & Rainerius germanis, & noſtris uxoribus ad ſancta Dei Evangelia, quod non apparebit ullum datum vel factum, vel obligatio aliqua, unde danietas deveniat predictis filiis Ubaldi, vel ſcripto, quod eis fecimus. Juramus etiam nos, & omnes Caſtellani de noſtro Montemaximo, & ejus abitatores, quod ſi infra predictum conſtitutum ea, quae ſuperius leguntur, non adimpleverimus, tunc exinde in antea non agemus neque cauſabimus neque intentionabimus predictum Caſtellum & Curtem contra filios Ubaldi, vel eorum eredes, vel cui ipſi dederint, neque contra Epiſcopum vel Conſules, ſet per bonam fidem eis concederemus, & nos predictis Caſtellanis virtutem non faciemus, ut hoc non obſervent. Juramus etiam nos, qui ſupra, germani, & noſtre uxores, quod ſi taliter non adimpleverimus, & non obſervaverimus, non agemus, neque intentionabimus, neque moleſtabimus ullo modo filios Ubaldi de Caſtello de Pandojano ac Curte de Parrana, vel eorum pertinentiis, ſet eis in pace relinquemus.*

*In repromiſſio de iſta Carta poſt traſapto conſtituto ad defendendum, & quod per manum tenet ad penam argentum optimum Libras quingentas ad ſupraſcripto Datare, & merito, & teſtibus.*

Obli-

## Obligatio facta ab Ubaldo, & Mathilda ejus Conjuge, Petro Piſano Archiepiſcopo, Conſulibus Piſanis, & Operariis Eccleſiae Piſanae, de ſervando ad eorum opus Caſtello & Podio Ripaefractae. Anno 1110.

*IN nomine Domini Dei viventis. Breve ad memoriam........ & ſecuritate, quam Ubaldus filius quondam Siſmundi fecit* Petro Piſano Archiepiſcopo, *ſuiſque ſucceſſoribus &* Operariis (1) *Sancte Marie, &* Piſanis Conſulibus, *ad utilitatem predicte Eccleſie, & Piſani Populi in perpetuum. Convenit ſiquidem atque firmavit ipſe Ubaldus, dicens ita. Ego Ubaldus, & Matilda uxor mea, vel noſtri heredes & proheredes ab hac ora in antea in perpetuum, Caſtellum & Podium, qui dicitur Ripafracta, nec aliquid habeo, quod in predicto Caſtello mittetur cum omnibus ejus pertinentiis & abjectis, ſicut vobis per cartam dedimus, non tollemus nec contendemus Eccleſie Sancte Marie Piſani Archiepiſcopatus, nec Petro ejuſdem Eccleſie Archiepiſcopo, vel ejus ſucceſſoribus, nec Operariis predicte Eccleſie, qui pro tempore ibi fuerint. Nos nec aliqua perſona noſtro conſilio vel ingenio aut aſſenſu, adjutores erimus vobis retinendum contra omnem perſonam per bonam fidem ſine fraude. Et ſi qua perſona predictas res vel omnes vel aliquas vel unam vobis abſtulerit, adjuvabimus eas vel eam recuperare per bonam fidem, & recuperata retinere. Turriſianum in predicto Caſtello & Podio non mittemus ſine conſilio predictorum; & ille Turriſianus, qui comuni conſilio miſſus fuerit, comuni ſacramento firmabit nos & vos de omnibus ſupradictis ſine fraude ex noſtra parte & veſtra, ſicut legaliter uſus eſt de Caſtello & Curte & Podio & ceteris pertinentiis inter bone fidei conſortes. Caſtellanum, nec abitatorem in predicto Caſtello & Podio non mittemus, niſi eum, qui per ſacramentum firmabit communiter veſtra predicta & noſtra ſine fraude alterius utriuſque partis, ſecundum legalem uſum inter bone fidei conſortes. Item nos ſupradicti noſtras partes de predicto Caſtello & Podio, nullo modo vel ingenio per nos vel ſummiſſam perſonam dabimus vel concedemus, vel pro anima judicabimus, nec alio ingenio alienabimus Eccleſie Lucenſis Comitatus vel Civitatis, nec alicui perſone, vel aliquem locum Lucenſis Civitatis vel Comitatus, nec permutabimus, nec alicui Eccleſie vel perſone vel loco Piſane Civitatis vel Comitatus, niſi ſub ea conditione & modo, quod nullo ingenio vel modo predictum Caſtellum vel Podium vel aliqua pars ejus perveniat in Eccleſiam vel perſonam vel aliquem locum Lucane Civitatis vel Comitatus. Item volo, & mea bona & ſpontanea voluntate obligo meas partes de predicto Caſtello & Podio & de diſtrictu & ripa & placitis & comandiſiis, ſupraſcripto Caſtello & Podio pertinentibus, cum ceteris terris & poſſeſſionibus mihi pertinentibus, que ſunt in Comitatu Lucenſi, ut ſint in jure pignoris predicte Eccleſie Archiepiſcopatus Sancte Marie in perpetuum. Item volo, ut predicte mee terre & poſſeſſiones, que in Comitatu Lucenſis ſunt, pertinentes ad predictum Caſtellum & Podium, ſi alico tempore ad venditionem earum inclinabimus, vel ad commutationem,*

(1) *Operarii* fuerunt, qui *Operae*, ſive ut alibi dicitur, *Fabricae* Piſanae Eccleſiae praeerant.

*mutationem, dabimus eas vobis, ſi emere vultis, vel commutare, pro tanto pretio, quantum ab aliqua perſona habere potuerimus in veritate ſine fraude & odio. Item nos ſupradicti ſtudioſe non offendemus vos Archiepiſcopum Piſane Eccleſie vel veſtrum ſucceſſorem, nec Operarios Sancte Marie, vel Commune Piſane Civitatis, de predictis noſtris partibus predicti Caſtelli & Podii, & ad honorem Sancte Marie Piſane Civitatis, & ejus Archiepiſcopi, ſuorumque ſucceſſorum, & ad honorem communem Piſane Civitatis adjuvabimus de noſtris portionibus predicti Caſtelli & Podii contra omnem perſonam. Item nullum adquiſitum faciemus in predicto Caſtello & Podio, quod vobis medietatem non demus, ſi recipere vultis, recipiendo medietatem pretii a vobis per bonam fidem, quam ibi dederimus per nos, vel per ſummiſſam perſonam, niſi dono datum ſit nobis vel conceſſum. Item ſtudioſe non capiemus, nec aliqua perſona noſtro conſilio vel aſſenſu, aliquam perſonam Piſane Civitatis, & Kintice, & Foreporte, & de eorum burgis, vel eorum pecuniam, excepto pro merito caput tantùm ab illo videlicet, qui nobis injuriam vel damnum intulerit, & nullum refugium dabimus de predictis noſtris partibus predicti Caſtelli & Podii, alicui perſone contra vos Piſanum Archiepiſcopum, veſtroſque ſucceſſores, & Commune Piſane Civitatis, vel aliquam perſonam Piſane Civitatis, & Kintice, & Foreporte, vel de eorum burgis. Et ſi omnia, que ſupra dicta ſunt, taliter a nobis, noſtriſque heredibus & proheredibus in perpetuum, facta & conſervata non fuerint aliquo modo vel ingenio, tunc inde in antea prefate noſtre partes predicti Caſtelli & Podii, & deſtrictu, & ripe, & placiti, & comandiſie, & terris & poſſeſſionibus, que ad predictum Caſtellum & Podium ſunt pertinentes in Comitatu Lucenſi, que omnia, ut ſupra dictum eſt, jure pignoris obligavi, ſint in poteſtate & proprietate ſupraſcripte Eccleſie Archiepiſcopatus Sancte Marie in perpetuum, & prefatus Archiepiſcopus & ſui ſucceſſores, & Piſani Conſules in perpetuum habeant inde poteſtatem faciendi quidquid voluerint ad honorem & utilitatem predicte Eccleſie & Civitatis, abſque omni calumnia, & controverſia. Et inſuper volo & obligo me & meos heredes & proheredes in perpetuum, quod ſimus compoſituri ad partem predicte Eccleſie, ſuiſque Rectoribus, & Comunem Civitatis, penam argenti optimi Libras centum.*

*Hactum in Cimiterio predicte Eccleſie Sancte Marie, preſentia teſtium Ildibrandi Vicecomitis filii quondam Sigheris Vicecomitis, & Gerardi Vicecomitis filii quondam item Gerardi Vicecomitis, atque Teperti quondam Dodi, & Sicheris Vicecomitis filii quondam item Sicherii Vicecomitis, & Gerardi filii Ugonis Vicecomitis, & Guidonis, qui Caimo vocatur, quondam Leonis, & Rainerii quondam Ugonis, Turchis quondam Guidonis, Signorelli quondam Pandulfi, Ugonis quondam Ghinari.*

*Anno Dominice Incarnationis Milleſimo Centeſimo Undecimo, Regnante Donno noſtro Henrico, Anno Regni ejus in Italia Primo, Undecimo Kalendas Decembris, Indictione Quarta.*

*Signum ✠ manus ſupraſcripti Ubaldini, qui hoc Breve rogavit fieri.*

*Ego Bentho ſacri Lateranenſis Palatii Judex ſubſcripſi.*

*Ego Bonus ſacri Lateranenſis Palatii Judex ſubſcripſi.*

*Ego Beritho Judex ſubſcripſi.*

*Ego Manfredus Cauſidicus ſubſcripſi.*

*Ego Ugo Notarius Apoſtolice Sedis ibi fui, & rogatu ſupraſcripti Ubaldi ad memoriam futuris temporibus hoc Breve ſcripſi.*



Sententia

## Sententia Piſanorum Conſulum pro Petro Epiſcopo Piſano contra occupatores quoſdam bonorum Eccleſiae Piſanae. Anno 1112.

*IN nomine ſancte & individue Trinitatis, amen. Dum in Dei nomine apud Forum Piſane Civitatis, que* Curia Marchionis *appellatur*, Conſules Piſanorum *& Populus convenissent, ut de terris & poſſeſſionibus Piſani Epiſcopatus, a quibuſdam injuſte detentis, tractarent atque conſulerent, cum etiam ob eamdem cauſam* Donnus Petrus Epiſcopus *adeſſet, Guido filius quondam Leonis, qui qualdam terras & poſſeſſiones Piſani Epiſcopatus injuſte detinebat, comuni conſilio & decreto Conſulum & totius Populi, predicto Epiſcopo, qui de heis jamdiu querimoniam fecerat, & in eodem Foro tunc etiam faciebat, per fuſtem, quam in ſua tenebat manu, finem & tranſactionem atque refutationem fecit de omni jure & actione, quod ſibi aliquo modo pertinebat de quibuſdam terris, quas Guido Mala-noz in beneficio quondam habuit, & juris erant ejuſdem Epiſcopatus. Quod numquam ullo tempore nec ipſe nec ſui heredes, nec aliquis pro eo agere aut cauſare ſeu moleſtare ſive per placitum ſatigare non debet predictum Epiſcopum nec ſuos ſucceſſores per aliquod ingenium. Et inſuper penali ſti-* A *pulatione duocentum Librarum obtimi arienti predictus Guido, ſe ſuoſque heredes obligavit, ipſi Epiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus, ſi contra quod ſupra dictum eſt, faceret, & ſi ſic non obſervaret. Que omnia etiam jurejurando ſuper ſacroſancta Dei Euangelia preſtito in eodem Foro confirmavit. Unde predictus Epiſcopus illi meritum fecit an-* B *nulum aureum, confirmandum juxta legem, ut magis omni tempore hec refutatio & obligatio ſit valentior, & inviolabilis perſeveret.*

*Hoc factum eſt in preſentia Mainfredi quondam Rollandi, & Gualandi quondam Gualandi, & Guilielmi quondam Guinti, & Alberti quondam Bernardi, & Alberti quondam Rainolfi,* C *& Pandulfi quondam Ildebrandi, & Balduini quondam Ildebrandi, & Guidi quondam Bernardi & aliorum multorum.*

*Anno Dominice Incarnationis Milleſimo Centeſimo Duodecimo, ipſo die Kalendis Genuarii, Indictione Quinta.*

*Actum in predicta Curia.*

*Ego Rodulfus Notarius Apoſtolice Se-* D *dis ob futuram memoriam ſcripſi.*

## Juramentum fidelitatis, factum a Caſtellanis & Habitatoribus Caſtelli Vivagii, Petro Archiepiſcopo Piſano. Anno 1115.

*IN nomine Domini noſtri omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Nos infraſcripti Caſtellani & habitatores de Caſtello Vivagio juramus fidelitatem Sanctae Mariae Piſanae matri Eccleſiae, &* Petro Dei diſpoſitione reverentiſſimo ejuſdem E ſanctae Eccleſiae Archiepiſcopo, *ſuiſque ſucceſſoribus, videlicet, quod ab hinc non erimus in conſilio vel facto aut aſſenſu, quod ipſi perdant vitam vel membra, vel capti ſint ad eorum dannum & dedecus. Et quidquid ſub ſecreti nomine nobis aut ipſi dixerint,*

*aut*

*aut per nuntium, vel per literas ſignificaverint, aliquo ingenio non manifeſtabimus ad illorum contrarietatem in danno aut dedecore. Similiter quidquid juris ipſi habent aut habebunt in Caſtello & Curte de ſupraſcripto Vivagio, vel in omnibus ſuis pertinentiis quocunque modo nos eis tollemus aut contendemus, ſed adjuvabimus eos retinere & recuperare, & recuperata iterum retinere per bonam fidem. Ipſum etiam Caſtellum dabimus predicto Domno Archiepiſcopo, & ſuis Succeſſoribus, & Piſano Populo ad illorum proprium biſonium & propriam litem contra omnes homines, exceptâ in hac causâ juſtitiâ Comitiſſe Cecilie ab Ugone Comite filiatro ſuo ſibi conceſsâ & juſtitiâ Morronenſis Eccleſie, & juſtitiâ aliarum Eccleſiarum, que ſunt in iſto confinio, ideſt in pertinentiis predicti Caſtelli, & ſalvo jure noſtro in noſtris rebus. Et in hoc exceptamus tantum perſonas noſtrorum Dominorum, quos modò habemus, de noſtris tantum perſonis, videlicet ut ſimus abſoluti in iſta tantum cauſa de noſtris ſolum perſonis, adverſus ſolas perſonas predictorum Dominorum noſtrorum. Similiter contrarii non erimus per nos nec per ſubmiſſam perſonam jam dicto Domno Archiepiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus ad acquirendum quidquid ipſi ibi acquirere potuerint. Hec omnia juramus, & ſervare promittimus per bonam fidem ſine ullo malo ingenio, & ita hec ſcribere ad memoriam in futurum habendam rogavimus Bonum, ſacri Lateranenſis Palatii Judicem.*

*Actum in Burgo prenominati Caſtelli, Anno Dominice Incarnationis Milleſimo Centeſimo Quintodecimo.*

*Interfuerunt autem huic cauſe predictus Bonus Judex, & Gerardus Romane Sedis & Piſane Eccleſie Camerarius, vir probandus.*

*Ego Paganus Notarius Apoſtolice Sedis, rogatu iſtius Boni Judicis, omnia iſta ſcripſi.*

## Charta Uberti Abbatis Monaſterii S. Juſtiniani in Epiſcopatu Maſſenſi, per quam concedit Operae, ſive Fabricae Piſanae Eccleſiae aliquot portiones Caſtelli, & Rochae Plumbini, aliaque bona in commutationem recipit. Anno 1115.

*IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab Incarnatione ejus Milleſimo Centeſimo Decimo Sexto, Sexto Calendas Octubris, Indictione Nona. Manifeſtus ſum ego* Ubertus Abbas Monaſterii Sancti Juſtiniani, *quod eſt fundatum & edificatum in Epiſcopatu Maſſenſi in loco, ubi dicitur Faleſia, quia tu Ildibrandus Judex, Procurator, & Rector Operae Piſanae Eccleſiae Sanctae Mariae, una ſub preſentia Conſulum, Vicecomitum, Judicum, & Sapientum veſtrae Piſanae Civitatis, conveniſti mecum, ut ad comunem, & utilitatem utriuſque noſtrae & veſtrae Eccleſiae, commutationem faceremus de quibuſdam rebus juri ſupraſcriptarum Eccleſiarum ſubjectis. Proinde ſub publica preſentia omnium elegimus bonae fidei homines, Bernardum videlicet Diaconem ſupraſcriptae noſtrae Eccleſiae & Monaſterii Sancti Juſtiniani, & Neum quondam Guidi, atque Ugonem quondam item Ugonis, & ........ Qui rationabiliter diſcernerent res ipſas, quas commutare diſpoſueramus ad utilitatem utriuſque Eccleſiae. Et cognita veritate invenerunt, res juris noſtri Monaſterii oportunas eſſe veſtrae Eccleſiae, & res veſtrae Eccleſiae oportunas eſſe noſtro*

Monaſterio ad meliorationem comodi, ſecundùm extimationem rerum commutandarum. Unde ego prefatus Ubertus Abbas in Dei nomine & timore per hanc commutationis cartam cedere & in immutabilem traditionem largiri videor tibi Ildibrando Judici ad partem & proprietatem ſupraſcriptae veſtrae Piſanae Eccleſiae, tres partes integras de Caſtello & Rocca Plumbini, quae eſt ſita & poſita ſupra mare, cum turribus & podio, cum caſis & edificiis & terris, tam infra ipſum Caſtellum & Roccam, quàm & de foris. Item de Curte & terris, vineis, ſilvis, virgareis, pratis, paſcuis, cultis & incultis & maſſariciis & diſtricto & omnibus pertinentiis, aliquo modo per quodlibet ingenium ad ipſum Caſtellum & Roccam ſeu Curtes pertinentibus vel aſpicientibus per hos terminos & fines, quos hìc nominamus. Videlicet a Capethólo ad Mare uſque ad Bracam-lamam, & a Braca-lama uſque ad Leciam-pertuſam, & a Lecia-pertuſa uſque ad Rivum-ſenalem, ſicut ipſe currit, & mittit in mare. Predictas tres partes integras de ſupraſcripto Caſtello & Rocca Plumbini, cum turribus & podio, caſis & edificiis, & de Curte & terris & maſſariciis & omnibus pertinentiis ſuis, cum omni jure & actione & diſtricto pertinentibus tam intus quam deforis ad ipſis Caſtellum & Roccam in integrum tibi, ut dictum eſt, cedo & trado; ut ab hac hora in antea ſit proprii juris ſupraſcriptae veſtrae Piſanae Eccleſiae. Pro qua noſtra commutatione & traditione recepi a te, qui ſupra Ildibrando Judice ex parte veſtrae Eccleſiae, unam petiam de terra poſitam prope Civitatem Piſanam, juxta Eccleſiam & Monaſterium Sancti Nicholai, quae tenet unum caput in via publica, alind caput cum ambobus lateribus in terra ſupraſcriptae veſtrae Eccleſiae, & eſt per menſuram ad juſtam perticam menſurata, Scalae quatuor. Et inſuper centum quinquaginta Libras bonorum denariorum Lucenſium expendibilium, noſtrae Eccleſiae & Monaſterio neceſſarias ad edificationem & reſtaurationem ejuſdem noſtrae Eccleſiae, & in theſauris librorum & paramentorum ipſius; ut praedicta petia de terra, & ſupraſcripta tria milia Solidorum deinceps in antea ſint proprii juris ipſius noſtrae Eccleſiae & Monaſterii Sancti Juſtiniani de Faleſia. Et ut in futuro omnibus temporibus ſtabilis & firma permaneat noſtra commutatio, repromitto ego, qui ſuper Ubertus Abbas, vel aliquis meorum ſucceſſorum, ſi venire temptaverimus per aliquod ingenium, aut ſi predictam commutationem remutare, aut in aliquo diminuere queſierimus ullo modo & eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus, & non defenſaverimus, ſpondeo ego, qui ſuper Ubertus Abbas una cum meis ſucceſſoribus, componere tibi, qui ſuper Ildibrando Judici, tuiſque ſucceſſoribus ad partem ſupraſcriptae veſtrae Piſanae Eccleſiae praedictam noſtram commutationem in duplum, & inſuper penam auri optimi Librarum centum, quia taliter inter nos convenimus. Unde duas commutationis cartas ſcribere rogavimus Falconem Judicem & Notarium ſacri Palatii.

Actum foris Civitate prefata Piſanorum juxta predictam majorem Eccleſiam feliciter.

✠ Ego Ubertus Abbas Monaſterii Sancti Juſtiniani de Faleſia in hac cartula a me facta ſubſcripſi.

Signa ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ manuum Teperti filii quondam Dodonis, Alberti quondam....... Dodonis quondam Ildibrandi, Gerardi filii Ugonis Vicecomitis, Alberti quondam Balduini, Sofredi quondam Gulielmi, Panulfi & Benedicti germanorum quondam item Be-

*Benedicti, Petri quondam Ugonis, Uberti quondam item Uberti, Malagalie quondam ....... qui interfuerunt rogati teſtes.*

*Predictus Ubertus Abbas exceptavit & antepoſuit de ſupraſcriptis tribus partibus foris de ipſa Rocha & Caſtello & Podio, decem & octo Maſſarios cum ſuis pertinentiis, & illa donicata laborata, quae ipſe ad manum ſuam propriam laborat & detinet. Nomina autem eorumdem Maſſariorum ſunt haec: Albertus filius Aſterboſi; Bonellinus; Petrus Boneſtae; filii Stephani Rillii; filii Johannis Thoppi; filii Martini de Atha; Gallettus; filii Caſtagneſi; filii Petri de Sancto Frigiano; Martinus Cigarellus; filii Riccii; Dominicus Longus; Bonone privignus Faramballii; Buniolus; Gerardus Blancardini; Martinus & Vitalis nepotes Sabbatini; filii Guidonis Talenti; Sabbatinus Albiſcinus.*

*✠ Ego Falco Judex & Notarius ſacri Palatii poſt traditam complevi & dedi.*

## Venditio tertiae partis Caſtelli, Podii, & Curtis de Caſaja, facta a quibuſdam Gratiano Vicedomino Eccleſiae Piſanae. Anno 1115.

*IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Anno Incarnationis Dominice Milleſimo Centeſimo Sextodecimo, Quarto Idus Septembris, Indictione Octava. Manifeſti ſumus nos Golſo quondam Raimundi, & Adaleita jugales & filia quondam Leonis, quia conſentiente mihi ſupraſcripto viro meo, ubi intereſſe videtur notitiam Ildebrandi Judicis ſacri Lateranenſis Palatii, a quo ſecundùm Legem interrogata & cognita ſum, quod nullam me pati violentiam, ſed pura & integra mea bona voluntate, ſecundùm edicti paginam, communiter & conſentientes per hanc cartulam venundamus & tradimus tibi Gratiano Vicedomino Epiſcopatus Sanctae Mariae, tertiam partem integram de noſtris partibus, quae ſunt tres partes de Caſtello & Pojo & Curte de Caſaja, & tertiam partem integram de hoc, quod nobis pertinet, ultra tres partes in Curte predicti Caſtelli. Exceptamus & anteponimus inde unam Caſam, quam habent filii ....... & duas petias de terra foris ipſo Caſtello, una quae eſt in Podio de ipſo Caſtello, & eſt ſiſtariorum unum, alia verò petia eſt poſita juxta fluvio Dommia, & eſt ſiſtariorum duo. Ut jam dictam tertiam partem de noſtris partibus de predicto Caſtello & Pojo & Curte preter illud, quod ſupra exceptavimus, cum omnibus adjacentiis & pertinentiis ſuis in integrum cum inferioribus atque ſuperioribus, ſeu cum finibus & ingreſſibus ſuis, & cum omni jure & actione ſua ſit in poteſtate tua, qui ſupra, Vicedomino, proprietario jure. Quam noſtram venditionem & traditionem ſi nos, qui ſupra, jugales, vel noſtri heredes, ſive cui nos eam dediſſemus aut dederimus tibi, qui ſuper, Vicedomino, tuiſque ſucceſſoribus, aut cui vos eam dederitis vel habere decreveritis, retollere vel minuere queſierimus per quodlibet ingenium & ſi eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus & non defenſaverimus, ſpondemus nos vobis componere ſupraſcriptam noſtram venditionem & traditionem in duplum in ferquido loco ſub eſtimationem, qualis tunc fuerit. Unde meritum recepimus a te, qui ſupra, Vicedomino anulum aureum per Solidos quattrocentum in preſtatio. Et in tali ordine communiter & conſentientes*

*tes*

*tes haec ſcribere rogavimus Ubertum Notarium.*

*Actum infra Caſtello de Camajano.*

*Signa* ✠ ✠ *manuum ſupraſcriptorum Jugalium, qui hanc cartulam communiter & conſentientes rogaverunt fieri.*

*Signa* ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ *manuum Giroldi quondam Alberti, & Widonis atque Bonacii germanorum quondam Teuzi, & Rainerii quondam Bernardi, & Ildebrandi quondam Gerardi, & Widonis filii Bonacii, & Henrici filii Widonis, & Rainerii quondam Beliarde, teſtium.*

A *Ego Ubertus Notarius poſt traditam complevi & dedi.*

*Et ſupraſcripti Jugales communiter & conſentientes miſerunt corporaliter in tenentia ſupraſcripto Vicedomino de predictis rebus & in vacuam poſſeſſionem introduxerunt eum in jam dicto Caſtello. Ideo ſupraſcripti Jugales hanc cartulam fecerunt, quod nulli Epiſcopo Ec-*
B *cleſiae Piſanae liceat ſupraſcriptas res in commutationem dare, ſeu Feudo, vel per Libellum, ſeu Tenimentum, niſi Villanis, ſed ſemper ad manum ſuam habeat & detineat in perpetuum.*

## Sententia Marquardi delegati a Principe pro Silva quadam in controverſiam adducta. Anno 1115.

C IN *nomine Chriſti. Amen. Pro futuris temporibus memoria hunc breve recordationis deſcribere diligenter curavimus. Margoaldus itaque delegatus a* Principe (1) *in Comitatu Piſano pro litibus diffiniendis filio Andree Bombe & Martino filio Johannis dal Pero ſuper Malaparuta. Querimoniam fecerunt de quadam Silva, quam ipſi in pignore habebant a filiis Rodulfi Donnuci. Preſente autem Malaparuta, & Judicibus Cuntolino & Bonto & aliis viris ante predictum Margoaldum aput Maceratam, oſtenſa eſt Carta de nominata Silva. Quam cum vidiſſent Judices & legiſſent, juſſū eis viſum fuit, ut, ſicut in Carta legebatur, prefati omnes Silvam quiete poſſiderent. Data eſt igitur ſententia, ut Malaparuta nominatam Silvam refutaret. Refutavit ergo Malaparuta predictam Silvam, & obligavit, ſe numquam amplius intromittere ſub penam quinquaginta Librarum optimi argenti. Ugo Comes, Tepertus filius Dodi, Anſelmus quondam Carbonis, Rolandus quondam Gerardi*
D *teſtium, & multi alii.*

*Hoc factum eſt Anno Dominice Incarnationis Milleſimo Centeſimo Sextodecimo, Nonis Julii, Indictione Nona.*

*Contolinus Judex & Advocatus ejuſdem Margoaldi interfui.*

## Charta, per quam nonnulli conſtituunt res ſuas ſub defenſione & commendatione Petri Epiſcopi Piſani. Anno 1115.

IN *Chriſti nomine. Breve ad memoriam futuri temporis, qualiter in loco & finibus infra Caſtello de Camajano, in preſentia Gratiani Vicedomini,*
E *& Ildebrandi Judicis, & aliorum hominum, Golfo quondam Raimundi, & Adeleita jugales & filia quondam Leonis, communiter & conſentientes per virgam,*

(1) Quis hoc nomine deſignetur, obſcurum mihi eſt. Potius quam Imperator, Marchio Tuſciae, qui tunc *Ratbodo* fuit, mihi creditur heic intelligi poſſe.

A *gam, quem in ſuis detinebant manibus, miſerunt omnes res ſuas mobiles & immobiles, quas modò habent, vel acquirere debent ipſi & eorum heredibus, ſub tutela & defenſione & commendatione* Petri Epiſcopi Piſane Eccleſie *& ſucceſſorum ejus in perpetuum. Pro qua tutela & defenſione & commendatione ipſe Epiſcopus & ſucceſſores ejus debent accipere ſemel annale prandium in Curte de Caſaja tam a ſuis, quàm ab eorum hominibus, uſque ad quadraginta Milites, ſi neceſſe fuerit, in perpetuum.*

*Hoc factum eſt in preſentia predictorum Vicedomini, ſeu Judicis, atque Giroldi quondam Alberti, & Widonis atque Bonacii germani quondam Teuzi, & Rainerii quondam Bernardi, & Ildebrandi quondam Gerardi, & aliorum hominum.*

B *Anno Incarnationis Dominicae Milleſimo Centeſimo Sextodecimo. Quarto Idus Septembris, Indictione Octava.*

*Ego Ubertus Notarius interfui, & juſſu ſupraſcriptorum Jugalium hoc breve ſcripſi.*

## Donatio facta a Petro Piſano Epiſcopo Eccleſiae S. Stephani de Carraria. Anno 1116.

C *IN nomine Sancte & individue Trinitatis, & unius Deitatis. Amen. Quoniam placuit Sanctis Patribus, & ſuis inſtitutionibus, ideſt ſacris Canonibus ſanciverunt, ut ad ſimilitudinem temporalium nuptiarum & matrimonii, Eccleſie in ipſa ſui conſecratione dotarentur, ideo ego* Petrus, gratia Dei Piſane matris Eccleſie humilis Epiſcopus, D *Eccleſie Protomartiris Stephani de Carraria, ſita juxta mare, in ipſa ejuſdem Eccleſie conſecratione a me celebrata, in dotem atque donationem firmiter & irrevocabiliter dono, trado, atque concedo unum petium de terra cum vinea & terra laboratoria, poſitum juxta prenominatam Eccleſiam, a capite cujus adjacet flumen Cingle, & ab altero capite coheret predicta Eccleſia,* E *& ab uno latere via publica, & ab altero Foſſa, que dicitur Antiqua; & medietatem integram omnium Decimarum, que in territorio ejuſdem Eccleſie & confiniis colliguntur, ſcilicet a Buſcione ad mare, & a mare, ſicut circumdat predictum flumen Cingle. Ut a preſenti die in perpetuum ſint ad uſum & comodum jam prefate Eccleſie, & Petri Presbiteri, & Clericorum, ibidem Deo militantium ac ſervientium. Ut nulla deinceps perſona, nullus Prelatus, vel ſubditus ullus privatus, vel honore aut poteſtate aliqua preditus, hanc noſtram conſtitutionem & diſpoſitionem quicunque predictorum venire temptaverit, & eam quacumque temeritate vel ſuperbia irrumpere & evacuare auſus fuerit, anathematis & maledictionis noſtre, totiuſque noſtre Eccleſie pene ſubjaceat, & inſuper nobis, noſtriſque Succeſſoribus penam centum aureorum perſolvat, niſi penitentia ductus, & ad ſatisfactionem veniens noſtro arbitrio, noſtroque judicio errata correxerit & commiſſa atque delicta emendaverit. Quam noſtram diſpoſitionem & conſtitutionem, ut omni tempore ſuum robur obtineat, & in nullo vacillet, Rodulfo Notario litterarum monimen tradere mandavimus, & noſtre manus ſubſcriptione, & Canonicorum noſtrorum confirmamus.*

*Anno Dominice Incarnationis Milleſimo Centeſimo Sextodecimo, Nonas Februarii, Indictione Nona.*

*Actum aput matrem Eccleſiam Sancte Marie, preſentia Saraceni quondam Savo-*

Savoretti, & Gerardi quondam Martini, & Ruſtici quondam Boniti, & Mainfredi quondam Ildebrandi, & aliorum.

✠ Ego Petrus Piſanae Eccleſiae peccator Epiſcopus in hac Cartula a me facta ſubſcripſi.

✠ Ego Manfridus Turritanus Archiepiſcopus, & hujus ſancte Eccleſie Piſane Canonicus ſubſcripſi.

✠ Ego Ugo Archipresbiter in ac Cartula ſubſcripſi.

Ego Einricus Sacerdos ſubſcripſi.
Ego Martinus Presbiter ſubſcripſi.
Ego Signorectus Presbiter ſubſcripſi.
Ego Berardus Presbiter ſubſcripſi.
Ego Ildebrandus Canonicus ſubſcripſi.
Ego Gerardus Diaconus ſubſcripſi.
Ego Benedictus Subdiaconus ſubſcripſi.
Ego Maurus Subdiaconus ſubſcripſi.
Ego Guido Diaconus ſubſcripſi.
Ego Rodulfus Notarius ſacri Lateranenſis Palatii, hanc conſtitutionis Cartam ſcripſi & manu propria firmavi.

## Venditio Caſtelli & Curtis de Blentina, facta a Robodo Marchione Tuſciae Petro Piſano Epiſcopo, & Operariis Eccleſiae Piſanae. Anno 1116.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab Incarnatione ejus Milleſimo Centeſimo Septimodecimo. Regnante Donno noſtro Henrico Quarto, Dei gratia Romanorum Imperatore Auguſto, Anno Imperii ejus in Italia Sexto, Tertio Idus Septembris, Indictione Nona. Manifeſtus ſum ego Robodo ex largitione predicti Imperatoris Marchio Tuſcie, quia per hanc cartam vendo & trado vobis Petro Piſano Epiſcopo, & Granno Vicedomino atque Ildebrando Judici, Rectori, & Procuratori, atque Operario Opere Sancte Marie, Caſtrum & Curtem de Blentina cum omni ſua pertinentia tam in monte, quàm in plano, ſive in palude, atque ſilvis, virgareis, pratis, paſcuis, & terris cultis & incultis, ſive agreſtis, fluminibus, & ſtagnis, rivis, & molendinis...... & piſcationibus, & cum omni jure & proprietate & actione, quae mihi ex largitione........ pertinet........ in integrum vobis vendo & trado. Pro qua recepi meritum a te, qui ſupra Ildebrando Judice........ & iſtorum Petri Epiſcopi & Granni Vicedomini Spadam unam per Solidos duo millia in prefinito; Quam meam venditionem & traditionem ſi ego, qui ſuper Robodo Marchio, vel meus heres ſive ſucceſſor ſive cui nos eam dediſſimus aut dederimus, retollere vel minuere queſierimus per aliquod ingenium vobis vel ſucceſſoribus veſtris, aut cui vos eam dederitis vel habere decreveritis, & ſi nos exinde auctores dare volueritis, & eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus & non defenſaverimus, ſpondimus nos vobis componere iſtam meam venditionem in duplum in ſerquido loco ſub extimatione qualis tunc fuerit. Et in tali bordine hec ſcribere rogavi Ugonem Notarium Apoſtolice Sedis.

Hactum in Valle Sercli in loco, ubi dicitur Metato.

Signa ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ manuum Ugonis & Petri atque Gerardi Vicecomitum, Gualandi, & Ugonis, atque Teperti, & Aldibonis, qui tunc erant Conſules....... quondam Ghetti, Ildebrandi quondam Guidonis, Petri & Alardini germanorum filiorum quondam Adalardi de Sancto Geneſio, qui interfuerunt rogati teſtes.

Ego

A *Ego Ugo Notarius Apoſtolice Sedis poſt traditam complevi & dedi.*

*Iſta Carta facta eſt eo tenore. Si ego qui ſupra Robodo Marchio, vel meus heres, ſive ſucceſſor, aut meus Miſſus vobis, qui ſupra Petro Epiſcopo & Granno Vicedomino atque Ildebrando Judici vel veſtris ſucceſſoribus, aut veſtro Miſſo parati fuerimus ad dandum &* B *perexolvendum qualicunque die ab iſtis Kalendis Septembris proximis venientibus uſque in unum annum expletum proxime venturum de argento Solidos duo millia bonorum Denariorum Lucenſis Monetae expendibilium, duodecim Denarios per ſingulos Solidos rationatos, itaque vos habeatis & detineatis totum uſumfructum, quod a vobis uſque tunc de predicto Caſtello & Curte receptum fuerit. Et ſi ante anni...... predictos duo millia Solidos, & Libras decem vobis perſolverimus, ita quod uſumfructum, quod inde a vobis uſque tunc receptum fuerit, ſimiliter..... detineatis, quod ſit inanis & vacua, & in noſtra vedeat poteſtate. Et ſi taliter non fecerimus & non conſervaverimus aliquo ingenio......... antea habeatis omnia, que ſuper leguntur per iſtam Cartam proprietario nomine, ad faciendum inde quicquid volueritis abſque..... calumnia....... poſt trans hact...... conſtitutum ad defendendum qui per manum tenet ad penam argentum optimi Libras mille ad......... & inveſtivit inde predictum Ildebrandum Judicem pro ſe & aliis ſupraſcriptis ad proprietatem ad ſuperdictam penam.*

## Conceſſio Eccleſiae S. Silveſtri prope Piſas, facta a Petro Piſano Archiepiſcopo Monaſterio Caſinenſi, ejuſque Abbati Gerardo. Anno 1118.

C *IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab Incarnatione ejus Milleſimo Centeſimo Nonodecimo, Pontificatus Donni Gelaſii II. Pape Anno Primo, Tertio Kalendas Octubris, Indictione Duodecima. Ego* Petrus Dei gratia Piſanus Archiepiſcopus, *conſilio & aſſenſu fratrum Canonicorum majoris Eccleſie, concedo & trado* Monaſterio Sancti Benedicti Caſſinenſis, D *Eccleſiam Sancti Silveſtri poſitam in Soaritia prope Civitatem Piſanam, preſentibus & collaudantibus fundatoribus ipſius Eccleſie Odimundo & filiis ſuis. Ut ab hac hora in antea ſit jure praedicti Monaſterii Caſſinenſis Sancti Benedicti, & in poteſtate, ditione, ac diſpoſitione* Gerardi Abbatis *& Mo-* E *nachorum ipſius Monaſterii, eorumque ſucceſſorum, qui ibi pro tempore preeſſe videntur. Ad habendum, utendum, fruendum & ordinandum, ſalva reverentia Piſane matricis Eccleſie, ut videlicet Presbiter, quem ibi Abbas poſuerit, cum conſcientia Archiepiſcopi conſtituatur, tanquam curam Populi habiturus. Sane predictam Eccleſiam integram & quietam illis, ſicut ſupra diximus, concedimus cum omni ſua pertinentia, quam Odimundus & filii ſui ei conceſſerunt. Auctoritate igitur* Domni Pape Gelaſii II. qui huic traditioni & conceſſioni preſens affuit, *& noſtram ac Fratrum noſtrorum Canonicorum deliberatione prohibemus, & in nomine Domini Jeſu interdicimus, ne cui Succeſſorum noſtrorum liceat Eccleſiam ipſam a Caſſinenſium Monachorum poteſtate & ordinatione ſubtrahere, nec eis moleſtiam facere, ſet ſicut a nobis tradita eſt, ita ſemper quiete & integre ſub Caſſinenſis Monaſterii jure, dictione, ac diſpoſitione permanere.*

A Huic traditioni interfuerunt Lambertus Hoſtienſis Epiſcopus, Petrus Presbiter Cardinalis titulo Sancte Suſanne, Guido Presbiter, Cardinalis titulo Sancte Balbine, Griſogonus Diaconus Cardinalis, Petrus Leonis Diaconus Cardinalis, & alii plures.

✠ Ego Petrus Piſanorum Archiepiſcopus conceſſi & ſubſcripſi.

B ✠ Ego Ugo Archipresbiter ſubſcripſi.

Interfuerunt huic conceſſioni ex predictis Canonicis Ugo Archipresbiter, Guido Archidiaconus, SenioreCtus Presbiter, Gerardus, & Ildibrandus Diaconi.

Ego Ildibrandus Judex ſacri Palatii Lateranenſis, & nunc Piſane Civitatis Conſul ſubſcripſi.

C Interfuerunt etiam predictus Olimundus, & Leo filius ejus, & Atholinus laudavit, & Odimundus, & Baſrellus.

Aibo Marignani ibi fuit.

Albericus quondam Ugonis de Ildebrando ibi fuit.

Ugo Judex de Caſa-invidie ibi fuit, & plures alii.

Actum in Piſana Civitate in camera predicti Piſani Archiepiſcopi. Scripta ſunt autem haec per juſſionem Domni Gelaſii Pape Secundi, & per conceſſionem predicti Petri Piſani Archiepiſcopi, & predictorum Canonicorum per manum Falconis Judicis & Notarii ſacri Palatii.

✠ Ego Gerardus Conſul Piſane Civitatis ſubſcripſi.

✠ Ego Lamberto Conſolo Piſane Civitatis ſubſcripſi,

✠ Ego Henricus Conſul Piſane Civitatis hoc ſignum ſancte Crucis fieri, & predictum Falconem Judicem pro me ſcribere precepi.

✠ Ego Falco Judex & Notarius ſacri Palatii poſt traditionem factam hec ſcripſi.

## Venditio Caſtelli Ricavi facta Attoni Piſano Archiepiſcopo a Rainerio Comite filio quondam Hugonis Comitis. Anno 1120.

D *IN nomine Domini Dei eterni. Anno Incarnationis ejus Millesimo Centesimo Vigeſimo, Indictione Quartadecima, Tertio Kalendas Februarii. Manifeſtamus nos* Rainerius Comes, filius quondam Guidonis Comitis, *& Adalaſia jugalis ejus, & filia quondam Gerardi, quia conſentiente mihi Adalaſie ſupraſcripto viro meo Rainerio, ſub notitia Benthonis Judicis interrogatae &* E *cognitae, nullam pati violentiam, communiter & conſentientes libera voluntate per hanc cartam vendimus & tradimus tibi* Attoni Piſanae Urbis Archiepiſcopo *totum Caſtellum Ricavum cum Curte, ſuoque diſtricto, & omnibus ſuis pertinentiis. Ut Caſtellum totum ſupradictum Ricavus cum Curte tota, ſuoque toto diſtricto atque pertinentiis omnibus ſuis ſit in poteſtate & dominio Eccleſiae Piſanae Matris beatae Virginis Mariae proprietario & emptionis titulo. Pro pretio Denariorum Lucenſium, trium milium ducentorum Solidorum, convento atque finito. Contra quam noſtram venditionem & traditionem ſi nos ſupra memorati jugales, vel noſtri heredes, ſive cui nos dederimus quocumque modo vel tempore venerimus, ſive eam infringere pro toto vel parte, ſeu retollere, minuere, ſubtrahere aliquo ingenio preſumpſerimus tibi Attoni Archiepiſcopo prefato vel tuis Succeſſoribus, aut cui vos dederitis vel habere diſpoſueritis, aut ſi eam vobis ab omni homine non defendemus, vel defendere non potuerimus, ſpondemus nos ſupramemorati jugales comuniter &*

*legaliter*

A *legaliter dato conſenſu, nos noſtroſque*
*heredes debere vobis componere ſupraſcri-*
*ptam noſtram venditionem & traditio-*
*nem in duplum ſub eſtimatione in ſer-*
*quido loco. Ut autem omnibus tempori-*
*bus, omnibuſque modis magis firma,*
*rataque duret & illaeſa maneat haec*
*noſtra venditio, ſi haec omnia, prout*
*dicta ſuperius & acta ſunt, non fece-*
B *rimus, & non obſervaverimus, tunc*
*inſuper penae nomine argenti optimi Li-*
*bras ducentas nos noſtrique heredes tibi*
*Attoni Archiepiſcopo prenominato, &*
*tuis ſucceſſoribus nomine tuae Eccleſiae*
*prefatae majoris dare & ſolverere pro-*
*mittimus. Et pro futuri temporis me-*
*moria Ugonem Domni Imperatoris Nota-*
*rium pro nobis haec ſcribere rogavimus.*
C *Actum infra Caſtellum Colcarellum.*
*Signa ✠ ✠ manuum ſupraſcripto-*
*rum Jugalium, qui hanc Cartam comu-*
*niter & legitime conſentientes, ſcribi*
*rogaverunt.*
*Ego Bentho ſacri Lateranenſis Pala-*
*tii Judex interfui & ſubſcripſi.*
*Ego Lodoicus Judex Henrici Quarti*
*Romanorum Imperatoris Auguſti, his*
*omnibus & his ſubſignans interfui.*

*Signa ✠ ✠ ✠ ✠ manuum Ugo-*
*nis, filii quondam Gerardi Vicecomitis,*
*Gualfredi filii Alberti Agnelli de Ri-*
*cavo, Gerardini quondam Ugolini de*
*Miliciano, rogatorum teſtium.*
*Ego Ugo Domni Imperatoris Notarius*
*poſt rogatum & abſolutum complevi &*
*dedi.*
*Inſuper etiam naturali poſſeſſione ſu-*
*praſcripti Caſtelli Ricavi, nomine Ar-*
*chiepiſcopi, & Eccleſiae ſuae praefatae,*
*corporaliter a ſupraſcripto Rainerio tra-*
*dita, & ab Ugone accepta, filio quon-*
*dam Gerardi predicto, ſupra ſancta Dei*
*Evangelia, nec ſe nec aliquem eorum*
*mandato, ſeu voluntate de ſupraſcripto*
*Caſtello & Curte, eorumque pertinentia*
*aliquam Cartam, vel obligationem, ſeu*
*alienationem feciſſe, nec eam Cartam*
*pignoris, quam fecerant Epiſcopo Lu-*
*cenſi pro debito, quod ſolverant, con-*
*firmaſſe, & ſupraſcriptum Caſtellum in*
*partem pro diviſo a ſuo fratre Ugone*
*& ejus uxore Gena recepiſſe, juraverunt*
*Rainerius & Adalaſia ſuprame-*
*morati Jugales.*

## Bulla Calliſti II. Papae pro Monaſterio S. Mariae de Morrona, ejuſque Abbate Girardo. Anno 1121.

D *Caliſtus Epiſcopus ſervus ſervorum*
*Dei, dilecto filio* Abbati Mona-
ſterii Sanctae Mariae de Morrona.....
*oribus regulariter ſubſtituendis in perpe-*
*tuum. Et divinis preceptis inſtruimur,*
*& Apoſtolicis monitis informamur, ut*
*pro Eccleſiarum ſtatu impigro vigilemus*
*affectu. Proinde, dilecte in Chriſto fili,*
Gerarte Abbas, *petitionibus tuis cle-*
E *menter annuimus, & beatae Mariae Mo-*
*naſterium, cui Deo auctore preſides,*
*cum omnibus ad ipſum pertinentibus ſub*
*tutela Sedis Apoſtolicae ſuſcipientes, bea-*

*ti Petri, cujus juris eſſe cognoſcitur,*
*patrocinio communimus. Per preſentis i-*
*gitur privilegii paginam eidem Mona-*
*ſterio in perpetuum confirmamus univer-*
*ſa, quae ei aut a nobis...... Ugicione*
*Comite, & filiis ejus Ugolino, Raine-*
*rio, Lotherio, & B lgarino, aut ab a-*
*liis quibuſvis fidelibus legitime collata,*
*vel conceſſa ſunt........ Caſtellum de*
*Vivario cum Pantano, & aliis perti-*
*nentiis ejus: poſſeſſiones de Morrona,*
*de Caſtello de Sojana, de Negotiana,*
*de...... alto, de Maſſa, de Monte*

*Gemmule. Quecunque preterea in futurum largiente Domino idem Monaſterium juſte atque canonice poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque Succeſſoribus & illibata..... Nulli ergo omnino hominum liceat ſepedictum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro........ atione & gubernatione conceſſa ſunt, u ſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, Secularisve perſona, hanc noſtrae conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque........ dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & in ſacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redentoris no-* A *ſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictae ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus hic fructum bonae actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem premia eternae pacis inveniant.*

✠ *Ego Calixtus Catholicae Eccleſiae Epiſcopus ſubſcripſi.*

B ✠ *Ego Lambertus Hoſtienſis Epiſcopus ſubſcripſi.*

*Ego Petrus Cardinalis Presbiter titulo Sancte Suſanne ſubſcripſi.*

*Ego Joannes Presbiter Cardinalis titulo Sancti Griſogoni ſubſcripſi.*

*Datum Vulterris per manum Griſogoni ſancte Romane Eccleſie Diaconi Cardinalis & Bibliothecarii, XII. Kalendas Junii,* C *Indictione XIII. Incarnationis Dominice, Anno MCXXI. Pontificatus autem Domini Caliati II. Pape, Anno Secundo.*

## Venditio Caſtelli Liburni, facta Attoni Archiepiſcopo Piſano ab Hildebrando Conſule Piſanorum, Procuratore hac in re Operae Piſanae Eccleſiae. Anno 1120.

*IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab Incarnatione ejus Milleſimo Centeſimo Vigeſimo Primo, Quinto Idus Junii, Indictione Tertiadecima. Manifeſtus ſum ego* Ildebrandus *Judex &* Procurator Operae Sanctae Mariae, *& nunc per Dei gratiam* Piſanorum Conſul, *quia per hanc cartam vindo & trado tibi* Attoni Piſano Archiepiſcopo *Caſtellum & Curtem de* Livorna, *cum omnibus ſuis pertinentiis atque diſtrictu, & cum omni jure & proprietate & actione ſua. Pro qua mea venditione & tradictione a vobis meritum recepi anulum aureum pro Libris mille in prefinito. Quam meam venditionem & tradictionem ſi ego, qui ſuper Ildebrandus Judex &* D *Operarius, vel mei ſucceſſores, ſive cui nos eam dediſſemus aut dederimus, retollere vel minuere queſierimus per aliquod ingenium tibi, qui ſuper, Attoni Archiepiſcopo, vel tuis ſucceſſoribus, aut cui vos eam dederitis, vel habere decreveritis, & ſi nos exinde auctores dare volueritis, & eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus & non defenſaverimus,* E *ſpondimus nos vobis componere iſtam meam vendictionem & tradictionem in duplum in ſimiliquido loco ſub extimatione, qualis tunc fuerit. Et in tali hordine hec ſcribere rogavi Ugonem Notarium Apoſtolice Sedis.*

*Hactum infra Canonicam Sancte Marie.*

*Ego*

*Ego Ildebrandus Judex ſacri Palatii Lateranenſis, & nunc per Dei gratiam Piſane Civitatis Conſul in hac Carta a me facta ſubſcripſi.*

*Signa ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ manuum Gerardi Vicecomitis, & Athonis quondam Marignani, Alberti quondam Ugonis, Henrici quondam Rolandi, Lamberti quondam Guidonis, tunc temporis Conſulum, Petri quondam Albithonis, Gerardi Gaetani quondam Ugonis, rogatorum teſtium.*

*Ego Ugo Notarius Apoſtolice Sedis poſt traditam complevi & dedi.*

*Iſta Carta facta eſt eo tenore, quod poſtquam debitum, quod eſt nominative centum quinquaginta Librarum de capitali Ugonis filii quondam Ugonis, & centum Librarum de capitali Guidonis filii quondam Bolgarelli; fuerit ſolutum cum ſuo prede, ego, vel meus ſucceſſor, ſive meus Miſſus, dare habemus tibi prefato Archiepiſcopo vel tuis ſucceſſoribus, aut veſtro Miſſo, centum Libras bonorum denariorum Lucenſium. Quas etiam per predictos annos ſolvere promittimus........ Si taliter fecerimus & conſervaverimus, quod ſit inanis & vacua, & in noſtra redeat poteſtate. Quod ſi taliter non fecerimus, & non conſervaverimus per aliquod ingenium, tunc inde in antea habeatis vos & veſtri Succeſſores predictum Caſtrum & Curtem cum omni ſua pertinentia per iſtam cartulam proprietario nomine, ad faciendum inde quicquid volueritis abſque omni calumpnia, donec predicte Mille Libre vobis ſolute ab Operariis erunt vel eorum Miſſo. Et repromiſſionem ad defendendum qui per manum tenet ad penam argenti optimi Libras mille ad eumdem datare meritum & teſtes. Et inveſtivit eum inde ad proprietatem ad iſtam penam ad eumdem datare, meritum, & teſtes. Et juravit ipſe Ildebrandus Judex & Operarius atque Conſul ad ſancta Dei Euangelia, quod ſi predictum terminum transbactaverit ipſe, vel ejus ſummiſſa perſona predictum pignus non habeat agere nec cauſare, neque aliquo modo imbrigare ad ſupradictum Archiepiſcopum vel ſucceſſores ſuos, donec predicte mille Libre ſolute non fuerint.*

## Charta onerum, ſub quibus agros quoſdam ad utendum dederat, ſive locaverat Atto Archiepiſcopus Piſanus, Anno 1120.

*IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab Incarnationis ejus Milleſimo Centeſimo Vigeſimo Primo, Quintodecimo Kalendas Julii, Indictione Tertiadecima. Hec ſunt ſacramenta de uſo de Curte, & de diſtricto de Blentina, que fecit jurare* Atto Archiepiſcopus Piſane Sedis *cum conventione filiorum Opithonis, & conſenſu videlicet Ugicionis, & Opithonis, & Aiſiteri, & Dragoncini, Barucci quondam Guidi, & Ildibrandi quondam Pacci. In primis juravit Petrus de Valle poni de ſuo tenimento de Manſo Solidos IV. & ſtaria IV. de grano, & IV. de milio, & IV. de favis. Hec ſunt Feoralis; cetera ſcilicet & Placitum, & Guaittam, & Alogamentum de manſo, & Albergariam redantur denacate Curte, & eundo aut redeundo detur Feorali panis & vinum & annonam ſemel aut bis plus in annum. Poſt hec juravit Petrus, qui dicitur Morlo, de Maſcio, quod ipſe eum ſuis conſortibus detinet; debet dare antiquitus Solidos V. & Denarios II. & I. falcem. Hec ſunt Feoralis; cetera ſcilicet placitam, guaittam, & albergariam, & allo-*

allogamentum, & pollaſtrum, & olera Curti reddantur. Poſt eo juravit Pietri de Scandicio de Maſcia, quam ipſe detinet cum ſuo conſorte; debet dare Solidos X. Feorali; cetera que dentur Curti, & placitum, & guaittam, & allogamentum, & pollaſtrum ancipiti, & olera. Bellus juravit Solidos IV. pro inveſtitione pro ſe & pro conſortibus ſuis, & XII. pollaſtri, & parium unum de bovibus in Madio Menſe, & unum carrum de feno donicato ad metam donicatam, & una carratam de vino donicato ad butem donicatam, & unum parium de bovibus in Autunno tempore, & placitum & guaittam, & albergariam, & alogamentum, & pola ſtrum, & Magiſterium. Venerellus cum ſuo conſorte Solidos X. dentur Feorali; cetera dentur Curti, & magiſterium in edificatione & allogamentum. Baruccius & Martinus, qui dicuntur Saſi, juravere Solidos X. de ſuo manſo eſſe daturos, & ſunt Feoralis; placitum & cetera & alogamentum dentur Curti. Bilingalli Solidos VIII. Feorali, cetera dentur Curti. Paſquali cum ſuis conſortibus juravit debere dare Solidos XI. & ſunt Feoralis; placitum, & laborationem in Caſtello & pollaſtrum & allogamentum dentur Curti. Arnaldinus & Martinettus de manſo, qui dicitur Guaitapinte, juravere debere dare Solidos V. & ſunt Feoralis; & eundo aut redeundo detur panis & vinum & annona ſemel aut bis in anno: cetera dentur Curti. Biliſatri de illorum manſo juravere debere dare Solidos XXXII. In his excludantur cetera, exceptâ albergaria, ſive victu. Medietatem unius Manſi, que vecta eſt per Brunum filium Sabatini, perſolvitur IV. Solidis, & ſunt Feoralis; placitum & laborationem in Caſtello & allogamentum & albergariam redantur Curti. Maſcium medium Marchi de Sala perſolvitur Solidis X Maſcium Felariorum per Solidos XIII. & tres petie de terris perſolvuntur per Solidos VI. Hæc medietas Manſi Marchi, & Maſcium Felariorum, & petia de terra, ſi placet Domino Archiepiſcopo, liberate ſunt a filiis Luttieri, a quibus in pignore detinebantur. Banduſcius & Blentinellus germani de illorum manſo juraverunt debere dare Solidos IV. & unum parium de gallinis, & unum parium de focaceis, & terratici quintum Starium, & ſunt hec Feoralis; & placitum, laborationem in Caſtello, & allogamentum, & albergariam dentur Curti. De Manſo Panpinelli abentur Solidi VIII. & ſunt Feorales; cetera ſcilicet & placitum, & laborationem in Caſtello, & allogamentum, & pollaſtrum debentur Curti, & albergaria. De Manſo de Saſſo debet habere Curia placitum & guaitam & albergariam & allogamentum, opera angajareccia, terraticum: Feoralis. De Manſo, quod Petrus Azali detinet cum omni ſua obedientia, debetur Curti ſcilicet obedientia operum & terratici & amaſcere, cum VI. Denariis: mortuo tenitore a Caſtaldionibus poſita eſt in obedientia X. Solidorum. Unuſquiſque ſciat, albergariam, quam ſuperius legitur, non alio modo eſſe datam, niſi tantum fenum & paleam equis.

Ego Bruno Notarius Domni Imperatoris autenticum vidi & legi; ut in eo elevo, tantum hic ſcripſi.

Donatio

## Donatio portionis Caſtelli Cenajae, aliorumque bonorum, facta Eccleſiae Piſanae, ejuſque Archiepiſcopo Attoni. Anno 1120.

A *IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab Incarnatione ejus Milleſimo Centeſimo Vigeſimoprimo, Quarto Idus Octubris, Indictione Quartadecima. Manifeſti ſumus nos Guido filius quondam Ungarelli & Ghisla jugalis ejus & filia quondam Benedicti, quia conſentiente mihi predicte Ghisle viro meo ſub notitia & interrogatione* B *ſecundùm Legem, Ughicionis Judicis Domni Imperatoris, videlicet nulla incidente violentia, ſed pura & bona voluntate, ſecundùm Edicti paginam, per hanc offerſionis & donationis donamus tibi omnipotenti Deo & beate Virgini Marie medietatem noſtre portionis de eo, quod nobis pertinet de Caſtello Cenaje, & Burgo; & totum Sedium, quod ha-* C *bet & detinet pro nobis Martino, & Secreti, germani filii quondam Ursi; & totum Sedium, quod detinet & habet Petrus quondam Gerardi dal Podio; & totum Sedium, quod detinet & habet a nobis Bonfilio quondam Ursi Faber; & tota Maſia, quam detinet Albertus, & Bellincione germani quondam Petri Carozi; & tota Maſia, quam* D *detinet a nobis Dominico quondam Dominici; & Sedium & Vinea & Orto, quod detinet Andria quondam Morelli; & tota Maſia, quam detinet predictus Bonfilius, poſita in loco, ubi dicitur a Rio; & medietatem de una petia de terra, ubi dicitur Campo dal Trebuchi; & medietatem de una petia de terra, ubi dicitur Campo da le Lopie; & me-* E *dietatem integram de una petia de terra cum vinea doniche, poſite in Valle de Creſpina; & medietatem integram de tertiam portionem de una Maſſa, quam detinet filii Dominici da Luſiana; & medietatem omnium, que nobis pertinent in Curte & pertinentia de ſupradicto Caſtello Cenaje tam in monte, quàm & in plano, ſilvas, paſcuas, prata, agreſtia, culta & inculta; & quartam partem integram de Caſtello Sancto Caſſiano; & Sedium, quod detinet Albertino quondam Pagani in Sancto Caſſiano; & Sedium in eodem loco Sancto Caſſiano, quod detinet Petrus quondam Benboni; & totum Sedium in predicto loco, quod detinet Ungarelli, filius quondam Landuli; & totum Sedium in ſupraſcripto loco, quod detinet filii quondam Gerardi Ruſtici; & totum Sedium in eodem loco, quod detinet a nobis Boncetto quondam Johannis Presbiteri; & totum Sedium, quod detinet a nobis Dvitis, quondam Burnelli; & una petia de terra, cum vinea in ſupraſcripto loco Sancto Caſſiano, quod eſt ſtariora quadraginta, exceptis decem ſtarioris de eadem vinea, datis Canonice Sancte Marie; & medietatem, quod habemus in Villa de Cali; & noſtram portionem integram de Caſtello & Podio de Velano, & tota Maſia in eodem loco Velano, quam detinet Bonoſo quondam Petri; & tota Maſia in ſupraſcripto loco Velano, quam detinuit Baratellus & Albertinus germani; & una Maſia da Roſajolo in ſupraſcripto loco Velano. Ita tamen ut medietas noſtre portionis de Caſtello Cenaja, & Burgo, & omnia Sedia ſupradicta, & omnes Maſie, & terre, & vinee, culta & inculta, & quarta portio Caſtelli Sancto Caſſiano cum Curte, & omni ſuo jure & pertinentia, & omnia Sedia ſupradicta in eodem loco cum ſupradicta vinea poſita in Sancto Caſſiano, & me-*

*& medietas de eo, quod nobis pertinet in Curte de Calci, & noſtram partem de Caſtello & Podio de Veclano, cum ſupradicte Maſie in eodem loco, cum inferioribus & ſuperioribus ſuis, ſeu cum finibus & ingreſſibus ſuis, & cum omni pertinentia eorum, ſint in jure & poteſtate* Attoni Archiepiſcopi, *& ejus ſucceſſoris predicte Eccleſie beate Virgini Marie jure proprietario. Ita tamen ut nullo modo a dominio & poteſtate predicti Archiepiſcopi, & ſuis ſucceſſoris in aliam perſonam vel Eccleſiam vel locum dentur vel transferantur, neque titulo alienationis, neque per Feudum, neque per Libellum, ſet ſemper in perpetuum in dominio & poteſtate predicti Archiepiſcopi & ſui ſucceſſoris ad eorum propriam utilitatem & uſum permaneant; retento tamen apud nos, donec ambo, vel unus, vixerimus, omnium ſupradictorum jure utendi & fruendi. Hec omnia ita donamus & offerimus, ſi ſine filiis legitimis noſtri comunibus maſculo vel femina deceſſerimus; & ſi ego, que ſupra, Gisla ſupervixero, & infra unum annum, poſtquam petiero ad ſupradicto Archiepiſcopo vel ſuo ſucceſſores, quindecim Libras Denariorum Lucenſium, & ipſi mihi eas non dederint, volo, ut ſupradicta donatio pro mea parte tantum ſit inanis & vacua, & nihil de jure redead. Et ſi aliquo tempore nos, qui ſupra, Jugales, vel noſtri heredes, ſive cui nos eam dediſſemus aut dederimus, retollere vel minuere queſierimus per aliquod ingenium tibi, qui ſuper, Atto Archiepiſcopo, vel tuis ſucceſſoribus, & eam ab omni homine defendere non potuerimus, & non defenſaverimus vobis, aut cui vos dederitis, vel habere decreveritis, ſpondimus nos, qui ſupra, jugales comuniter & conſentientes, una cum noſtris heredibus, componere tibi Atto Archiepiſcopo, & tuis ſucceſſoribus, aut cui vos dederitis, iſtas res in duplum in ferquido loco ſub extimatione, qualis tunc fuerit, & inſuper penam arienti optimi Libras duocentum. Item donamus & offerimus duas portiones integras de una petia de terra cum prato ſuper ſe, quod vocatur Ajole. Et in tali ordine hec ſcribere regavimus Bernardum Notarium Domni Imperatoris.*

*Actum Piſe.*

*Signa ✠ ✠ manuum ſupraſcriptorum Jugalium comuniter & conſentientes, qui hanc Cartam fieri rogaverunt.*

*Ego Lodoicus Judex Henrici Quarti Romanorum Imperatoris Auguſti, interrogans, & hic ſubſignans interfui.*

*Signa ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ manuum Lamberti quondam Presbiteri Gerardi, & Aldiberti filius ejus, Gerardini quondam Andrie, Bernardini quondam....... Ricardi quondam item Ricardi, & Bernardi quondam ſupradicti Benedicti, & Leoni filius Marignani, rogatorum teſtium.*

*Ego Bernardus Notarius Domni Imperatoris poſt traditam complevi & dedi.*

## Tranſactio inter Gerardum Comitem, filium quondam Gerardi Comitis, atque Attonem Archiepiſcopum Piſanum, pro Curtibus de Belora & de Buveclo. Anno 1120.

*IN eterni Dei nomine. Amen. Breve recordationis, qualiter* Gerardus Comes filius quondam Gerardi Comitis *finem fecit & transhactionem Gratiano Vicedomino ad partem Eccleſie Archiepiſcopatus Sancte Marie, & vice* Attoni

toni ejuſdem Eccleſie Archiepiſcopo, & Mingarde relicte quondam Ugonis Comitis, & filie quondam Ildebrandi Vicecomitis, & filiis ſuis, de quinque partibus integris de Curte de Belora, & de Curte de Buvecclo, & omnibus eorum pertinentiis, ſcilicet hoc modo. Cum prefatus Vicedominus conduxiſſet tres homines de Belora, quorum nomina ſunt, Paganus quondam Fralini, Johannes quondam Teutbii, Ubertus quondam Bernardi, qui cum preſti fuiſſent jurare coram poſitis Evangeliis ſacramentum ſuperius ſcriptum, laudatum a iſtis Athone & Lanfranco prefatus Gerardus Comes remiſit, & finem & transhactionem fecit de iſtis quinque partibus de Curte de Belora, & de Curte de Buvecclo, & omnibus earum pertinentiis; quod ab hac hora in antea ipſe Gerardus, nec ſuus heres per ſe vel per ſummiſſam perſonam, neque per Placitum, fatigare contra iſtam Eccleſiam, ſive Archiepiſcopum, vel ejus ſucceſſores, vel Mingardam & filios ſuos vel eorum heredes, aut cui ipſi dederint, vel habere decreverint. Et inſuper ſpopondit atque obligavit ſe predictus Gerardus & ſuos heredes, quod ſi ita non obſervaverint, & omni tempore taciti & contenti inde non permanſerint, quod componere debet ipſe Gerardus & ſuos heredes ad partem predicte Eccleſie, ſuiſque Rectoribus, & ad partem predicte Mingarde & filiis ſuis, eorumque heredibus, aut cui ipſi dederint, vel habere decreverint, penam argenti optimi Libras quinquaginta. Unde prefatus Vicedominus fecit ei meritum Spatam unam. Ut magis omni tempore predicta finis & transhactio firma & ſtabilis permaneat ſemper atque perſiſtat, hoc factum eſt in preſentia Ildebrandi Judicis & Conſulis, & Gerardi Gaëtani Conſulis, & aliorum.

Hactum in Clauſtro de Plebe Sancti Laurentii de Plateha, Anno Dominice Incarnationis Milleſimo Centeſimo Vigeſimo Secundo, Quarto Kalendas Septembris, Indictione Quartadecima.

Et ego Ugo filius Ugonis Notarii hoc breve ſcripſi vice Ildebrandi Judicis & Conſulis, & ex ſua juſſione.

Ego Ildebrandus Judex ſacri Palatii Lateranenſis, & nunc per Dei gratiam Piſane Civitatis Conſul, huic transhactioni, mea laudatione facte, interfui & ſubſcripſi, & vice mea Ugonem ſcribere juſſi.

## Laudum in lite vertente inter Attonem Archiepiſcopum Piſanum, & Girardum Comitem, cauſsâ Curtis de Cecina. Anno 1121.

IN eterni Dei nomine. Amen. Nos Atbo Marignani & Lanfrancus Girardi, in quorum laudatione lis erat inter Archiepiſcopum, & Comitem Gerardum de Curte de Cecina, poſita fuit pro auferenda pugna, que erat pro ipſa lite a Benthone & Ughiccione Judicibus per ſententiam data erat, in hunc modum diffinimus & finem tali concludimus. Laudamus itaque, ut Comes Gerardus habeat ſextam partem de Cerreto & Cecina, & quinque partes ſunt Archiepiſcopi. Et laudamus ut de Linaja habeat inde Comes, quod modò habet & detinet, & ſimiliter Archiepiſcopus. Et ſi evenerit, quod Comes Gerardus noluerit facere, quod ſupra laudavimus, volumus & laudamus, ut tres homines de Curte de Cecina jurent ad ſancta Dei Evangelia, & eodem jurejurando manifeſtent & demonſtrent, que pars fuit Guilielminga, & que



fuit

fuit Tedicinga. Hec omnia, que ſupraſcripta ſunt ex comuni concordia noſtra laudamus, & ſub pignorum obligatione confirmamus, pena quinquaginta Librarum argenti optimi ei, qui contra fecerit, impoſita. Similiter laudamus, ut finem & transhactionem inter ſe faciant in laudatione ſuorum Judicum ſub eadem penam, quam prediximus, & ſtibimetipſis, ſuiſque ſucceſſoribus, atque heredibus, & cui ipſi dederint, vel habere decreverint. Similiter laudamus, ut qualem finem Archiepiſcopum fecerit Gerardo de parte, que a preeumdem Gerardo remanet, illam eamdem faciat mulier Ugonis filii Tedici cum filiis ſuis Comitem Gerardo ab huc uſque ad feſtum Sancti Michaëlis, & Comiti Gerardo ſimiliter eidem; & ſi evenerit, quod mulier filii Tedicii noluerit facere ipſam finem, Gerardus non teneatur eam finem facere. Omnia autem, que de finem Archiepiſcopi ſupra dicta ſunt, firma & in ſuo robore permanead.

Data partibus in Curiam ejuſdem Archiepiſcopi, Incarnationis Dominice, Anno Milleſimo Centeſimo Vigeſimo Secundo, Octavo Kalendas Septembris, Indictione Quintadecima.

Signa manuum Gerardi Gaëtani; Lamberti quondam Gerardi de Lucagnano, Guſmari quondam Ugoli, Job quondam Ildebrandi, Ugoni quondam Gerardi, Salinbene quondam Lamberti, Gerardi quondam Andree, Rollandi quondam Guidi, Terolfini quondam Gualandi, Guidi quondam Alberti, Ugoni quondam Johannis, Petruccius quondam Scarinci, Gerius quondam Petri, teſtium.

## Edictum Rogerii Archiepiſcopi Piſani de Decimis perſolvendis Plebano Plebis de Ripabella. Anno 1125.

Rogerius Dei gratiâ Piſane Ecleſie Archiepiſcopus. *Officii noſtri cauſa tenemur & vigilantiâ ſuper ſuſcepti gregis ſalutem intendere, & ne alicujus odii vel ſimultatis zelo in eis bonum turbetur pacis cenſura juſtitia debemus unicuique ſua decernere. Ad eorum namque profectum & quietem credimus pervenire, ſi diſcrevimus....... cui competat, quo minime liceat, ad aliena manus extendere. Sepe vero Lambertus Plebanus Plebis de Ripabella ante ſedis noſtrae preſentiam aepoluit querimoniam, Eccleſiam ſuam a Monachis, Decimarum & Corporum rapinis demoliri, & ſe a Parrocchianis propriis hac de cauſa ſeditionibus, & crebris injuriis laceſſiri. Ad hujus gentis notitiam habendam venerabilem fratrem noſtrum Ugonem direximus Archipresbiterum, ut ejus monitu Parrocchianorum ſimplicitas erudita, matris ſuae Eccleſiae debitum ſolveret, & ſi qua ingerentium fuit rapina, regulâ juſtitiae redarguta deficeret. Is vero proſecutis de cetero ut omnis in eis hujus...... controverſia ſopiatur, volumus, & hac noſtrae inſtitutionis pagina firmamus, ut Parrochiani, qui infra territorium predicte Plebis de Ripabella continentur, ad eamdem Plebem Decimas ſolvant, & mortuorum Corpora ſepeliant. Hoc enim & antiqua Patrum auctoritas, & Sanctorum habent decreta, quod in illius gremio defunctus debet quieſcere, de cujus ſe meminit utero per regenerationis miſterium proceſſiſſe, & ibi omnes Decimas & oblationum vota ſolvere, cujus ſe ſpecialis novit nutritum lacte doctrine. Si quis vero illorum purae intentionis affectu in Monaſterium vivus deſiderat converti, vel defunctus ſepeliri,*

non

*non attractus Feudo, non ſeductus publicis vel privatis muneribus, poſtulata & ab eâdem Eccleſiâ acceptâ licentiâ, honore debito ſoluto, ad quod voluerit Monaſterium libere eat. Sic namque & caritas illibata inter eos ſervabitur, & juſtitia non ledetur. Quicunque igitur huic noſtre conſtitutioni contraire temptaverit, ſciat ſe contemptorum penas incurrere, & eternae maledictionis participem eſſe.* A B

✠ *Ego Rogerius Piſanae Eccleſiae Archiepiſcopus ſcribi juſſi & ſubſcripſi.*
✠ *Ego Ugo Archipresbiter ſubſcripſi.*
*Ego Bernardus Presbiter ſubſcripſi.*
*Ego Presbiter Martinus ſubſcripſi.*
*Ego Presbiter Signorectus ſubſcripſi.*
*Ego Henricus Presbiter ſubſcripſi.*
*Ego Lambertus ſubſcripſi.*
*Ego Ildebrandus Diaconus ſubſcripſi.*
*Ego Albertus Diaconus ſubſcripſi.*
*Ego Benedictus Subdiaconus ſubſcripſi.*
*Ego Bernardus Subdiaconus ſubſcripſi.*
*Ego Ildebrandus Subdiaconus ſubſcripſi.*

*Data in Clauſtro Sanctae Mariae Piſani Archiepiſcopatus, per manum Uberti Diaconi, Anno ab Incarnatione Domini MCXXVI. Indictione Tertia, Octavodecimo Kalendas Octobris.*

## Charta redituum debitorum Rogerio Archiepiſcopo Piſano ex agris uſui datis in diſtrictu Caſtelli Raſignani. Anno 1125.

IN *Chriſti nomine. Breve ad memoriam..... & Martino Jannini. In preſentia* Rugerii Archiepiſcopi, & *Giano Vicedomino........ Sigberi, & Gerardo quondam Gerardi Vicecomitis, & Alberto quondam Alberti, & Pelavicino quondam Gualandi, & Opitho quondam Adaldi, & Baruccio quondam Guidi juraverunt ad Sancta Dei Euangelia de deſtricto, uſu de Caſtello de Raſignano & de Curte, que fuit in tempore* Gotifredi Marchioni, & Beatrice Comitiſſa. *Fuit enim tale. De caſis enim que infra murum Caſtelli continentur recipiebant de tertio in tertio anno Solidos XXV. pro fodro. Terre...... che, que ſunt recte & laborate per filios Barocci, & per Marcum & Petrum quondam Quinit. ..... nini, & per filios quondam Goffi, & per filios quondam Saraceni, & per Selvangnoli, ſunt in feodo de filiis quondam Henrici. Terre vero Marche, que ſunt recte & laborate per Petrum quondam Vitali, & per ſuos conſortes, & per Dominicum quondam Bonithi & per filios quondam Saraceni, ſunt in feudo Ildebrandi quondam Sigberi & Raineri & Tegrimi germanorum filiorum quondam Raineri. Hii omnes iſti laboratores debent facere Placitum & Albergariam Miſſo Marchioni, preter Selvangnoli, qui tantum debent reddere I. corbam annone, & carnem & panem & vinum. Bosacci per omnem annum dant IV. ſtaria annone, & IV panes, & II. derrate de carne, & vinum. Teutho dal Borgo I. ſtario de annona, & I. pane, & I. pollo. Bando Gengio I. uno ſtario de annona....... ſtaria annone, & II. panes, & II. pullos. Bocceringhi II. ſtaria annone, & II. panes, & I. pullum. Bucallo & Meliolo & Peccio II. ſtaria annone, & II. panes, & I. pullum. Prete Baldinghi Chiſori ........ Hos predictos redditos dant Miſſo Marchioni. Omnes vero homines coabitantes in ſupraſcripto Caſtello, & in ejus Curte, ſi inter ſe reclamationem fecerint, vel aliquis adverſus eos, juſtitiam ante Nuntium Poteſtatis faciunt.* C D E

*Anno Domini Milleſimo Centeſimo Vigeſimo Sexto, Quinto Idus Novembris, Indictione Quarta.*

A

*Ego Ubaldus Notarius Donni Imperatoris ibi fui, & hoc breve ſcripſi.*

## Venditio Caſtelli & Burgi de Furcule facta Rogerio Archiepiſcopo Piſano a Guidone Malaparte. Anno 1126.

*IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Amen. Anno Dominice Incarnationis ejus Milleſimo Centeſimo Vigeſimo Septimo, Quinto Idus Septembris, Indictione Quarta. Manifeſti ſumus nos Guido, cognomine Malaparte, quondam item Guidi, atque Guliana jugalis ejus & filia quondam Ermanni, qui comuniter & conſentientes mihi ſupraſcripto viro meo, ubi intereſſe videtur notitia Falconis Judicis ſacri Palatii, a quo ſecundùm legem interrogata & cognita ſum, nullam pati violentiam, ſed pura & integra mea bona voluntate, ſecundùm edicti paginam, per banc cartam venundamus & tradimus tibi* Rogerio, Dei gratia venerabili Piſane Eccleſie Archiepiſcopi, *ementi pro ſupraſcripto Archiepiſcopatu, totum & quidquid nobis competunt infra Caſtellum & Burgum de Furcule, & in ejus pendiciis ſive diſtrictu & confines. Cujus unum capud confinium versùs orientem extenditur, ſicut trahere videtur Rivum de Alica, & protenditur inde uſque ad Podium de Trecchi, & inde vadit uſque ad Buccam Lapacchi, & deinde procedit uſque in fontem Lucentis; aliud caput a meridie in flumine Here, & inde pergit fere Villam de Regino, & inde vadit uſque ad Molendinum de Maltempo, & ſic currit inde uſque ad Maltalliato, & deinde uſque in Sareta, & de Sareta revertitur in ſupraſcripto Rivo; latus verò unum ſicut trahere videtur a Perghione vetus uſque ad Perghionem novum; ab alio verò latere finatur cum Rivo de Trogiaria, & protenditur uſque in Heram flumine, & ab Hera uſque in predicto Rivo de Alica. Cum omnibus terris, ſilvis, virgareis, pratis, paſcuis, cultis vel incultis, agreſtis & domeſticis, & cum omnibus illis hominibus redditis & penſionibus, ſive tributis, & recollectas, quas & quos predictos noſtros homines nobis ſunt reddere & facere. Predictum totum & quidquid nobis pertinet infra predictum Caſtellum & Burgum & ejus pendiciis, ſive Curte atque diſtrictu, & infra iſtas confines in integrum cum inferioribus & ſuperioribus ſuis, ſeu cum finibus & ingreſſibus ſuis, & cum omni jure & proprietate & actione ſua, tibi eam, ut dictum eſt, vendo & trado. Et pro iſta noſtra venditione & traditione confitemur, nos a te recepiſſe pretium Librarum octuaginta bonorum denariorum Lucenſis monete in prefinito. Quam noſtram venditionem & traditionem, ſi nos ſupraſcripti conjuges, vel noſtri heredes, cui nos eam dediſſemus, aut dederimus, retollere vel minuere aut impedire ſive imbrigare queſierimus per aliquod ingenium tibi, qui ſupra, Donno venerabili Rogerio Archiepiſcopo, vel tuis ſucceſſoribus, aut cui vos dederitis vel habere decreveritis, & ſi nos exinde auctores dare volueritis, & eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus & non defenſaverimus, ſpondemus nos, noſtroſque heredes tibi prefato Donno Archiepiſcopo, tuiſque ſucceſſoribus ſupraſcriptam noſtram venditionem & traditionem in duplum in ſer-*

*qui-*

A *quide loco ſub eſtimatione qualis tunc fuerit. Et in tali ordine hanc cartam Falconem Judicem & Notarium ſacri Palatii ſcribere rogavimus.*

*Actum Piſis.*

*Signa ✠ ✠ manuum ſupraſcriptorum Jugalium, & que hanc cartam venditionis fieri rogaverunt.*

*Interfuerunt Lambertus quondam Bo-* B *nii, Ildebrandus Papoataccula, Rainulfus quondam Bernardi, Pandulfus de Melda, Raimundus quondam Berithi; Albertus quondam Tebaldini, Cappule quondam Angeli, rogati teſtes.*

*✠ Ego Falco Judex & Notarius ſacri Palatii, hanc cartam ſcripſi, & poſt traditam complevi & dedi.*

*Et repromiſſionem ad defendendum, qui per manum tenet, ad penam Librarum argenti optimi quinquaginta. Actum ad iſtum datarem, meritum, & teſtes.*

## Placitum ac ſententia Rogerii Volaterrani Epiſcopi & Archiepiſcopi Piſani pro Monaſterio S. Mariae de Morrona. Anno 1128.

*IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Dum in Dei nomine* Rogerius Dei gratia Vulterrenſis Epiſcopus, C ac Piſanorum Archiepiſcopus *reſideret juxta Eccleſiam & Monaſterium Sancte Marie de Morrona, cum ſuis Juriſperitis & Notariis ac aliis probis atque nobilibus Viris, ad juſtitiam cognoſcendam & faciendam, ibi in eorum preſentia, videlicet Domini Tebaldi Cauſidici, & Guitardi, & Guidonis Notarii, & Gulielmi Comitis,* D *& Ildebrandini de Caſanova, & Gualandelli de Pecciore, & Scotti de Sugiana, & Gualandelli de Monte Vultrario, & Petri filius Raimundi ſimiliter de Monte Vultrario, & Germundi de Morrona, & filiorum ejus, & aliorum plurium, veniens Guido ſupraſcripti Monaſterii Prior cum ſuis inſtrumentis, oſtendit ſupraſcriptum venerabi-* E *lem Epiſcopum quedam injuſte detinere de juſtitia ſupraſcripti Monaſterii. Tunc prefatus venerabilis Epiſcopus, cauſa cognita, refutavit atque poſtpoſuit jam dicto Monaſterio in manu predicti Prioris omnes res, que continebantur in ſuis inſtrumentis, quas ipſe habebat & poſſidebat de Acquiſiana Curte in Vulterrano Epiſcopatu, utpote in Rialto, & in Riparoſſa, & in aliis locis.*

*Hoc actum eſt Dominice Incarnationis Anno Milleſimo Centeſimo Vigeſimo Nono, Tertiodecimo Kalendas Septembris, Indictione Sexta.*

*✠ Ego Rogerius Dei gratia Piſane Eccleſie Archiepiſcopus ſubſcripſi.*

*Ego Ruſticus Archipresbiter interfui & ſubſcripſi.*

*Ego Guittardus Juriſperitus interfui & ſubſcripſi.*

*Thebaldus Cauſidicus interfui & ſubſcripſi.*

*Ego Uguccio Apoſtolice Sedis Notarius interfui & ſubſcripſi.*

Char-

## Charta Rodulfi Abbatis Monaſterii S. Michaëlis de loco Marturi, per quam Rogerio Archiepiſcopo Piſano vendit jura ſua in Caſtro de Vico, atque in aliis locis. Anno 1129.

*IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab Incarnatione ejus Milleſimo Centeſimo Trigeſimo, ipſo die Kalendis Septembris, Indictione Septima. Oportet univerſarum Dei Eccleſiarum Rectores, & cunctorum venerabilium locorum diſpenſatores, Eccleſiis & locis, quibus Deo auctore preſunt, proſpicere, & ad utilitatem & commodum ſeu meliorationem, prout poſſunt, earumdem Dei Eccleſiarum & locorum modis omnibus elaborare. Ideoque ego* Rodulfus in Dei nomine Abbas de Eccleſia & Monaſterio Sancti Michaëlis de loco Marturi, *communicato conſilio Fratrum meorum Monacorum, & Advocati, ceterorumque fidelium predicti Monaſterii, pro competenti utilitate predicti Monaſterii, per hanc cartam vendo & trado tibi* Rogerio, Dei gratia ſancte Piſane Eccleſie Archiepiſcopo, *ad partem predicte Eccleſie, totum, quod predicte noſtre Eccleſie & Monaſterio pertinet in Caſtro de Vico, qui dicitur Auſeriſſula infra ipſo Caſtello, quam & de foris, & in Curte ejus. Et in loco & finibus Ciſano tam infra ipſam Villam quàm & de foris, & in Curte ejus. Et a Camuliano ſicut Hera mittit in Arno uſque ad Mare. Et ex altera parte fluminis Arni a Montecclo ſimiliter uſque ad Mare. Ut dictum eſt, omnia, quae ſupra leguntur, in integrum cum inferioribus & ſuperioribus ſuis, ſeu cum finibus & ingreſſibus ſuis, & cum omni jure & pertinentiis earum tibi ea, ut dictum eſt, ad..... predicte Eccleſie vendo & trado. Pro qua a te meritum recepi Solidos tria millia quingentos quadraginta in prefinito. Quam meam venditionem & traditionem, ſi ego, qui ſupra, Rodulfus Abbas, vel mei ſucceſſores, ſive cui nos eas dediſſemus, aut dederimus, retollere vel minuere queſierimus per haliquod ingenium tibi, qui ſuper, Rogerio Archiepiſcopo vel tuis ſucceſſoribus, aut cui vos ea dederitis vel habere decreveritis, & ſi nos exinde auctores dare volueritis, & ea vobis ab omni homine defendere non potuerimus & non defenſaverimus, ſpondemus nos vobis componere ſupraſcriptam noſtram venditionem & traditionem in duplum in ferquido loco, ſub extimatione qualis tunc fuerit. Et in tali bordine hec ſcribere rogavi Ugonem Notarium Apoſtolice Sedis.*

*Actum infra Eccleſiam Sancte Marie, poſita in Caſtello, qui dicitur Caſale.*

*Ego Rodulfus Abbas Marturienſis Monaſterii in hac cartula a me facta confirmando ſubſcripſi.*

*Ego Guido Monachus & Sacerdos ſubſcripſi.*

*Ego Frater Albertus Monachus & Sacerdos ſubſcripſi.*

*✠ Ego Frater Dominicus Monachus & Sacerdos ſubſcripſi.*

*Ego Bernardus Monachus & Sacerdos ſubſcripſi.*

*Ego Frater Azzo Monachus & Levita ſubſcripſi.*

*Ego Frater Albertus Monachus ſubſcripſi.*

*Ego Frater Petrus ſubſcripſi.*

*Ego Frater Placidus ſubſcripſi.*

*Ego Frater Rainerius ſubſcripſi.*

*Ego Frater Lambertus ſubſcripſi.*

*Signum*

A *Signum ✠ manus Sinibaldi Advocati ſupraſcripti Monaſterii, qui interfuit & conſenſit, & ratum habuit.*

*Signa ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ manuum Arnulphi quondam Stephani, & Veſco quondam Benthulini, & Saſſi quondam Rainerii, & Lotteri quondam Teci, & Henrici quondam Adalardi, & Berlingherii quondam Petri, & Henrici quondam Alfredi, & Rogerini quondam Guiliccionis, & Jacop quondam Ildebrandi, & Siſmundi quondam Conecti, & Palmenti filii Ugonis, & Teberti quondam Saſſi, & Truffa quondam Corradi, Gerardi quondam Andree, & Guidonis quondam Piſani, & Bernardi quondam Signorelli, & Alcherii quondam Paganuccii, Bernardi quondam Roſignoli, rogatorum teſtium.*

*Ego Ugo Notarius Apoſtolice Sedis poſt traditam complevi & dedi.*

B *Et repromiſſionem ad defendendum; qui per manum tenet, ad penam argenti optimi Librarum ducentarum, ad ſupraſcriptam datare, meritum, & teſtes.*

## Tranſactio inter Rodulfum Abbatem Monaſterii S. Michaëlis de loco Marturi, & Rogerium Archiepiſcopum Piſanum. Anno 1129.

C *IN nomine Domini Dei viventis in ſecula. In preſentia Benthonis Judicis & Ugonis Notarii, Arnulfi quondam Stephani, Veſco quondam Benthulini, Saſſi quondam Raineri, Lotterii quondam Teci, Henrici quondam Adalaldi, Berlingeri quondam Petri, atque Henrici quondam Gualfredi, Rugerini quondam Guilicionis, Jacop quondam Ildebrandi, Siſmundi quondam Conetti, Palmenti filii Ugonis, atque Teberti quondam Saſſi, Truffe quondam Curradi, Gerardi quondam Andree, Detiſalvi quondam Brettonis, Guidonis quondam Piſani, Bernardi quondam Signorelli, Alberii quondam Paganuccii, atque Bernardi quondam Roſignoli.* Rodulfus Abbas de Eccleſia & Monaſterio Sancti Michaëlis de loco Marturi, *communicato conſilio Fratrum ſuorum Monachorum, & Sinibaldi Advocati ejuſdem Eccleſiae, ceterorumque fidelium predicti Monaſterii per fuſtem, quem in ſuis detinebat manibus, fecit finem & tranſactionem atque refutationem de omnibus terris & rebus, quas predicta Eccleſia & Monaſterium aliquo modo habebat & detinebat ex parte quondam* Uberti Marchionis *tam infra Caſtrum de Vico, que dicitur Auſeriſſula, quàm & de foris & in Curte ejus; & in Ciſano, tam intra Villam, quàm & de foris & in Curte ejus, & a Camuliano, ſicut Hera mittit in Arnum uſque ad mare. Et ex altera parte fluminis Arni a Monteclo ſimiliter uſque ad mare,* Rogerio Dei D gratia ſancte Piſane Eccleſie Archiepiſcopo *ſuiſque ſucceſſoribus, ad partem predicte Eccleſie. Quod ab hac hora in antea ipſe Rodulfus Abbas, nec ſui ſucceſſores, neque cui ipſi dederint, vel habere decreverint, habent inde agere vel cauſſare, ſive moleſtare, atque per Placitum fatigare. Et inſuper ſpopondit atque obligavit ſe & ſuos ſucceſſo-* E *res adverſum ſupraſcriptum Archiepiſcopum & ſuos ſucceſſores ad partem predicte Eccleſie, aut cui ipſi dederint vel habere decreverint, quod ſi aliquo tempore de omnibus, que ſuper leguntur, egerint aut cauſaverint vel intentionaverint ſeu minuaverint atque moleſtaverint, ſive per Placitum fatigare fecerint per ſe vel per ſummiſſam perſonam per quolibet ingenium, & omni tempore ta-*

*citi*

*citi & contempti inde non permanſerint, quod componere debet ipſe Rodulfus Abbas & ſui ſucceſſores predicto Rogerio Archiepiſcopo & ſuis ſucceſſoribus ad partem predicte Eccleſie, aut cui ipſi dederint vel habere decreverint penam argenti optimi Libras ducentarum. Unde ipſe Rogerius Archiepiſcopus fecit ei meritum anulum aureum, ut magis omni tempore predicta finis & tranſactio, atque refutatio firma & ſtabilis permaneat atque perſiſtat.*

*Actum infra Eccleſiam Sancte Marie, poſita in Caſtello, qui dicitur Caſule.*

*Anno Dominice Incarnationis Milleſimo Centeſimo Trigeſimo, ipſo Die Kalendas Septembris, Indictione Septima.*

*Ego Rodulfus Abbas in hac promiſſione & obligatione ſubſcripſi.*

*Ego Johannes Monaco & Sacerdos ſubſcripſi.*

*Ego Guido Monaco & Sacerdos ſubſcripſi.*

*Ego Frater Albertus Monaco & Sacerdos ſubſcripſi.*

*Signum ✠ manus ſupraſcripti Sinibaldi Advocati predicte Eccleſie Sancti Michaëlis, qui interſuit & conſenſit.*

*Signa manuum ſupraſcriptorum Arnulfi, Veſſco, Saſſi, Lotterii, Henrici, Berlingerii, & item Henrici, Rogerini, Jacop, Siſmundi, Palmenti, Teberti, Truſſa, Gerardi, Deiſalvi, Guidonis, Bernardi, Alkeri, item Bernardi, rogatorum teſtium.*

*Ego Uzo Notarius Apoſtolice Sedis ibi fui, & hoc breve ad memoriam futuri temporis ſcripſi.*

## Donatio quartae partis Caſtelli Acqui, facta ab Arduino Comite, filio Guidonis Comitis, Eccleſiae Piſanae. Anno 1130.

IN *nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab Incarnatione ejus Milleſimo Centeſimo Trigeſimo Primo, Duodecimo Kalendas Decembris, Indictione Nona, Manifeſtus ſum ego* Arduinus Comes, filius Guidonis Comitis, *quia conſentiente mihi atque precipiente prefato Guidone genitore meo, per hanc cartam pro anime mee remedio & parentum meorum, offero, dono, & concedo Eccleſie Sancte Marie Piſane matris Eccleſie & Archiepiſcopatu, totam illam quartam portionem, que mihi obvenit per cartam donationis ex parte* Comitiſſe Cicilie uxoris quondam Ugonis Comitis, *que ſibi evenit per Morgincap ex parte prefati Comitis Ugonis viri ſui in Curte & in Caſtellis de Acqui, cum omnibus earum pertinentiis & adjacentiis tam donicatis quàm & maſſariciis, cultis & incultis, domeſticis & agreſtibus, diſtrictis & Placitis ſupraſcripta Curte & Caſtello pertinentibus, ut dictum eſt, cum inferioribus & ſuperioribus ſuis, ſeo cum finibus & ingreſſibus ſuis, & cum omni iure & pertinentiis earum, omnipotenti Deo & jamdicte Eccleſie offerre provideor tali ordine, ut ab ac hora in antea ſit propriis juris ſupraſcripte Eccleſie & Archiepiſcopatui Sancte Marie proprietario jure. Et ſi ego, qui ſupra, Arduinus Comes, vel meus heres, ſive cui nos eam dediſſemus aut dederimus, retollere vel minubere queſierimus per aliquod ingenium, aut ſi noſtrum datum vel factum de omnibus ſupraſcriptis rebus apparuerit, & omni tempore taciti & quieti inde non permanſerit, & eam ab omni homine defendere non potuerimus & non defenſaverimus, ſpondeo ego, qui ſuper, Arduinus Comes, una*

*cum*

*cum meis heredibus, conſentiente mihi ſupraſcripto genitore meo, conponere ad partem ſupraſcripte Eccleſie & Archiepiſcopatu Sancte Marie, ejuſque Rectoribus, aut cui ipſi dederint, ſupraſcriptam rem in duplum in ſerquido loco ſub extimatione qualis tunc fuerit. Et inſuper penam argenti optimi Libras centum. Et in tali ordine hec ſcribere rogavi Bernardum Notarium Domni Imperatoris.*

*Actum in Coro infra Plebe de Monteſaſtelli.*

*Signum ✠ manus ſupraſcripti Arduini Comitis, cum conſenſu, & auctoritate, & licentia ſupraſcripti genitoris mei, qui hanc cartam offerſionis fieri rogavit.*

*Signa ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ manuum Paganelli quondam Rollandi, & Ermannus & Stramb...... germani filii Rollandi de Ozano, Ildebrandi quondam Sicheri, & Petri quondam Ugonis quondam Pagani. Gerardi Vicecomitis quondam Gerardi Vicecomitis, Curtevecchia filius Alberti, & Scotto quondam Bernardi teſtium.*

*Supradictus Arduinus juravit ad ſancta Dei Euangelia, ſupraſcriptam offerſionem, & conceſſionem, ſicut ſupra legitur, licentia & auctoritate ſupraſcripti genitoris mei ſcribere rogavi hanc cartam eumdem Bernardum, & predictus pater meus ſic mihi precepit, ſic etiam jam dicta Comitiſſa Cecilia illut idem mihi fieri juſſit.*

*Ego Bernardus Notarius Domni Imperatoris, poſt traditam complevi & dedi.*

*Supradictus Arduinus Comes per fuſtem, quem in ſua manu tenebat, inveſtivit* Rogerium venerabilem Archiepiſcopum Piſane Eccleſie *de ſupradicta quarta portione de ſupraſcripta Curte & Caſtello & ejus pertinentia, ad ſupraſcriptam penam, ad eumdem datare, & teſtes.*

## Traditio Hoſpitalis Caſamvidiae, facta a fundatoribus pii loci Uberto Archiepiſcopo Piſano. Anno 1133.

*IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab Incarnatione ejus Milleſimo Centeſimo Trigeſimo Tertio, Nono Kalendas Martii Indictione Undecima. Quoniam divine admodum conſtitutum eſt, & ſalutem animarum & corporum medelam eſſe cognoſcitur, piis & venerabilibus Locis providere, ut optime conſtituantur & gubernentur, ne in poſterum ullam diminutionem vel jacturam patiantur; ideoque nos Bernardus & Leo conjuncti ad onorem & ſervitium omnipotentis Dei, & ſalutem pauperum, Oſpitale ſitum Caſamvidia, a nobis ordinatum & conſtitutum ad ſervitium Dei & pauperum, cui omnia noſtra bona mobilia & immobilia, ejus ſeculi procellis & mundanarum rerum deſideriis derelictis, ea conceſſimus pro remedio animarum noſtrarum, noſtrorumque parentum; tibi Deo, & Sancte Marie Piſane matris Eccleſie* Domno Uberto venerabili ejuſdem Eccleſie Archiepiſcopo, *& Canonicis predicte Eccleſie ſupradictum Oſpitale, cum omni ſua pertinentia & proprietate, que nunc abet, vel abiturus eſt, ſummittimus & damus, ut ſit in veſtra, veſtrorumque ſucceſſorum tutela & cura. Ad abendum, tenendum, gubernandum, meliorandum, nec in ullo de jure ſuo diminuendum, ſed pro amore & timore Dei, & veſtrarum animarum remedio, a vobis & a veſtris ſucceſſoribus, cura & ſtudio veſtro ſemper in melius procedat & augeatur. Et ſi aliqua perſo-*

*na ullo tempore prediᶜᵗo Oſpitio vel ſuis rebus offenderit vel diminuere voluerit, a vobis & a veſtris ſucceſſoribus omnibus modis, prout decet, defendatur. Nullâ tamen conceſsâ poteſtate atque licentiâ ipſum Opitium deſtruendi, vel ſubponendi alicui perſone vel loco, vel donandi vel permutandi vel ullo modo alienandi, ſed ſemper in veſtra, & in ſucceſſoribus veſtris cura, & proviſione ſemper permanead ad utilitatem & proficuum ſupraſcripti Oſpitii. Et ſi, quod abſit, aliquit contra oc, quod ſupra dictum eſt, a vobis, vel a ſucceſſoribus veſtris excogitatum fuerit, caſſum & inutile permanead, & ſemper in ejuſdem Eccleſie poteſtatem & in eorumque meliore fide ſteserint & permanead. Quam noſtram dationem & traditionem firmam & ſtabilem eſſe volumus. Et ſi nos, qui ſupradicti Bernardus, Leo, vel noſtri ſucceſſores, ſive cui nos dediſſemus, aut dederimus, contra vos, vel contra veſtros ſucceſſores egerimus, aut cauſaverimus, vel intentionaverimus, atque moleſtaverimus, ſive per Placitum fatigare fecerimus per nos, vel per noſtram ſummittentem perſonam, & omni tempore taciti & contenti inde non permanſerimus, ſpondemus nos ſupraſcripti Bernardo & Leo, una cum noſtris ſucceſſoribus, componere vobis veſtriſque*

A *ſucceſſoribus penam argenti optimi Libras centum. Et in tali hordine hec ſcribere rogavimus Guidonem Notarium Donni Imperatoris.*

*Actum in Clauſtrum ſupraſcripte Canonice.*

*Signum ✠ ✠ manus ſupraſcriptorum Bernardi, & Leonis comuniter, qui hoc ſcriptum rogaverunt fieri.*

B *Signum ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ manus Ildebrandi filius quondam Sigeri filio quondam Matti, Selmundi filius quondam Conetti, Oſimondi, qui Macco vocatur, filius quondam Albi, Bernardi filius quondam....... Deotiſalvi filius quondam Bettoni, qui fuerunt rogati teſtes.*

*✠ Ego Ubertus Piſane Eccleſie Ar-* C *chiepiſcopus, & Presbiter Cardinalis, titulo Sancti Clementis, hanc cartulam confirmo, & ſubſcribo.*

*✠ Ego....... Archipresbiter in ac cartula ſubſcripſi.*

*✠ Ego Henricus Presbiter, & Cuſtos, & Plebanus de Calci, ſubſcripſi.*

*✠ Ego Presbiter Martinus ſubſcripſi.*

*Ego Presbiter Lambertus ſubſcripſi.*

D *Ego Ildebrandus Diaconus ſubſcripſi.*

*Ego Gerardus Diaconus huic donationi ſubſcripſi.*

*Ego Guido Notarius Domni Imperatoris poſt traditam complevi & dedi.*

## Commutatio rerum inter Ubertum Archiepiſcopum Piſanum, & Ubertum Abbatem Monaſterii S. Juſtiniani de Faleſia, in qua duae partes Caſtelli Plumbini Archiepiſcopo conceduntur. Anno 1135.

*IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab Incarnatione ejus Milleſimo Centeſimo Trigeſimo Quinto. Undecimo Kalendas Februarii, Indictione Tertiadecima. Manifeſtus ſum ego* Ubertus Abbas Monaſterii Sancti Juſtiniani de Faleſia, *quia tu* Ubertus Dei gratia Piſanae Eccleſiae Ar- E chiepiſcopus *convenistis nobiſcum ad utilitatem quàm commodum predictae veſtrae Piſanae Eccleſiae & infraſcripti noſtri Monaſterii Sancti Juſtiniani commutationem faceremus de quibuſdam terris, quae videntur eſſe ſub jure prefatae veſtrae Eccleſiae & ſupraſcripti noſtri Monaſterii. Proinde ſub notitia bo-*

*norum hominum & fidelium utriuſque Eccleſiae veſtrae quàm noſtrae, quorum nomina ſubter leguntur, quàm rationabiliter decreverunt, ipſas terras quàm res, quas commutare diſpoſueramus, eſſe utiles ad meliorationem quàm commodum utriuſque Eccleſiae, ſecundùm eſtimationem predictae commutationis. Per hanc commutationis cartam cedere quàm per immutabilem traditionem largiri videor vobis Donno Uberto ſupraſcriptae Piſanae Eccleſiae Archiepiſcopo, tuiſque ſucceſſoribus ad utilitatem quàm proprietatem, ut dictum eſt, veſtrae Eccleſiae, duas partes integras de* Caſtello & Rocha, quae dicitur Plumbinum, *ſicut eſt praecincta a mari, uſque ad Carbonariam, vel a mari, quàm ab ipſa Carbonaria, exceptis quam antepoſitis inde ſex ſcalis de terra ad juſtam perticam menſurata, que per medietatem inter nos & vos habere quam detinere debemus, & excepta tanta terra de communi noſtro & veſtro, in qua vel ſuper qua Cappella & Caſa Presbiteri ipſius Cappellae, in qua habitet, poſſint haedificari. Item damus & tradimus vobis duas petias integras de medietate illius terrae, quae eſt poſita infra ſupraſcriptos terminos, quos hic nominamus, videlicet ſicut Lecia-pertuſa vadit per Serram montis, & per Bracalaniam uſque ad Capetholum in mare, & ſicut mare precingit totam ipſam terram cum predicta Carbonaria uſque ad Rivum-fenalem, & ſicut ipſe Rivus-fenalis vadit in Serram ad predictam Leciam-pertuſam. Exceptamus quam anteponimus inde prefatam Eccleſiam & Monaſterium Sancti Juſtiniani, quàm ejus Clauſtro, cum ſuo Cimiterio. Predictas duas partes integras de iſto Caſtello & Rocha Plumbini, ſicut eſt precincta a mari, quam Carbonaria, preter ſex ſupraſcriptas ſcalas de terra, quas per meditatem inter nos habere debemus, quàm preter ſupraſcriptam terram de comuni utriuſque partis, in qua Cappella & Caſa Presbiteri poſſint haedificari, item duas partes integras de meditate illius terrae, quae eſt poſita infra ſupraſcriptos terminos, preter Monaſterium quàm Eccleſiam quàm clauſtra cum ſuo Cimiterio, qualiter ab omni parte circumdatae ſunt per deſignata loca, & ſicut per capita & latera & menſuram inveniri poſſunt, cum inferioribus & ſuperioribus ſuis, ſeu cum finibus quam acceſſionibus quam ingreſſibus ſuis, cum omni jure quam pertinentiis earum, in integrum vobis, ut dictum eſt, irrevocabiliter cedo & trado in perpetuum nomine commutationis, ut dictum eſt. Tali ordine, ut nullo tempore nullo modo liceat vobis vel veſtris ſucceſſoribus aut biconomo, predictas terras ſeu res vendere vel donare aut aliquo alio titulo alienare, ſed ſemper debeat in poteſtate predictae veſtrae Piſanae Eccleſiae incommutabiliter permanere, & in ejus proprietate quam dominio. Pro qua noſtra commutatione quam traditione recepi a vobis unam petiam de terra, poſita juxta Civitatem Piſam prope Eccleſiam Sancti Nichelai, quàm inſuper Solidos trimilia quadringentis in prefinito. Quam meam commutationem quàm traditionem ſi ego, qui ſupra, Ubertus Abbas, vel mei ſucceſſores, ſive aliqua noſtra ſubmiſſa perſona aut biconomus noſtri Monaſterii aliquo tempore revocare vel remutare, aut in aliquo diminuere quaeſierimus per quodlibet ingenium, & ſi eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus quam non defenſaverimus ad partem quàm proprietatem predictae veſtrae Piſanae Eccleſiae, ſpondeo ego, qui ſupra Ubertus Abbas, unacum meis ſucceſſoribus prefati noſtri Monaſterii Sancti Juſtiniani, componere vobis, qui ſupra, Donno Uberto Archiepiſcopo, veſtriſque ſuc-*

ceſſoribus, aut biconomo veſtrae Eccleſiae, ſupraſcriptam noſtram commutationem quàm traditionem in duplum in ſerquido loco ſub extimatione, qualis tunc fuerit, ad partem quàm proprietatem prefatae veſtrae Piſanae Eccleſiae, & inſuper penam argenti optimi Librarum trecentarum; quia in tali ordine hanc commutationis cartam Ildibrandum Notarium Apoſtolicae Sedis ſcribere rogavimus.

A

Actum apud prefatam Eccleſiam Piſani Archiepiſcopatus Sanctae Mariae feliciter.

✠ Ego Ubertus Abbas Monaſterii Sancti Juſtiniani de Faleſia, in hac carta commutationis ſubſcripſi.

Ego Falco Judex ſacri Palatii interfui quàm ſubſcripſi.

Ego Manfredus cauſarum Patronus interfui & hic ſubſcripſi.

B

Ego Ildibrandus Notarius Apoſtolice Sedis poſt traditam complevi & dedi.

## Charta Gerardi Abbatis Monaſterii S. Mariae de Morrona, per quam vendit Uberto Archiepiſcopo portionem ſuam de duobus Caſtellis. Anno 1135.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab Incarnationis ejus Milleſimo Centeſimo Trigeſimo Sexto, Quarto Kalendas Aprilis, Indictione Tertiadecima. Manifeſtus ſum ego Gerardus in Dei nomine humilis Abbas Eccleſie Monaſterii Sanctae Mariae de Morrona, quia gravati & coacti onere debiti ſupraſcripti noſtri Monaſterii, cum non habuerimus alias res mobiles, de quibus ipſum debitum ſolvere poſſemus, ideo comuni conſilio Fratrum pro jam dicto debito ſolvendo & utilitate melioris comodi, quaſi loco commutationis, per hanc cartam vendimus & tradimus vobis Donno Uberto venerabili Archiepiſcopo Piſanae Eccleſiae, medietatem integram de tribus partibus de Podio & Caſtello & Diſtricto & Curte de Acqui, quod Vivajo vocatur. Et de Podio & Caſtello & Curte & Diſtricto de Morrona: exceptis & antepoſitis illis terris & acquiſitis, quae prefato noſtro Monaſterio pertinebant ante illam dationem Ugonis Comitis, vel datum, quod ipſe in eodem Monaſterio fecit. Predictam medietatem integram de tribus partibus de utriſque prenominatis Podiis & Caſtellis, videlicet Morrona & Vivajo, & eorum Curtibus & diſtrictis, exceptis illis acquiſitis, quae ſuperius exceptavimus, qualiter ab omni parte per capita & latera & per menſuram ipſe terre inveniri poſſunt; cum inferioribus & ſuperioribus ſuis, ſeu cum finibus, & acceſſionibus & ingreſſibus earum, & cum omnibus adjacentiis & pertinentiis earum & actionibus, & jure in integrum vobis, ut dictum eſt, vendimus & tradimus. Pro qua noſtra venditione & traditione recepimus a vobis pretium quingentorum Solidorum in prefinito. Quam noſtram venditionem & traditionem ſi ego, qui ſupra, Gerardus Abbas, vel mei ſucceſſores, ſive aliqua noſtra ſummiſſa perſona, cui nos dediſſemus aut dederimus, vobis, qui ſupra, Donno Uberto venerabili Archiepiſcopo vel veſtris ſucceſſoribus retollere vel minuere queſierimus per quodlibet ingenium, & ſi eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus & non defenſaverimus, ſpondeo ego, qui ſupra Gerardus Abbas, una cum meis ſucceſſoribus, componere vobis, qui ſupra, Donno Uberto vene-

C

D

E

A venerabili Archiepiſcopo veſtriſque ſucceſſoribus ad partem & proprietatem veſtrae Piſanae Ecleſiae, iſtam noſtram venditionem & traditionem in duplum in ſerquido loco ſub extimatione, qualis tunc fuerit, inſuper penam argenti optimi Librarum centum. Quia in tali ordine hanc cartam Falconem Judicem & Notarium ſacri Palatii ſcribere rogavimus.

B Actum aput Canonicam, & majorem Eccleſiam Archiepiſcopatus Sancte Marie.

Ego Gerardus Abbas Eccleſie Sancte Marie de Morrona ſubſcripſi.

Signa ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ manuum Lanfranci quondam Gerardi, Petri Albithonis, Heritbi quondam Heritbi, Bernardus Lamberti, Scotti filii Bernardi quondam Rotbi, Malagalie quondam Germundi, qui interfuerunt rogati teſtes.

Ego Falco Judex & Notarius ſacri Palatii, poſt traditam complevi & dedi.

## Sententia Judicum in controverſia agrorum inter Ubertum Archiepiſcopum Piſanum, & alios. Anno 1135.

IN nomine ſummi Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Amen. Nos Bentho Judex, & Manfredus, cauſſarum patroni, electi Judices ab Uberto, divina pietate Piſanorum Archiepiſcopo, & a Conſulibus & univerſo Populo, ad diffiniendas lites publicas ſeu privatas; litem, que erat inter Archiepiſcopum Uertum & Vicecomitem & Henrigum atque Rudulfum, germani filii quondam Gualfredi, commiſſam nobis ab utraque parte, ſic diffinimus. Siquidem cum predictus Archiepiſcopus conquereretur adverſum ſupradictum Vicecomitem & filios Gualfredi, de duabus petiis de terris, que fuerunt de Curte de Cimtoria, nunc verò ſunt de Curte de Sancta Lucia, una quarum poſita eſt a Pojo de Querciavelata, & ſicut trait Strada Guilielminga, da capite Anchi uſque ad terram de li Petilati in capite deinc; ſecunda petia de terra comprehenditur cum Colle Leuli, tenet unum caput in Rigone, aliud caput tenet in foreſto, & guarigando de Curte de Cimtoria. De his predictis duabus petiis de terris, ſicut deſignata ſunt, dicebat Vicecomes & filii Gualfredi, ſe poſſediſſe per annos quadraginta quiete & ſine legali interruptione. Contra C verò Archiepiſcopus dicebat eamdem terram infra illos quadraginta annos Comitem Ugbicionem & filium ejus Ugolinum & Teudicium & filium ejus poſſediſſe infra hos quadraginta annos, teſtibus ab utraque parte productis, & a nobis diligenter examinatis. Unde Judices, negotio a Cauſidicis utriuſque partis ſubtiliter diſputato, causâ congnitâ, D judicamus, ut jurent teſtes Archiepiſcopi, infra hos quadraginta annos predictos Comites poſſediſſent. Quo jurato, condemnamus Vicecomitem & filios Gualfredi de predicta terra, niſi teſtes Vicecomiti & filii Gualfredi velint jurare Vicecomitem & filios Gualfredi predictam terram per quadraginta annos quiete poſſediſſe. Tunc eligatur unum ex u- E na parte, & alter ex altera parte, & quis verius vel falſius dicat, bello diſcernatur. Hanc ſententiam data, & teſtibus utrinque juratis Vicecomes & filii Gualfredi remiſerunt bellum, & toti lite renuntiaverunt.

Data in Curia Domni Uberti venerabili Archiepiſcopo Sancte Marie Piſane matris Eccleſie, in preſentia teſtium Gualamdi quondam item Gualandi,

*di, & Lanfranchi quondam Gerardi, & Guilielmirici quondam Lanberti, Odimundi quondam Beriti, & Gatti quondam Henrici, & Lanberti quondam item Lanberti Judicis, & Ruſtici quondam Johannis da Montemororo, Ugoni quondam Andree da Sancta Lucia, & Morelli de Navila, & Comite Malaparute, Rainulfi quondam Ubaldi, Caciabate quondam Guilicioni, Raineri &* A *Tegrimi germani filii quondam Raineri, Ventrio filio ejuſdem Raineri, & aliorum multorum.* B

*Anni Domini Milleſimo Centeſimo Trigeſimo Sexto, Quarto Nonas Decembris, Indictione Quartadecima.*

*Ego Bernardus Notarius Domni Imperatoris, ex juſſione predictorum Judicum hanc ſententiam ſubſcripſi.*

## Poſſeſſio dimidii Inſulae Planuſiae a Judicibus Piſanis reſtituta Balduino Archiepiſcopo Piſano. Anno 1138.

IN *nomine Domini Dei viventis in ſecula. Amen. Nos Marchesius & Nerbottus Judices, a Conſulibus & universo Populo ad diffiniendas lites & controverſias publicas ſeu privatas, Judices dati, reclamationem factam a* Donno Balduino venerabili Archiepiſcopo *adversùs Brunectum quondam Ugonis, & adversùs fratres patrueles ejus uxoris, judicio arbitrioque noſtro commiſſam, ſubſcripto modo diffinimus. Siquidem cum Donnus Archiepiſcopus repeteret a Brunecto & a fratribus patruelibus ejus uxoris, medietatem tothius* C Inſule Planuſie, *quam juris eſſe Archiepiſcopatus Piſane Ecclesie aſſerebat, unde etiam Cartas offertionis & donationis a Leone de Cunitho & ejus uxore factas hoſtendebat; Cumque prenominatus Brunectus & jam dicti Conſortes a Conſulibus, ut ad judicium venirent, ſepe eſſent vocati, illi verò contumaciter perſiſtentes obtemperare noluerunt. Quapropter nos Judices taliter contra contumaces pronuntiamus, ut Donnus Archiepiſcopus mittatur in poſſeſſionem medietatis Inſule Planuſie, ita ut quiete poſſideat, & a nemine niſi legitime diſveſtiatur.* D

*Data in Curia Donni Archiepiſcopi, Anno Dominice Incarnationis Milleſimo Centeſimo Trigeſimo Nono, Octavo Idus Novembris, Indictione Secunda.* E

✠ *Ego Marchesius, ſacri Lateranenſis Palatii Judex in hac ſententia a me data ſubſcripſi.*

✠ *Ego Nerbottus ſacri Palatii Judex hanc meam ſententiam confirmo.*

✠ *Ego Battabianca Conſul hanc ſententiam laudo, & confirmo, & ſubſcribo.*

✠ *Ego Urſo Conſul hanc ſententiam laudo & confirmo.*

✠ *Ego Rainolfo Conſul hanc ſententiam laudo & confirmo.*

✠ *Ego Ugo Ranuccii Conſul hanc ſententiam laudo & confirmo.*

✠ *Ego Petrus Albithonis, Civis Piſanus & Conſul, hanc ſententiam laudo & confirmo.*

✠ *Ego Villano Conſul hanc ſententiam laudo & confirmo.*

Obla-

## Oblatio nonnullorum Caſtellorum facta Eccleſiae Piſanae ab Hildebrando Comite filio quondam Hildebrandi Comitis, & Mathilda ejus uxore. Anno 1139.

*IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab Incarnatione ejus Milleſimo Centeſimo Quadrageſimo; Tertiodecimo Kalendas Julii, Indictione Secunda. Manifeſti ſumus nos* Ildebrandus Comes filius quondam Ildebrandi Comitis, & Matilda jugalis ejus, *& filia Lanfranchi, quia communiter & conſentiente mihi ſupraſcripto viro meo, ubi intereſſe videtur notitia Bentbonis Judicis, a quo interrogata & cognita ſum, non pati violentia, ſet pura & integra mea bona voluntate ſecundùm edicti paginam, per hanc cartam pro remedio animarum noſtrarum offerimus, donamus, cedimus, & tradimus omnipotenti Deo & Eccleſie Archiepiſcopatui Sancte Marie Piſane matris Eccleſie, medietatem integram de noſtra portione, que mihi Ildebrando obvenit ex parte patris ſive matris mee, ſive alio aliquo modo vel jure, de Rocca de Biſerno, & de Caſtello & Burgis & Podio & diſtrictu & Curte ejus, & omni ejus pertinentia; & de Caſtello de Vignale, & de Campilia; & de Caſtello & Monte Sancti Laurentii, & de eorum pertinentiis. Predictam medietatem integram de omnibus, que ſupra leguntur in integrum cum inferioribus & ſuperioribus ſuis, ſeu cum finibus & ingreſſibus ſuis, & cum omni jure & proprietate & actione earum, omnipotenti Deo & jamdicte Eccleſie offerre, ut dictum eſt, dare & tradere videmur tali ordine, ut ab hac hora in antea ſit propriis juris ſupraſcripte Eccleſie. Et ſi nos vel noſtri heredes eam egerimus aut cauſaverimus, aut ſi noſtrum datum vel factum inde apparuerit, & omni tempore taciti & contempti inde non permanſerimus, & eam ab omni homine ad partem predicte Eccleſie, ſuiſque Rectoribus defendere non potuerimus & non defenſaverimus, ſpondemus nos, qui ſupra Jugales, una cum noſtris heredibus, componere ad partem predicte Eccleſie, ſuiſque Rectoribus in duplum in ferquido loco, ſub extimatione, qualis tunc fuerit, & inſuper penam argenti Librarum ducentum. Et in tali ordine hec ſcribere rogavimus Ugonem Notarium Apoſtolice Sedis.*

*Hactum Piſe in Choro Eccleſie Sancti.....*

*Signa ✠ ✠ manuum ſupraſcriptorum Jugalium, communiter, & ut dictum eſt, legittime conſentientes, qui hanc cartam rogaverunt fieri.*

*Signa ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ manuum Gualandi quondam Gualandi, Lanfranci quondam Gerardi, Lamberti filii ejus, Gerardi Gaëtani quondam Ugonis, Guintthi quondam Siſmundi, Siſmundi quondam Conecti, Hermanni quondam Galli vocati quondam Ugonis, rogatorum teſtium.*

*Ego Ugo Notarius Apoſtolice Sedis poſt tradita complevi & dedi.*

Char-

## Charta Guidonis Comitis, filii Hugonis Comitis, per quam ſe, ac ſua Caſtella obligat Archiepiſcopo, & Conſulibus Piſanis. Anno 1141.

IN *nomine Dei. Amen.* Ego Guido Comes filius Ugonis Comitis *juro ſuper ſancta Dei Euangelia, quod ab hac hora ſalvabo & adjuvabo homines Piſane Civitatis, & de ejus Burgis & Villis, & homines Sancte Marie Piſane, ubicumque fuerint, & eorum habere, & omnium ſupradictarum perſonarum, per me & per meos in tota mea virtute ſecundum meum poſſe: & nullum Caſtellum vel Curtem, quam habeo in Comitatu Piſano, vel habebo, vendam vel obligabo alicui perſone vel loco vel Eccleſie, niſi Eccleſie Piſane Archiepiſcopatui. Et quidquid pater meus vel ego obligavimus Eccleſie Sancti Martini Lucenſi, vel ejus Epiſcopo, vel Procuratori, per bonam fidem ſine fraude ſtudebo disbrigare & liberare, & liberatum, predicte Eccleſie Piſane vel Piſanis Conſulibus pignori per cartulam in laude ſui Judicis & Notarii, pro XXII. Libris obligabo, & in poſſeſſionem mittam vel mittere faciam, & Cartulas, quas ab Epiſcopo Lucano vel ejus Miſſo recepero, Archiepiſcopo Piſano vel Piſanis Conſulibus, aut eorum Miſſis certis dabo. Et ſi Epiſcopus Lucanus vel ejus Miſſi recipere noluerint ſolutionem, & reddere quod obligavimus, faciam cartulam, & dominium transferam, & in poſſeſſionem corporaliter mittam, ſecundùm quod Sapientes Piſani Archiepiſcopi, vel Piſanorum Conſulum voluerint, vel mihi preceperint, & preceptum eorum non evitabo. Et quod in Caſtello de Furcule & ejus Curte & diſtricto,* Malaparte Comes, *& Galliana ejus uxor habuit, vel habet, ſtudebo per bonam fidem ſine fraude, ut Archiepiſcopus Piſanus, vel ejus Miſſi, & Piſani Conſules, & eorum Miſſi habeant, & quiete detineant. Et non ero in conſilio vel facto aut aſſenſu, ut quod Archiepiſcopatus Piſanus ibi habet vel habebat quoquo modo, vel Piſanorum Conſules, aut Canonici, perdant, aut litem inde habeant. Et ſi quis eos exinde imbrigaverit, vel abſtulerit, adjuvabo eos per me & meos habere & retinere, & ſi perdiderit, acquirere, & acquiſita retinere. Et quandocunque Archiepiſcopus Piſanus, vel Vicedominus, vel Piſani Conſules, aut eorum certi Miſſi, in poſſeſſione Caſtelli de Furcule vel ejus Curtem intrare voluerint, cum eis ero & eos adjuvabo per me & meos, intrare & habere & quiete retinere. Et ſtudebo, ut omnes homines de Furcule ſint ad preceptum & voluntatem Piſani Archiepiſcopi & Vicedomini & Conſulum Piſanorum, & eorum etiam certi Miſſi. Et ſtudebo, ut hec omnia omnes fratres mei faciant ad voluntatem Piſani Archiepiſcopi, & Vicedomini, & Piſanorum Conſulum. Hec omnia ſupraſcripta obſervabo toto tempore vite mee ſine fraude* Balduino Piſano Archiepiſcopo *& ſuis ſucceſſoribus, & Piſanis Conſulibus, qui modò ſunt, vel pro tempore erunt, & eorum certis Miſſis.*

*Signum* ✠ *manus Guidi Comitis quondam Guidi.*

*Ego Rolandus Imperatoriae dignitatis Judex Vicarius interſui & ſubſcripſi.*

*Ego Lambertus Marcianenſis Piſanorum Judex huic ſacramento interſui & ſubſcripſi.*

*Ego Jerardus Vicecomes & Conſul ibi fui & ſubſcripſi.*

✠ *Ego*

*✠ Ego Bolgarinus Conſul ibi fui & ſubſcripſi.* A

*✠ Signum manus Ventrilii Rainerii filii.*

*Nerbottus Judex predicto ſacramento interfui, & manu propria hic ſubſcripſi.*

*Teſtes Opitho de Lucagnano, Ildebrandus de Lari, Gerardus de Morrona, Guizalottus quondam Malamoſce.*

*Anni Domini Milleſimo Centeſimo Quadrageſimo Secundo, Quinto Nonas Madii, Indictione Quarta.*

## Charta Alberti Marchionis Corſicae, per quam vendit Conetto tertiam portionem Caſtelli Liburni. Anno 1146.

B *IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab Incarnatione ejus Milleſimo Centeſimo Quadrageſimo Septimo, Indictione Decima, Sexto Kalendas Octubris. Manifeſtus ſum ego* Albertus (1) Marchio Corſicae, filius quondam Bratteportate item Marchionis, *quia per hanc cartam vendo & trado vobis Siſmundo & Conetto fratribus, filiis quondam Conetti,* C *meam partem tertiam portionem videlicet de* Caſtello & Curte de Livorna, *cum omni ſua pertinentia, & ejus Livorne aquis, terris, ſilvis, & diſtrictu, & jure aut albergarie, aut Placiti, aut date, vel alicujus redditus, aut recollectionis, & cum omni jure & cauſa, quecunque mihi de omnibus predictis per Feodum,* D *vel alio modo pertinent. Predictam tertiam portionem cum omnibus ſupraſcriptis in integrum, cum inferioribus & ſuperioribus, & finibus, & ingreſſibus ſuis, & cum proprietate & pertinentia & edificio & omni jus ſua, vobis ſupraſcriptis fratribus vendo & trado. Unde a vobis pretium recepi bonorum denariorum Lucenſium Solidos mille in prefinito.* E *Quam meam venditionem & traditionem ſi ego, qui ſupra, Albertus Marchio, vel meus heres, ſive aliquis, cui nos eam dediſſemus aut dederimus, vel a nobis ſummiſſus, quolibet ingenio vel modo retollere vel ſubtrahere aut diminuere vel impedire queſierimus vobis ſupraſcriptis fratribus, vel veſtris heredibus, & omnibus quibuſcunque eam dederitis vel reliqueritis, & ſi nos exinde auctores dare volueritis, & eam vobis ab omnibus defendere non potuerimus & non defenſaverimus; ſpondeo me, qui ſupra, Albertum Marchionem, meoſque heredes compoſituros vobis & veſtris heredibus ſupraſcriptam venditionem & traditionem in duplum in ſerquido loco ſub eſtimatione, qualis tunc fuerit. Et in tali ordine hanc cartam Domnum Ugonem Judicem & Notarium ſcribere rogavi.*

*Actum Piſâ, Portâ maris, domo uxoris quondam Gerardi Tattarii, prope Eccleſiam Sancti Nicolai.*

*Signum ✠ manus ſupraſcripti Alberti Marchionis, qui hanc cartam venditionis rogavit fieri.*

*Signa ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ manuum Veltri quondam Falmi, Gottifredi quondam Lamberti, Baronis quondam Martini, Pattuccii filii Alliceti, Ildebrandi quondam Ildebrandi, Belloni quondam Sili, rogatorum teſtium.*

*Ego Ugo Domni Lottarii Tertii Romanorum Imperatoris Judex judiciorum omnium interfui & ſubſcripſi.*

*Ego Ugo Notarius Apoſtolice Sedis poſt traditam complevi & dedi.*

*Iſta venditionis Carta nomine pignoris tali tenore facta eſt, quod quali-*



(1) Marchiones iſti fortaſſe pertinent ad inluſtrem Marchionum Malaſpinarum progeniem.

cunque die ab hodie uſque ad duos proximos annos ſupraſcriptus Albertus Marchio, vel ejus heres, aut ejus certus Miſſus reddiderint ſupraſcriptis fratribus, vel eorum heredibus, aut ſuper hoc Miſſo, bonorum denariorum Lucenſium Solidos Mille, & prode in predicto Conſtituto per ſingulo Menſe bonorum denariorum Lucenſium Solidos ſedecim & denarios octo, tunc iſta venditio & Carta reſolvatur, reddatur, & nihil valeat. Si verò ita ſolutum non fuerit, tunc ab inde in antea in poteſtate ſupraſcriptorum fratrum & heredum eorum, & omnium, quibus dederint, deveniat & permaneat, ad eis tenendum & alienandum & pignorandum, & quicquid eis placuerit, faciendum. Ita etiam quod quantumcunque temporis poſt ſupraſcriptum terminum ſteterit, quod ſupraſcripta pecunia reddita vel recollecta non fuerit, poſſeſſio apud ſupraſcriptos fratres, eorumque heredes permaneat, & ſupraſcriptum proficuum ſemper debeatur & currat. Et poſſeſſionem, & fructus, & omnem redditum pignoris infra ſupraſcriptum terminum & poſt ſupraſcriptum terminum ſupraſcripti fratres, eorumque heredes & omnes, quibus dederint, debent habere, & tantum quantum va-

A lucrint fructus & redditus....... debent diſcomputare. Inſuper juravit ſupraſcriptus Albertus Marchio per ſancta Dei Euangelia, quod Carta, vel datio, aut obligatio facta non eſt, vel ap....... venditioni & carte contraria vel nociva. Et ſi ſupraſcriptus terminus tranſierit non ſolutâ ſupraſcriptâ pecuniâ, amplius nullam litem vel moleſtiam faciet de....... & pignore, & B quiete tenere, & penſionem & fructus, & omne redditum recolligere non contradicit. Si quis verò contradiceret, auctor & defenſor & adjutor...... & eorum heredibus, & omnibus quibus darent vel relinquerent. Et repromiſſionem ad defendendum, qui per manum tenet, ad penam argenti optimi Librarum C quinquaginta ad ſupraſcriptum datare, meritum & teſtes. Et dedit in manu ſupraſcripti Conetti pro ipſo & fratre ſupraſcriptum Gottifredum, ut corporaliter ipſum in poſſeſſionem mitteret, & ut ipſe Conettus pro ſe & fratre poſſeſſionem ingrederetur de ſupraſcripta tertia parte & omnibus ſupraſcriptis, que idem Marchio in Feo- D dum ab Archiepiſcopatu Sancte Marie habebat, & ipſe pignori predictis fratribus...... ipſi precepit, quod factum eſt ab eo Conetto.

## Eugenii III. Papae Bulla pro Guidone Abbate Monaſterii S. Mariae de Morrona. Anno 1148.

EUgenius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. dilectis filiis Guidoni Abbati Sancte Marie de Morrone, ejuſque Fratribus, tam preſentibus quàm futuris, regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Religioſis deſideriis dignum eſt, facilem prebere conſenſum, ut fidelis devotio celerem ſortiatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus,

E & predeceſſoris noſtri felicis memorie Pape Innocentii veſtigiis inherentes, Monaſterium beate Dei Genitricis Marie, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut qualcunque poſſeſſiones, quecunque bona idem Monaſterium inpreſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Ponti-

*Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu etiam aliis juſtis modis, Deo propitio, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Partem veſtram in ipſo Caſtro & Curte ejus, Plebem & Capellam ejuſdem Caſtri, cum decimis ſuis. Et quicquid habetis in Curte Aquiſtana. Balneum & Aqueductum uſque in Caſcina. Terras, quas habetis in Palude & Pantano cum decimis earum. Eccleſiam de Thora cum ſuis pertinentiis. Eccleſiam de Montanino cum medietate Caſtri & pertinentiis ſuis, ſalvâ convenientiâ, que inter Ubertum venerande memorie Piſanum Archiepiſcopum, & Gerardum Abatem facta eſt, & ſcripto firmata. Si qua verò libera & abſoluta perſona in vita ſua, ſive in morte in ſupraſcripto Monaſterio ſe conferre voluerit, recipiendi eam abſque ulla contradictione liberam facultatem habeatis, ſalvâ juſtitiâ matricis Eccleſie. Decernentes, ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salvâ Sedis Apoſtolice auctoritate & dioeceſanorum Epiſcoporum canonicâ juſtitiâ. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica Seculariſve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Loco juſta ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hìc fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem premia eterna pacis inveniant. Amen. Amen.*

*Ego Eugenius Catholice Eccleſie Epiſcopus ſubſcripſi.*

*✠ Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.*

*✠ Ego Oddo Diaconus Cardinalis Sancti Georgii ad Velum aureum ſubſcripſi.*

*✠ Ego Guido Presbiter Cardinalis titulo Sanctorum Laurentii & Damaſi ſubſcripſi.*

*✠ Ego Gregorius Diaconus Cardinalis Sancti Angeli ſubſcripſi.*

*Datum apud Sanctum Geminianum, per manum Guidonis ſanctae Romanae Eccleſiae Diaconi Cardinalis & Cancellarii, Decimo Kalendas Decembris, Indictione XII. Incarnationis Dominicae Anno Milleſimo Centeſimo Quadrageſimo Octavo, Pontificatus Domni Eugenii Papae Anno Quarto.*

## Tranſactio inter Calciſcianam uxorem Alberti Corſicae Marchionis, & Villanum Archiepiſcopum Piſanum, de Caſtello Plumbini. Anno 1150.

*IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab Incarnatione ejus Milleſimo Centeſimo Quinquageſimo, Indictione Tertiadecima, Quinto Kalendas Martii. Recordationis hec eſt Carta ad futuram & publicam fidem*

& memoriam. In preſentia infraſcriptorum Judicum & teſtium, Calciſciana filia quondam Lamberti Uberti Guidonis, & relicta quondam Vernacii, & modo uxor Alberti Corſice Marchionis, & ipſe Albertus vir ejus cum ea comuniter, & conſentiente dicte Calciſciane predicto viro ſuo, ſub notitia Domni Hugonis Judicis, a quo ſecundum legem interrogata, eſt cognita, ſe nullam pati violentiam, ſed pura & integra & bona voluntate ſua, ſecundùm Edicti paginam, per hanc cartam, & fuſtis inveſtituram, quem in eorum detinebant manibus, fecere finem & refutationem & tranſactionem Eccleſie Piſani Archiepiſcopatus beatiſſime Marie, & Domno Villano Dei gratia ejuſdem Eccleſie venerabili Archiepiſcopo, & Primati, & Sardinie Legato, tamen pro ſe, quàm pro filiabus, quas eadem Calciſciana habebat & ſupraſcripto quondam Vernacio viro ſuo, de Caſtello & Rocca & Curte de Plumbino, & de omnibus turribus & caſis, & edificiis & terris & perſonis, & rebus omnibus mobilibus & immobilibus & ſe moventibus, & jure omni predicte Calciſciane, aut Alberto viro ejus, aut filiabus predicte Calciſciane & quondam Vernaci pertinentibus per predictum Caſtellum & Roccam & Curtem de Plumbino, infra & extra ipſum Caſtellum & Roccam & Curtem & diſtrictum ejus tam in terra quàm in mari vel inſula aliqua, ſive jure alodii, ſive feodi aut tenimenti, aut propter aliquas expenſas a predicto quondam Vernacio vel Calciſciana, aut alia quacumque perſona factas, aut propter ullum debitum vel uſum aut jus, quod requiſierant aut requirere potuerant ſupraſcripta Calciſciana, & predictus Marchio, vel predicte ejus filie, uſquam ad diem ſupraſcriptam. Item de predictis omnibus fecerunt finem & re-

A futationem & tranſactionem Eccleſie & Monaſterio Dei, & Sancti Juſtiniani de Faleſia, & Domno Guidoni ſupraſcripte Eccleſie Abbati venerabili & hominibus & habitatoribus predicti Caſtelli & Rocce & Curtis & diſtrictus ejus. Videlicet quod ab hac ora in antea predicta Calciſciana & ejus filie predicte & predictus Marchio, vel eorum heredes, aut aliqua perſona, cui B dediſſent vel darent, vel ſummiſſa ab eis. de predictis omnibus, ſicut ſupra deſcripta ſunt, litem vel controverſiam aut moleſtiam non facient ullam predicte Eccleſie Piſani Archiepiſcopatus beatiſſime Virginis Marie, & ſupraſcripto Domno Villano, & Domno Guidoni, & ſupraſcriptis habitatoribus, eorumque C ſucceſſoribus & heredibus, & omnibus quibuſcumque ipſi dederint vel reliquerint. Inſuper omnem proprietatem, & jus quodcunque predicte Calciſciane vel ejus filiabus aut predicto Marchioni in predictis omnibus competebat, aut competere poterat uſque ad diem ſupraſcriptam, dedere tamtum ſupraſcripte Eccleſie beatiſſime Marie, & ſupraſcripto D Domno Villano, ejuſque pro tempore ſucceſſoribus, & ſe, ſuoſque heredes, auctores, & defenſores obligavit ſupraſcripta Calciſciana & Marchio de predictis omnibus adversùm predictas filias, ſi umquam contra agerent, & item adversùs omnes, qui eorum dato contra predicta venirent. Si verò contra ſupraſcriptam factum fuerit, & ita E omnia, ut ſupra dicuntur, obſervata non erunt, ſpoponderunt & obligaverunt ſe ſupraſcripta Calciſciana pro ſe & predictis filiabus & predictus Marchio, ſuoſque heredes compoſituros predicte Eccleſie beatiſſime Marie, & predicto Domno Villano, ejuſque ſucceſſoribus, predicta in duplum in ferquido loco ſub eſtimatione, qualis tunc fuerit, & inſuper penam argenti optimi Librarum ducen-

*ducentarum, pena ſoluta, hac carta firma permanente. Unde ad confirmationem omnium predictorum vice ſupraſcripte Eccleſie beatiſſime Marie & Eccleſie Sancti Juſtini, & ſupraſcripti Domni Villani, & Guidonis, & ſupraſcriptorum habitatorum, a Siſmundo & Conetto quondam Conetti fideliſſimorum ſupraſcripti Domini Villani, meritum ſupraſcripta Calciſciana pro ſe, & filiabus predictis, & ſupraſcriptus Marchio recepere coppam unam de argento pro tribus millibus Solidis bonorum Denariorum Lucenſium, integre ſolutis & completis ſupraſcripte Calciſciane pro ſe, & filiabus predictis, & ipſis filiabus, & Marchioni a ſupraſcripto Domno Villano in prefinito. Item ad confirmationem predictorum predicta Calciſciana preſentia & conſenſu ſupraſcripti Marchionis juravit per ſancta Dei Evangelia, quod numquam contra ſupra ſcripta litem vel moleſtiam faciet, neque erit in conſilio vel facto, ut contra predicta lis vel moleſtia fiat. Et in tali ordine hanc cartam Domnum Hugonem Judicem & Notarium ſcribere rogavere.*

*Actum Piſà, Turre Ughicionis fratris predicte Calciſciane, Portà Sancti Salvatoris, prope Eccleſiam Sancti Ilarii.*

*Signum ✠ ✠ manus ſupraſcriptorum Calciſciane, que pro ſe & filiabus ſupraſcriptis, & Alberti Marchionis, qui comuniter & conſentientes hanc tranſactionis & difinitionis & dationis cartam rogavere fieri.*

*Signa manuum ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ Domni Carpini comunis Judicis preſentis, & auctoritatem interponentis, & ſupraſcriptorum Siſmundi, & Conetti, & Ughicionis predicti, Gerardi filii Gotfredi Proviſoris, Pipini filii ſupraſcripti Conetti, Ughicionis quondam Belli, prenomine Vaccarius, Noriocci quondam Cinballi, & aliorum rogatorum teſtium.*

*Ego Hugo Domni Lottarii Tertii Romanorum Imperatoris Judex judiciorum omnium interfui & ſubſcripſi.*

*Ego Ugo Notarius Apoſtolice Sedis poſt traditam complevi & dedi.*

## Sententia Guidonis Presb. Cardinalis tituli Paſtoris in controverſia agitata inter Villanum Archiepiſcopum Piſanum, & Galganum Epiſcopum Volaterranum. Anno 1151.

EGo Guido Presbiter Cardinalis tituli Paſtoris, *ex mandato* Domni Pape Eugenii *audiens & cognoſcens de controverſia poſſeſſionis Monti-vaſi, que inter venerabiles fratres noſtros* Villanum Piſanum Archiepiſcopum, & Galganum Vulterranum Epiſcopum *agitabatur; auditis, & ſepe numero lectis allegationibus & atteſtationibus utriuſque partis, & plenarie cognitis, cum conſilio venerabilium fratrum noſtrorum*, Rainerii *videlicet* Senenſis Epiſcopi, & Bernardi Presbiteri Cardinalis Sancti Stephani *in Celio Monte, & cujuſdam Judicis, qui Preſbitellus vocatur de Monte Ilcino, qui cauſe interfuerunt, & aliorum multorum ſapientum Judicum Aretine Civitatis, qui predicto negotio non interfuerunt: Archiepiſcopum Piſanum juſtum poſſeſſorem eſſe cognoſcens, ſicut uſque ad tempus redditi interdicti poſſedit, ſic quiete & pacifice de cetero poſſidere prenuntio, & Vulterranum Epiſcopum, & omnes ſuos eam poſſeſſionem amplius perturbare omnino prohibeo.*

*Hoc actum eſt in conſpectu multorum proborum & nobilium virorum tam Piſanorum*

ſanorum Clericorum & Senenſium, in Palatio predicti Senenſis Epiſcopi.

Anno verò Dominice Incarnationis MCLI. Idibus Octubris.

✠ Ego Guido Presbiter Cardinalis tituli Paſtoris, huic ſententiae ſubſcripſi.

A

✠ Ego Rainerius Dei gratia Senenſis Epiſcopus interfui & ſubſcripſi.

✠ Ego Gerardus Presbiter Cardinalis tituli Sancti Stephani in Celio Monte ſubſcripſi.

✠ Ego Presbiter Judex interfui & ſubſcripſi.

## Charta Jacobi Abbatis Monaſterii S. Mariae de Morrona per quam vendit Villano Archiepiſcopo Piſano nonnullas terras. Anno 1152.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab Incarnatione ejus Milleſimo Centeſimo Quinquageſimo Tertio, Tertio Calendas Septembris, Indictione Quintadecima. Manifeſtus ſum ego Jacobus Abbas Eccleſie & Monaſterii Sancte Marie de Morrona, quia per conſilium Donni Prioris Camaldulenſis & Fratrum meorum Monacorum, pro magna & competenti utilitate ſupraſcripti Monaſterii, pro edificanda Clauſtra in loco, ubi dicitur Podium, que prius erat in loco Abbadie Vetere, per hanc cartam vendo & trado tibi Villano Dei gratia venerabili Piſane Eccleſie Archiepiſcopo, quidquid predicto Monaſterio pertinet in Caſtro, quod dicitur Montevaſi, & uſque ad medietatem loci, que eſt inter ipſum Caſtrum & Caſtellum, quod dicitur Montanino, & quicquid predicto Monaſterio pertinet per circuitum totius Caſtri Montevaſi, tantum longe a predicto Caſtro, quantum predicta medietas, que eſt inter ipſa Caſtella, eſt longe a predicto Caſtro Montevaſi. Item vendo & trado tibi quicquid predicte Eccleſie & Monaſterio pertinet de loco, qui dicitur Mortajolo. Ut dictum eſt, omnia, que ſupra leguntur, in integrum cum inferioribus & ſuperioribus ſuis, ſeu cum finibus & ingreſſibus ſuis, & cum omni jure & proprietate & pertinentia & actione earum, tibi, ut dictum eſt, ad partem predicte Eccleſie Archiepiſcopatus Sancte Marie vendo & trado, quas poſſidebatis, & continua longi temporis poſſeſſione a morte Comitis Ugolini uſque ad preſentem diem preſcripſiſſe dicebatis, ſicut in Judicio, quod inter vos & Epiſcopum Vulterranum, teſtibus juratis, manifeſtum fuit. Et pro ſupraſcripta mea venditione & traditione recepi a te meritum, anulum aureum pro Solidis quattuorcentis in prefinito. Quam meam venditionem & traditionem ſi ego, vel mei ſucceſſores, ſive cui nos eam dediſſemus aut dederimus, retollere, vel minuere quæſierimus per aliquod ingenium tibi, qui ſupra, Archiepiſcopo, vel tuis ſucceſſoribus, aut cui eam dederitis, vel habere decreveritis, & ſi nos exinde auctores dare volueritis, & eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus & non defenſaverimus, ſpondemus nos vobis componere ſupraſcriptam meam venditionem & traditionem in duplum in ſerquido loco ſub extimatione, qualis tunc fuerit, & inſuper penam argenti optimi Libras viginti. Et in tali hordine hec ſcribere rogavi Albertum Notarium Apoſtolice Sedis.

B C D E

Actum Piſe in Palatio prefati Archiepiſcopi.

De ſupraſcriptam verò venditionem exceptamus Riparoſſulam, ſi infra preſcriptos fines comprehenditur.

Ego

A Ego *Rodulfus Prior Camaldulenſis ſubſcripſi.*

Ego Ubertus Abbas Sancti Zenonis *ſubſcripſi.*

Ego *Jacobus Abbas predicti Cenobii ſubſcripſi.*

Ego *Frater Benedictus ſubſcripſi.*

Ego *Frater Johannes ſubſcripſi.*

Ego *Frater Florentius ſubſcripſi.*

B Ego *Frater Manfredus ſubſcripſi.*

Ego Ildibrandus Abbas Sancti Michaëlis *ſubſcripſi.*

*Signa manuum ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ Sicheri quondam Gualandi, & Villani quondam Guidonis, tunc temporis Conſulum, Pelavicini quondam Lamberti, Graſſi quondam...... Alberti quondam Ildebaldi, Siſmundi quondam Conecti, Bardoni filii Alferi, rogatorum teſtium.*

✠ *Ego Burgundius ſacri Lateranenſis Palatii Judex interfui & ſubſcripſi.*

*Ego Albertus Notarius Apoſtolice Sedis poſt traditam complevi & dedi.*

## Ceſſio Caſtelli & Podii Planeſſuli, facta Eccleſiae Piſanae, & Communi Piſarum, ab ejus dominis. Anno 1153.

*IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab Incarnatione* C *ejus Milleſimo Centeſimo Quinquageſimo Tertio, Octavo Idus Februarii, Indictione Prima. Manifeſti ſumus nos Bugnus, Johannes, Gerardinus, Buttarus, Dodinus, Gerarduccius, Moleſſus, Ferrarius, Cappellus, Lutterius, Romancius de Caſtello Planeſſuli, quia per han cartam donamus & tradimus loco....... ſancte Marie, & Archiepi-* D *ſcopatui, & Comuni Piſanorum, hoc, quod nobis pertinet in Caſtello & Pojo Planeſſuli, & ejus coſtibus & pendiis & earum circuitu. Unde recepimus meritum anulum unum aureum in prefinito. Quam noſtram donationem & traditionem ſi nos vel noſtri heredes, ſive cui nos eam dediſſemus aut dederimus, retollere vel minuere queſierimus per a-* E *liquod ingenium Eccleſie Sancte Marie & Archiepiſcopatui, & Piſano Comuni, aut cui dederint, & ſi nos exinde auctores dare volueritis, & eam eis ab omni homine defendere non potuerimus & non defenſaverimus, ſpondemus nos ſupraſcripti, una cum noſtris heredibus, ſtipulatione ſollempniter interpoſita, componere ſupraſcripte Eccleſie & Archiepiſcopatui & Comuni Piſano, aut cui dederint, ſupraſcriptam noſtram donationem & traditionem in duplum in ſerquido loco, ſub eſtimatione, qualis tunc fuerit. Conditione, nomine pignoris tali, quod ſi in aliquo tempore aliquis eorum circa ea, que Conſulibus juraverint, fecerint, carta ſit pura, & liceat eis alienare & obligare & habere ad proprietatem. Et inveſtiverunt Bulgarinum tunc Conſulem pro Eccleſia Sancte Marie & Archiepiſcopatu & Comuni Piſano ad proprietatem predicta conditione, & precariam poſſeſſionem fieri rogaverunt. Et in tali ordine nos prememorati hec ſcribere rogavimus Guidonem Barbettam Apoſtolice Sedis Judicem & Notarium.*

*Actum Piſis in Eccleſia Sancti Petri in Palude, preſentibus Presbitero Guidone Eccleſie Sancte Marie de Montecchio, & Bernardo Roſſo quondam Benedicti, & Ugone Raſca, & Torſcello, & Bonfilio, & Pelo, ad hec rogatis teſtibus.*

*Homines Planeſſuli, qui juraverunt, Torſcellus Ranucii, Bugnus Ruſtici, Johannes Berithuculi, Gerardinus Belli, Buttarus Barucii, Dodinus Cecii,*

*Bonfilius*

B..ſiuus Vannelli, Gerarduccius Aſaitalſanti, Moleſtus Rodulfi, Ferrerius filius Johannis Fabri, Cappellus filius Guilielmi, Lutterius filius Johannis, Pelo filius Carbonis, Romancius Anſuini.

A Ego Ugo Domni Imperatoris Frederici Judex ordinarius, ejuſdemque Notarius, hanc cartam a Guidone Apoſtolice Sedis Judice & Notario rogatam, ejus ſcedâ a me viſâ & lectâ, ejus vice & mandato ſcripſi, firmavi, complevi & dedi.

## Charta Gualfredi S. Romanae Eccleſiae Subdiaconi, per quam Villano Archiepiſcopo vendit portionem ſuam in aliquot Caſtellis & Curtibus. Anno 1156.

*IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab Incarnatione ejus Milleſimo Centeſimo Quinquageſimo Septimo, Quartodecimo Kalendas Decembris, Indictione Quinta. Manifeſtus ſum ego* Gualfredus ſancte Romane Eccleſie Subdiaconus & filius quondam Henrigi Comitis, *quia per hanc cartam vendo & trado tibi* Domno Villano venerabili Archiepiſcopo Sancte Marie Piſane Eccleſie, *quartam partem trium partium totius Caſtri Lavaini & Burgi & pendiciarum & Curtis ejuſdem Caſtri & finium atque ejus diſtricti; & inſuper quidquid juris habeo, & habui, & poſſideo, & poſſedi in ſupradicto Caſtro & per Caſtrum, & in Curte & per Curtem, & in finibus & per fines, & in diſtricto & per diſtrictum. Et item vendo & trado tibi ſupraſcripto Archiepiſcopo, quidquid juris habeo in Curte de Maſtina & per Curtem, ſive jure proprietatis vel jure pingnoris vel alio jure, excepto Feudo Teudicingo, quod ibidem, videlicet in Maſtina, habeo per Curtem Stridi. Preterea vendo & trado tibi ſupraſcripto Archiepiſcopo, quidquid juris habeo, ſive jure proprietatis vel alio jure, in Caſtro & Curte & diſtricto de Montevaſo & ejus finibus. Et inſuper de is omnibus finem & refutationem & pactionem, dattionem & tranſactionem tibi facio, ut* B *dictum eſt, in integrum, una cum inferioribus & ſuperioribus ſuis, ſeu cum finibus & ingreſſibus ſuis, cum omni jure & actione tibi, ut dictum eſt, vendo & trado. Pro qua mea venditione & traditione recepi meritum a ſupraſcripto Archiepiſcopo anulum unum aureum per Libras argenti optimi quadraginta & tres in prefinito. Quam* C *meam venditionem & traditionem ſi ego, qui ſupra, Gualfredus, vel meus heres, ſeu cui nos eam dediſſemus aut dederimus, tollere vel minuere queſierimus per aliquod ingenium tibi, qui ſupra, Archiepiſcopo, vel tuis ſucceſſoribus, aut cui vos eam dederitis vel habere decreveritis, & ſi nos exinde auctores dare volueritis, & eam vobis* D *ab omni homine defendere non potuerimus & non defenſaverimus, ſpondemus nos vobis componere ſupraſcriptam meam venditionem & traditionem in duplum in ferquido loco ſub extimatione, qualis tunc fuerit. Quia in tali ordine hec ſcribere rogavi Gualfredum Notarium Domni Regis.*

E *Actum Piſis in Curia ſupraſcripti Archiepiſcopi.*

*Signa ✠ manuum ſupraſcripti Gualfredi, qui hanc cartam fieri rogavit.*

*Signa manuum ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ Octaviani filii quondam Benni, & Urſelli filii quondam Guidi, & Ranerii filii quondam Teugrimi, & Corcioni filii*

lii

*lii quondam Guidi, & Joſeppi filii quondam Bernardi, rogatorum teſtium.*

A

*Ego Gualfredus Notarius Domni Regis poſt tradita complevi & dedi.*

## Sententia Piſanorum Judicum pro Villano, Archiepiſcopo Piſano contra Conſules Vicanos. Anno 1156.

*IN eterni Dei nomine. Amen. Nos Carpinus, & Ildebrandus, publici Piſanorum Judices, ad cauſas publicas ſeu privatas diffiniendas, a Conſulibus & univerſo Populo electi, reclamationem factam a* Domno Villano Piſane matris Eccleſie Archiepiſcopo *adversùs Conſules Vicanos & ſuum Populum, ſic diffinimus. Siquidem predictus Archiepiſcopus petebat a ſupraſcriptis Placitum de Vico, quod habebat a Domno C..... Roma...... precept...... ejus cognovimus...... predicti...... & pro ſe & Populo, & Populus ad ſonum campane coadunatus per Conſulem Piſanum, ut ad juſtitiam faciendam predicto Archiepiſcopo venirent, vocati eſſent, contumaciter perſiſtentes venire noluerunt. Unde nos Judices causâ cognitâ pronuntiamus, ut predictus Donnus Archiepiſcopus mittatur in poſſeſſionem totius juris ſupraſcripti Placiti de Vico, & ſit in ea poſſeſſione, ut homines de Vico ſub Donno Archiepiſcopo placitari debeant, & noſtro jure civili* B *in poſſeſſorio judicio ſemper adversùs eos potior exiſtat.*

*Data & recitata in Conſiſtorio noſtro apud Sanctum Fridianum, preſentia Villani Conſulis, Opithonis Judicis, & Bulgarini, & Sikerii, & Marignani, & Guidonis Caſti, & Bernardi de Caſcina Cauſidicorum, & Marignani de Barba, & Porcelli quondam* C *Sikerii Albertini, & Lamberti quondam Uguicionis de Curte, & Guerriſii Merollaris, & Grilli de Ciſanello, & aliorum.*

*Dominice Incarnationis Anno Milleſimo Centeſimo Quinquageſimo Septimo, Pridie Kalendas Januarii, Indictione Quinta.*

*Ego Aſcinenſis Domni Frederici Ro-* D *manorum Imperatoris Judex Ordinarius & Notarius hanc ſententiam, ſicut in Actis ſupraſcriptorum Judicum inveni, Alberti Bulici & Nigelli atque Rodulfi, publicorum Piſanorum Judicum exiſtens Cancellarius, hic eam exemplans, fideliter ſcripſi & firmavi.*

## Ceſſio Eccleſiae S. Chriſtophori de Colignola, facta Villano Archiepiſcopo Piſano ab Uberto Abbate Monaſterii S. Michaëlis. Anno 1158.

*IN nomine ſummi & eterni Dei. Amen. Cum ſcriptum ſit, ſervos Dei litigare non debere, congruumque ſit magis ea, que ad pacem ſunt, utiliaque univerſos locorum venerabilium Rectores providere; ideoque ego* Ubertus Sancti Michaëlis humilis Abbas, *comunicato conſilio noſtrorum Fratrum, cum lis de Eccleſia, que eſt in loco,* E *qui Colignola dicitur, cui vocabulum eſt Sancti Chriſtophani, verteretur, ex eaque animi illorum adeo in nos impii efficerentur, qui fere anime eorum periclitarentur, & ob ceſſationem illorum non domus orationis, ſed ad ſecularem ſtatum redacta videretur, eaque lis, & diſcordia, ſi illi Eccleſie preſidemus, minime poſſet ſopiri: tibi omni-*

*potenti Deo, & beato Sancto Chriſtophoro, atque* Donno Villano Dei gratia Piſane Eccleſie venerabili Archiepiſcopo, *do & concedo per fuſtem, quam in manu teneo, omnia jura & actiones, & jus Patronatus, & omnia ſpiritualia, que nobis aliquo modo pertinent vel pertinere poterant de prenominata Eccleſia Sancti Chriſtophori, ejuſque Cimiterio, & utenſilibus. Que ab hac hora in antea nec ego nec mei ſucceſſores, qui pro tempore predicte Eccleſie Sancti Michaëlis preerunt. neque aliqua perſona a nobis ſummiſſa, non agemus neque moleſtabimus ſive intenzionabimus, nec aliquo modo inquietabimus te preſatum Donnum Archiepiſcopum, vel Rectores, qui pro tempore erunt, de ſupraſcripta Eccleſia Sancti Chriſtophori ejuſque Cimiterio. Et inſuper ego prememoratus Ubertus Abbas ſpondeo & obligo, me, meoſque ſucceſſores debere componere vobis prefato Donno Archiepiſcopo, & Rectoribus, qui pro tempore erunt de ſupraſcripta Eccleſia Sancti Chriſtophori, penam argenti optimi Librarum ducentarum, ſi umquam aliquo tempore contra hanc dationem & conceſſionem venire temptaverimus, & eam rumpere vel evacuare queſierimus quolibet ingenio. Et ad futuri temporis memoriam pro hujus rei confirmatione hoc ſcriptum ſcribere rogavi Uguicionem Judicem & Notarium ſacri Palatii.*

*Actum in Camera Curie jam dicti Donni Archiepiſcopi, preſentibus Donno...... Priore Sancti Pauli de Orto, & Paulo Diacono, & Ildebrando Subdiacono. & Martino de Travalda, & Folle, & Ildebrando quondam Johannis.*

*Dominice Incarnationis Anno Milleſimo Centeſimo Quinquageſimo Octavo, Decimo Kalendas Aprilis, Indictione Sexta.*

## Ceſſio multorum Caſtellorum & bonorum, facta Villano Archiepiſcopo Piſano a Guidone Abbate Monaſterii S. Mariae de Serena. Anno 1158.

I*N nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab Incarnatione ejus Milleſimo Centeſimo Quinquageſimo Octavo, Indictione Sexta, Undecimo Kalendas Februarii. Maniſeſtus ſum ego* Guido Abbas Monaſterii Sancte Marie de Serena, *quia de comuni concordia meorum confratrum & Monacorum preſentia & Anſaldi Monaci mei, & Domni Presbiteri Rolandi Capellani noſtri Sancti Blaſii de Biboni, pro melioratione & utilitate ſupraſcripti noſtri Monaſterii, per hanc cartulam do, concedo & trado tibi* Donno Villano venerabili Piſano Archiepiſcopo *ad opus Eccleſie & Archiepiſcopatus Sancte Marie de Piſa, medietatem integram omnium rerum inmobilium & poſſeſſionum ad ſupraſcriptum Monaſterium pertinentium, cum Caſtellis &....... & vineis & pratis & paſcuis & ſilvis & ſalinis, & cum omni eorum jure a Cecina uſque ad Ombrone, ſi ut in mare derivantur. Videlicet medietatem de hoc, quod ſupraſcripto Monaſterio pertinet in Biboni & ejus confinibus, & in confinibus de Caſale, & in Montealto & ejus confinibus, & in Paratino, & Canpo Magiore, & in Curia de Bolgari ad Sanctum Victorem, & in finibus Rivo-Gualdi, que eſt inter Caſtagnetum & Segalare. Et de hoc quod ſupraſcripto Monaſterio pertinet in Rocca de Biſcino & ejus confinibus, & Cu-*

*& Curia, que eſt medietas Rocce & A*
*ejus Curie; & de hoc quod eidem per-*
*tinet in Aquaviva & ejus confinibus,*
*& in Canpilia, que eſt medietas......*
*Caſtello & Curia; & in Finoketo, &*
*in Curia de Suvereto, & in Caſtilione*
*Bernardi & ejus Curia & confinibus*
*........ rre de Monte-ritondo, ſcilicet*
*Villa de Cangna, & Villa de Paterno,*
*& Villa de Burriano, & in Curti de B*
*Marciliana, & in Curte de Tapaſio*
*ſuper Caſtellina, & in Caſalaſſ.., &*
*in Burgugnano, & in Aqua-nigra,*
*& in Aquilaja, & infra Plebe de*
*Noni, & in Cornino, ſcilicet Curia de*
*Sancto Vito, que tenet caput in Cerro-*
*ſuvera, & aliud caput in Piſcina Pre-*
*sbiteri Lei, & aliud ad murum lon-*
*gum, & aliud in Petra-ficta, & uno C*
*latere tenet in Via Lamaca-dul..... a-*
*liud caput tenet in Piſcina de Selice;*
*& a Pero-gebulo, & ſic redit per Si-*
*licem uſque ad Corniam, & aliud ca*
*put tenet ad Foſſam Lupajam, & ſic*
*vadit per Prunetum uſque ad Varicum,*
*& vadit per Arniſanum uſque ad Foſ*
*ſam....... unici. Et in Curte de Ca-*
*ſalappi, & in Curte de Sanbuketa, D*
*& in Villa de Burgo, & in Curte*
*de Montioni. Et ut generaliter dicam,*
*medietatem omnium ſupraſcriptorum &*
*ceterorum immobilium ad ſupraſcriptum*
*Monaſterium pertinentium infra predi-*
*ctos terminos Cecine, & Omvrone uſque*
*ad mare, jura & actiones mihi &*
*ſupraſcripto Monaſterio inde adversùs*
*omnem perſonam competentes, ſicut di- E*
*ctum eſt, tibi Villano Piſano Archiepi-*
*ſcopo do, cedo, & inrevocabiliter trado*
*ad opus Eccleſie & Archiepiſcopatus*
*Sancte Marie quas actiones & tibi tui*
*ſque ſucceſſoribus mando. Et hoc facio*
*pro melioratione & utilitate ſupraſcripti*
*Monaſterii, & pro defenſione rationa-*
*bili, quam vos, veſtrique ſucceſſores*
*mihi & meis ſucceſſoribus preſtare de-*
*betis in alia medietate, que ibi nobis*
*remanet, ſicut in veſtra parte, quam*
*vobis nunc do, preſtabitis, & pro una*
*Domo poſita infra Civitatis Piſane mu-*
*res, in Ponte trium Scalarum, & pro*
*uno Orto duorum ſtariorum in Catallo,*
*& pro una Domo duarum Scalarum in*
*Caſtello de Piombini, & una Vinea i-*
*bi prope, decem ſtariorum, poſita inter*
*Caſtellum & Monaſterium, vel in Per-*
*ticaja, vel inde uſque ad Caſtellum,*
*quod mihi proprio jure ad propriitatem*
*Monaſterii datis, & ut poſſeſſionem in-*
*tegre percipiatis, & pro uno Orto ibi*
*quatuor ſtariorum, ſicut deſignabuntur,*
*pro decem Libris denariorum, quas in-*
*ſuper pro merito a vobis nunc recipio.*
*Et ſic conſtituo, me..... de veſtro &*
*veſtri Archiepiſcopatus nomine ſupraſcri-*
*ptam medietatem, quam vobis, donec*
*vobis placuerit, faciendo nos poſſeſſores*
*meo miniſterio. Et do vobis licentiam*
*intrandi poſſeſſionem omnium per vos vel*
*per veſtrum procuratorem. Quam meam*
*dationem & conceſſionem atque traditio-*
*nem ſi ego, qui ſupra Guido Abbas,*
*vel mei ſucceſſores, ſive cui nos eam*
*dediſſemus aut dederimus, retollere vel*
*minuere queſierimus per aliquod inge-*
*nium tibi qui ſupra Villano Archiepi-*
*ſcopo, vel tuis ſucceſſoribus, aut cui*
*vos eam dederitis, vel habere decreve-*
*ritis; & ſi nos exinde auctores dare*
*volueritis, & eam vobis ab omni ho-*
*mine defendere non potuerimus, & non*
*defenſaverimus, ſpondemus nos vobis*
*componere ſupraſcriptam meam datatio-*
*nem & conceſſionem & traditionem in*
*duplum in ferquido loco ſub eſtimatione,*
*qualis tunc fuerit. Et in tali ordine*
*hec ſcribere rogavi Opithonem Notarium*
*Apoſtolice Sedis. Fuit & conventum*
*inter ſupraſcriptum Abatem, & Don-*
*num Archiepiſcopum, quod ſi ipſe Ab-*
*bas vel ejus ſucceſſores venerint ad ven-*
*dendum vel pignorandum ſuam partem,*

 que

*que ei remanet, vel quam modo ab Archiepiſcopo recipit, vel alias poſſeſſiones Monaſterii, quod vendet, vel in pignore dabit ei, vel ejus ſucceſſori, antequam alicui alteri, ſicut debet dare alteri, ſi voluerit emere, vel pignori accipere. Quod ſi non obſervaverit, promiſit per ſtipulationem componere penam ei centum Librarum optimi argenti, & ejus ſucceſſoribus.*

*Actum Piſis.*

*Signum ✠ manus ſupraſcripti Abatis, qui hanc cartulam fieri rogavit in preſentia ſupraſcriptorum, & Leonis Archipresbiteri, & Rolandi Canonici Sancte Marie.*

*Signum ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ manus Lamberti quondam Lanfranci, & Lam-* A *berti quondam Ranucini, & Lamberti quondam Lamberti Bononis, & Janni de Berno, & Tolle quondam Bonithi, & Ultramonte . . . . . . . . . . Ranucini, teſtium.*

*✠ Ego Guido Abbas Sancte Marie de Serena in hanc cartulam rogavi fieri & ſubſcripſi.*

B *✠ Ego Vivianus Sacerdos & Monaco ejuſdem Monaſterii ſubſcripſi.*

*✠ Ego Anlaldus ejuſdem Monaſterii Diaconus & Monachus ſubſcripſi.*

*✠ Ego Rolandus Sacerdos ſubſcripſi.*

*Ego Opitho Judex & Notarius Apoſtolice Sedis poſt traditam complevi & dedi.*

## Sententia Piſanorum Judicum in controverſia inter Ubaldum Archiepiſcopum Piſanum, atque Attonem Abbatem S. Salvatoris de Sexto. Fortaſſis Anno 1174.

*IN eterni Dei nomine. Amen. Nos Magiſter Rubertus, Gaietanus, & Ugo Rolandi, arbitri electi a digniſſimo* Archiepiſcopo Donno Ubaldo, *& a venerabili* Abbate Attone . . . . . Sancti Salvatoris de Sexto, *pro Archiepiſcopatu & Abbatia, ad diffiniendas eorum lites & controverſias, ad penam trecentarum Librarum, ſtipulatione ad invicem premiſſa, ſic diffinimus. Siquidem prefatus Abbas & ejus Sindicus Rainerius pro ipſo Monaſterio, agunt contra Ubaldum Piſanum Archiepiſcopum pro ipſo Archiepiſcopatu, & contra Presbiterum Amatum ejus Sindicum, de uno petio terre poſito in confinibus Blentine, in loco dicto Pergamo, tenente ambo capita cum uno latere in terra predicte Ecclefie Sancti Salvatoris, aliud verò latus partim in terra predicti Monaſterii, & partim in terra, quam tenet Pinus & Burdone &* C *Gener Rolandini de Blentina, & Pennatus, & filiorum Cibeccule, actione in factum relicta loco interdicti, unde vi & condictione ex Lege* Si quis intentata, *& ex Libris Sabinianis, & in rem directa & utili. Inſuper agunt, ut non cogat homines Abbatie, qui habitant in Blentina & ejus confinibus in terris Abbatie, neque per Placitum,* D *neque per Bannum, neque per Albergariam, neque aliquo modo, neque impediat, Abbatem cogere eos per placitum & bannum & juriſdictionem in eos exercere, actione in factum ex moribus & ex privilegio & conceſſione Imperiali & ex conſuetudine Regni. Hidem reſpondent,* quod non credunt ſui juris eſſe, nec inter eos ſubeſt E obligationis ſubſtantia, quare in factum detur, vel Judicis officium locum habeat, vel ſupraſcriptarum actionum aliqua locum habeat. Et

hec

hec omnia dicimus ſalvo, quod non offerimus nos petitioni in his, que non poſſidemus. *Preterea & ſi poſſiderent, dicebant, ſe ipſe tueri preſcriptione quadraginta annorum. Abbas ſuam intentionem fundare contendit ex publico Inſtrumento, quo continetur, Ghiſiam filiam Farolfi obtuliſſe Deo & Monaſterio Sancti Salvatoris unum petium terre, ubi dicitur Pergamum prope Blentinam, cujus caput cum uno latere jungitur terre Sancti Salvatoris de Sexto, aliud verò caput copulatur terre Gerardi Judicis, latus verò aliud adheret terre Johannis filii Petri, & partim terre de filiis quondam Junii, & Vitalis quondam Alberti, & aliquantulum terre predicti Monaſterii, & eſt modiorum quatuor & medium. Et ſive ſit relictum vel donatio causâ mortis, vel inter vivos per in rem competit per Legem* Ut inter divinum. *Archiepiſcopus negat de corpore conſtare; nam latus viae adheret, non terre Abbatis. De ceteris non conſtat, niſi per auditum. Nec videtur hec terra illa eſſe, cum ibi dicitur eſſe quatuor modiora & medium, ſed hec videtur eſſe minus uno & dimidio. Quo ſalvo dicitur non eſſe legatum vel donationem cauſa mortis, ſed inter vivos. Nam obligando ſe de evictione, & de non auferendo, irrevocabiliter donaſſe videtur & ſine traditione, & ita in rem ex eo contentu non competit. Nam ſi verba Legis ita large intelligeremus, non referendo ſingula ſingulis, jam ex contentu competeret ipothecaria non ſolùm Locis Religioſis, ſed & publico, quod videtur abſurdum. Preterea non eſt probatum, terram fuiſſe donantis, quod licèt preſumeretur, per poſſidentem..... preſumendum pro petente; & maxime quod numquam poſſeſſionem probatus eſt habere. Abbas autem dicit de corpore conſtare, cum nulla loci pertinentia uſque inveniatur, que in loco..... comprehendatur adherens predictis terris, niſi illa, que nunc petitur. Que demonſtratio loco proprii nominis videtur. Et licèt minor inveniatur quantitas, non vitiat contentum tamen, ſed........ Item ſi ſubtilitatem prefatam attendamus, non eſſet verum, quod Lex dicit, damus, cum dudum antea perſonalis ex contentu data fuerit, nec etiam privilegium eſſet. Archiepiſcopus..... qui maxima quantitas proprietate ibi aſſigna......... ibi non invenitur, nec adaptari poteſt, cum ultra Viam non dicatur Pergamus. Itaque licèt hec terra habeat quaſdam proprietates in Inſtrumento......... cum una principalis eis deſit, non videtur hec illa eſſe. quamvis predicta Via privati juris eſſe tunc probaretur ex eo, quod exitum niſi a parvo tempore non habuerit. Super actionem in factum, & officium Judicis, & ex moribus, & ex privilegio & conceſſione Imperiali, & ex conſuetudine Regni, Abbas fundat ſuam intentionem per privilegia Imperatorum, & Comitis Ugelini refutationem. In quibus privilegiis continetur, quod nullus Marchio vel Comes, vel alia perſona impediat homines habitatores in terra Abbatie Sancti Salvatoris de Sexto neque per Placitum, neque per Bannum, neque per Albergariam, vel alio modo. De quibus omnibus ipſe Comes Ugelinus refutationis inſtrumentum prefate Abbatie rogari fecit. Archiepiſcopus negat ei competere ullam actionem, cum ſint liberi homines, licèt & in terris ejus habitent, pro quibus agere ſine mandato Lex non permittit. Abbas verò ex conſuetudine Regni ſibi hoc jus competere dicit. Niſi enim jus inde acquireretur, fruſtra Imperatores talia indulgere per privilegia conſueviſſent. Nos itaque predicti Arbitri ratione cognita, Archiepiſcopum Ubaldum Piſanum, & ejus Sindicum*

Presbi-

A *Preſbiterum Amatum pro ipſo Archiepiſcopatus a prefata petitione actoris Abbatis de Sexto & ejus Sindici Rainerii, de campo petito ab ei, poſito in loco dicto Pergamo, noſtro laudamento abſolvimus; ſed eumdem Archiepiſcopum & ejus Sindicum pro ipſo Archiepiſcopatu, ut non impediat homines Abbatie, qui habitant in Blentina & ejus confinibus, & in terris ipſius Abbatie, neque per placitum, neque per bannum, neque per albergariam, neque aliquo alio modo, neque impediat Abbatem cogere eos per placitum & banna, & juriſdictionem in eos exercere, prefato Abbati pro ipſo Monaſterio Sancti Salvatoris, noſtro laudamento condonamus.*

*Ab Anno verò Dominice Incarnationis Milleſimo Centeſimo Septuageſimo Octavo* (1), *Indictione Octava, Quarto Kalendas Octobris.*

*Data & recitata ſunt hec Piſis in balatorio Donni Ubaldi digniſſimi Archiepiſcopi Piſani, preſentibus Ildebrando de Mercato, Opitbene Judice, Henrico Gualterii, Ugone Familiari, Advocatis, Perignone, Lambertuccio quondam Uberti de Montemagno, & me* B *Hugone tunc Notario, & modò Judice, quondam Bernardi Marignani filio, qui predictorum Arbitrorum mandato predicta..... & omnibus predictis interfui.*

*Ego Ugo Domni Imperatoris Frederici Judex ordinarius, atque Notarius, quondam Bernardi Marignani filius, predictis omnibus interfui, & mandato predictorum Arbitrorum ſupradicta ſcripſi,* C *atque firmavi & complevi, eorum vice & parabola.*

## Alexandri III. Papae Bulla pro Hugone Priore S. Mariae ad Fine. Anno 1178.

ALexander Epiſcopus, *ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis* Ugoni Priori (2) Plebis Sancte Marie Virginis ad Fine, *ejuſque Fratribus tam preſentibus quàm futuris, regularem vitam profeſſis, in perpetuum. Apoſtolici moderaminis........ convenit Religioſos diligere, & eorum Loca pia protectione munire. Dignum namque, & honeſtati congruum eſſe cognoſcimus, ut qui ad Eccleſiarum regimen aſſumpti ſumus.... hominum nequitiâ tueamur, & Apoſtolice Sedis patrocinio foveamus. Ea propter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus......... in qua divino mancipati eſtis obſequio, ad exemplar felicis recordationis predeceſſoris noſtri Anaſtaſii Pape, ſub beati Petri, & noſtra prote-* D *ctione, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quecunque bona eadem Eccleſia in preſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis, Deo propitio poterit adipiſci, firma, integra, & illibata permaneant.* E *In quibus hec proprie duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam videlicet de Penето, & quidquid in eadem Villa juſte tenetis. Eccleſiam de Gualtiperga, & poſſeſſiones...... quas in eodem loco habetis. Quidquid in Curte de Colle, in Curte Sancti Reguli, in Caſtello Veteri, & in Curte ejuſdem Caſtri, in Caſtello & Curte de Parrana juſte ac legittime poſſidetis, eidem Eccleſie*

(1) Aut in Anno vitium eſt, aut in Indictione.
(2) Quo nomine deſignatur Collegium Canonicorum Regularium.

*Eccleſie confirmamus. Terram verò, & Decimationem mortuorum, donationem, oblationem, & quidquid* Opitho bone memorie Piſanus Archiepiſcopus *rationabiliter vobis conceſſit, per preſentis ſcripti paginam roboramus. Quod ſi quis de circum adjacentibus Plebibus in vita, ſicut in morte, de jure ſuo, devotionis intuitu, vobis aliquid dederit, ſeu propter religionem apud eamdem Eccleſiam ſepeliri deliberaverit, nullus obſiſtat, ſalvâ juſtitiâ Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Ad indicium autem hujus a Sede Apoſtolica percepte protectionis, ſex Denariorum Lucenſis monete nobis noſtriſque ſucceſſoribus, annis ſingulis perſolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat jam dictam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet moleſtiis fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione & ſubſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salva in omnibus Apoſtolice Sedis auctoritate, & Piſani Archiepiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, Seculariſve perſona, hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens, contra eam venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendarit, poteſtatis, honoriſve dignitate careat, reamque divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem premia eterne pacis inveniant. Amen.*

✠ *Ego Johannes Presbiter Cardinalis Sanctorum.......... Pamachii ſubſcripſi.*

✠ *Ego Johannes Presbiter Cardinalis......*

✠ *Ego Theodinus Presbiter Cardinalis.......*

✠ *Ego Vivianus Presbiter Cardinalis titulo Sancti Stephani in Celio Monte, ſubſcripſi.*

✠ *Ego Ugo Presbiter Cardinalis titulo Sancti Clementis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Arduinus Presbiter Cardinalis titulo Sancte Cruci Jeruſalem ſubſcripſi.*

✠ *Ego Jacobus Diaconus Cardinalis Sancte Marie in Coſmidin ſubſcripſi.*

✠ *Ego L..............*

✠ *Ego R.............. ad Velum aureum ſubſcripſi.*

✠ *Ego Johannes Diaconus Cardinalis Sancti Angeli ſubſcripſi.*

✠ *Ego Rainerius Diaconus Cardinalis Sancti Adriani ſubſcripſi.*

✠ *Ego Mattheus Sancte Marie Nove Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.*

*Datum Lateranenſe per manum Alberti Sancte Romane Eccleſie Presbiteri Cardinalis & Cancellarii, VIIII. Octubris, Indictione.......... Incarnationis Dominice Milleſimo Centeſimo Septuageſimo Nono, Pontificatus verò Domni Alexandri Pape Tertii Anno XX.*

## Lucii III. Papae Bulla pro Rectore Eccleſiae de Capite Urſuli. Fortaſſis Anno 1182.

**A** *LUcius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Petro Presbitero, Rectore Eccleſie de Capite Urſuli, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Apoſtolice Sedis benignitate inducimur, & ſuſcepte adminiſtrationis debito provocamur, venerabilia Loca paternâ caritate diligere, & contra malignorum incurſus protectionis eis Apoſtolice preſidium impertiri.* **B** *Eapropter ad exemplar felicis recordationis Paſchalis Pape predeceſſoris noſtri, domum, cui Deo auctore preeſſe dinoſceris, cum omnibus, que in preſentiarum rationabiliter poſſides, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes, ut quecunque bona a Gualandi filiis Theodorico & Groſſolello, vel a Ranerio &* **C** *Gottolo Gotti filiis, ſeu a Benni filiis Hugone & Theodorico, vel a Bernardo & Henrico Benni filiis, & a Rodulfo & Ildebrandino Ildebrandi filiis, vel a quibuſcunque fidelibus in eamdem domum oblata ſunt, vel in poſterum offerri contigerit, quieta & integra in ejuſdem domus poſſeſſione permaneant illibata, peregrinorum & pauperum uſibus profutura. Prohibemus etiam, ne quis in eamdem domum aſſultum facere, vel eam temere perturbare, aut ejus bona diripere, vel modis quibuslibet alienare preſumat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.*

*Datum Verulis, Quarto Nonas Madii.*

## Caeleſtini III. Papae Bulla pro Plebano S. Johannis de Calcinaja. Anno 1193.

*CEleſtinus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Guidoni,* **D** *Eccleſie Sancti Johannis de Calcinaja Plebano, ejuſque ſucceſſoribus canonice inſtituendis in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni & honeſtati convenire dinoſcitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri conſenſum. Eapropter, dilecte in Domino fili, Guido Plebane, tuis juſtis poſtulationibus* **E** *clementer annuimus, & ad exemplar felicis memorie Adriani, & Alexandri Romanorum Pontificum predeceſſorum noſtrorum prefatam Eccleſiam, cui Deo auctore preeſſe dinoſceris, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quecunque bona eadem Eccleſia in preſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis, preſtante Domino, poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſias Sancte Marie, & Sancti Michaëlis de Monteclo: Eccleſiam Sancti Leonardi de Cerbaria, & Eccleſiam Sancti Proſperi in Blentina: Eccleſiam Sancti Petri*

*tri*

*tri de Curte, & Sancti Juſti: Eccle-* A *ſiam Sancti Andree de Sala, & Parrocchiam de Baſſiliano: Eccleſiam Sancti Fridiani de loco, qui Tredecim dicitur: In Villa, que vocatur Rapida, Eccleſiam Sancti Laurentii, & Sancti Chriſtofori: Eccleſiam Sancti Martini de Ponte-Era: Eccleſiam Sancti Michaëlis de Travalda, & Sancti Thome: In Villa, que Calcinaria dicitur,* B *Eccleſiam Sancti Quirici, Sancti Georgii, Sancti Fridiani, Sancti Andree, Sancti Laurentii, Sancti Stephani, & Eccleſiam Sancti Michaëlis. Preterea ſententiam, quam bone memorie* Villanus quondam Piſanus Archiepiſcopus *inter te & Vicedominum Piſane Eccleſie ac Plebanum de Vico, canonice tulit, ſicut in ejus autentico continetur,* C *auctoritate Apoſtolica confirmamus. Ad majorem autem hujus rei firmitatem, eandem ſententiam huic noſtre pagine de verbo ad verbum duximum inſerendam.*

„ CUm vigilanti animo, diligentique ſtudio omnibus, & his „ maxime, quibus Epiſcopalis eſt cura injuncta, conveniat, ea, que D „ ſunt diſcordie, quieta & pacifica „ reddere, & amicabilem finem inter litigantes imponere, precipue „ inter Eccleſiaſticos viros & ſervos „ Dei, quos litigare non oportet, „ quibus quidem nulla fere ratione „ conceditur, ut in Foro ſecularis „ Magiſtratus diſceptare preſumant: „ ego *Villanus, Dei gratia Piſane Ec-* E *cleſie Archiepiſcopus*, cum diligenter „ audiſſem queſtiones litis & controverſie, que vertebatur, inter „ Homicium venerabilem Vicedominum Piſane Eccleſie, Plebanum de „ Vico, & Plebanum de Calcinaria „ nomine Gerardum, de quadam Capella, & ejus Parocchia in honore „ Sancti Fridiani conſtructa in loco, „ qui dicitur Tredecim, quas prefatus Vicedominus Plebanus de Vico ſui juris eſſe contendebat, & „ jam dicte Plebis Plebanus de Calcinaria ex adverſo ſui juris nichilominus aſſerebat, causâ hinc inde in preſentia noſtra diu multumque protractâ, & tandem in „ laudatione veſtra conſenſu utrarumque partium poſitâ, conſilio „ diſertiſſimorum aſſeſſorum noſtrorum Magiſtri Benencaſe, & Manfredi Judicis, atque Carpini, taliter noſtro arbitrio ſeu laudatione „ diffinivimus, videlicet. Ut baptiſmalis Eccleſia de Vico pacifice & „ quiete habeat Parrocchiali jure „ tres domos precipuas, que de Tredecim illuc habitare venerunt, & „ hoc nullo modo minuent territorium predicte Eccleſie. His ita „ precipuis, perpetuo jure habitis, „ concedimus inſuper eidem Plebi „ de Vico integram medietatem totius territorii ſupradicte Capelle: „ Eccleſiam verò liberam omnino „ & abſolutam perpetuo jure concedimus & confirmamus Plebi de „ Calcinaria, & aliam medietatem „ totius territorii ejuſdem Eccleſie „ Sancti Fridiani cum medietate „ Maſſaritiarum preter tres ſupradictas. Ad ſedandam igitur diſcordiam utriuſque partis, & ut pax „ inter eas amodo ſit atque concordia, conſilium habuimus, ut taliter cauſam Parrocchiarum, velut „ dictum eſt, diſtinguamus, & hanc „ diffinitionem ſtatuimus ſervari illibatam, & ut nulla perſona Secularis vel Eccleſiaſtica licentiam „ habeat contra eam veniendi. Si „ qua verò partium, ſciens hanc „ noſtri arbitrii, ſeu laudationis paginam, contra eam temere venire „ tentaverit, ſecundo tertiove com-

" monita, si non ſatisfecerit, a Cor-
" pore & Sanguine Domini aliena
" fiat. Servanti eam ſit ſalus, pax,
" & benedictio Chriſti. Ut autem fir-
" mum hoc noſtrum arbitrium ſeu lau-
" datio in perpetuum permaneat, no-
" ſtri Sigilli annotatione impreſſimus.

*Sepulturam quoque ipſius Loci liberam eſſe concedimus, ut eorum devotioni & extreme voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excomunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalvâ tamen canonicâ juſtitiâ illarum Eccleſiarum, a quibus aſſumpti fuerint. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat ſupradictam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia & integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolice auctoritate, & Piſani Archiepiſcopi juſtitia & debita reverentia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, Secularisve perſona, hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen.*

*Ego Celeſtinus Catholice Eccleſie Epiſcopus ſubſcripſi.*

✠ *Ego Albinus Albanenſis Epiſcopus ſubſcripſi.*

✠ *Ego Octavianus Hoſtienſis & Velletrenſis Epiſcopus ſubſcripſi.*

✠ *Ego Johannes Preneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.*

✠ *Ego Pandulfus Baſilicae Duodecim Apoſtolorum Presbiter Cardinalis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Petrus titulo Sancte Cecilie Presbiter Cardinalis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Johannes titulo Sancti Clementis, Tuſcanus Epiſcopus ſubſcripſi.*

✠ *Ego Johannes Felix titulo Sancte Suſanne Presbiter Cardinalis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Romanus titulo Sancte Anaſtaſie Presbiter Cardinalis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Guido Presbiter Cardinalis Sancte Marie Trans Tiberim, titulo Calixti, ſubſcripſi.*

✠ *Ego Johannes titulo Sancti Stephani in Celio Monte Presbiter Cardinalis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Centius titulo Sancti Laurentii in Lucina Presbiter Cardinalis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Soffredus titulo Sancte Praxedis Presbiter Cardinalis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Bernardus Sancti Petri ad Vincula Presbiter Cardinalis titulo Sancte Eudoxie ſubſcripſi.*

✠ *Ego Gratianus Sanctorum Coſme & Damiani Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Gregorius Sancte Marie in Porticu Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Gregorius Sancte Marie in Aquiro Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Gregorius Sancti Georgii ad Velum Aureum Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Lotarius Sanctorum Sergii & Bacchi Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Nicolaus Sancte Marie in Coſmidin Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Bobo Sancti Theodori Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.*

✠ *Ego*

✠ *Ego Petrus Sancte Marie in Vialata Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Cencius Sancte Lucie in Orchea Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.*

*Datum Laterani per manum Egidii, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis, Idus Novembris, Indictione Duodecima, Incarnationis Dominice Anno. MCXCIII. Pontificatus verò Donni Celeſtini Pape Tertii, Anno Tertio.*

## Praeceptum Hubaldi Archiepiſcopi Piſani Conſulibus de Morrona. Anno 1199.

I*N eterni Dei nomine. Amen. Ego* Hubaldus Dei gratia Piſane Eccleſie Archiepiſcopus *precipio tibi Montanino, & Carboni, & Guilichello, & Foreſtano, Conſulibus de Morrona, pro vobis, & pro ipſo Conſulatu, & pro Comuni totius Caſtri de Morrona, & omnibus vobis, qui eſtis de Populo de Morrona, ſub ſacramento, quod mihi de preceptis meis obſervandis tenemini, ut ab hac ora in antea nullo tempore vite veſtre faciatis, vel aliquis veſtrum faciat contra honorem Hubaldi Piſani Archiepiſcopi, vel ejus in Archiepiſcopatu ſucceſſorem vel ſucceſſores, neque contra Archiepiſcopatum vel honorem Archiepiſcopatus ſtudioſe. Item precipio vobis ſub eodem ſacramento, ut nulli meo Nuntio, vel mei ſucceſſoris, vel Archiepiſcopatus Piſani, offendatis vel offendi conſentiatis in perſona vel in havere in Morrona vel ejus confinibus ſive diſtrictu, toto tempore vite veſtre, & ut predicto tempore non minuatis ſcienter neque minui conſentiatis in perſona vel in havere honorem vel honores, neque poſſeſſiones vel jura Archiepiſcopatus ſupraſcripti. Et ſi aliquo tempore noveritis, quod aliqua perſona velit imminuere aliquod de predictis, & non poteritis diſtornare, precipio vobis, ut quamcitius poteritis, ſine fraude mihi, vel qui tunc erit Archiepiſcopus, vel certo meo Nuntio nuntietis. Inſuper ſub ſacramento ſupraſcripto precipio vobis Conſulibus ſupraſcriptis pro Communi de Morrona, & cuique veſtrum de Populo & de terra de Morrona, & Villarum, & ejus diſtrictu, ut vos, vel aliquis veſtrum non incidatis vel incidere faciatis ligna de boſco de aq..... & ejus Curte de Montanino, & ejus Curte de Sanctaluce & ejus Curte; neque intretis vos, vel aliquis veſtrum pro incidendo ligna ſtudioſe aliquem boſcum de ſupraſcriptis; ut nihil ſupraſcriptorum faciatis ſine voluntate mea vobis nota parabola mea, vel per meas litteras, vel certum meum Nuntium. Inſuper precipio vobis ſupraſcriptis Conſulibus, ut ſub ſacramento omnibus aliis de veſtro Populo & de Terra de Morrona precipiatis, ut ſupraſcripta precepta obſervent, & ea precepta eis & parte mea, & pro me faciatis.*

*Actum Piſis in balatorio dicti Archiepiſcopatus, preſentibus Domno Tedicio Piſanorum Poteſtate, & Bulſo Juriſ-docto, & Ugone Sigerii, & Bonacurſo quondam Lamberti majoris, & Helditho Vicecomite, & Henrico Malpilii, & Ormannino filio Ugonis de Bella, me quoque Uguicione Judice & Notario preſente.*

*Anno Dominice Incarnationis Milleſimo Centeſimo Nonageſimo Nono, Indictione Secunda, Sextodecimo Kalendas Aprilis.*

*Ego Uguicio quondam Ildebrandini de Curia Gualandingorum filius, Domni Henrici Romanorum Imperatoris Judex ordinarius atque Notarius, predictis omnibus interfui, & ideo ad memoriam futuri temporis habendam ſcripſi, firmavi, atque complevi.*

# HISTORIA
## BELLI FOROJULIENSIS,
NUNC PRIMUM EDITA,

*CONSCRIPTA*

A JOHANNE NOTARIO
QUONDAM AYLINI DE MANIACO,
AUCTORE SYNCHRONO,

Ab Anno Ch. MCCCLXVI. uſque ad MCCCLXXXVIII.

# IN HISTORIAM FOROJULIENSEM JOHANNIS AYLINI DE MANIACO

## *PRAEFATIO*

## LUDOVICI ANTONII MURATORII.

JAm dedi in poſtremo Tomo *Rerum Italicarum* Fragmenta quaedam Hiſtoriae Forojulienſis Auctore *Juliano Canonico Cividatenſi* ab Anno MCCLII. uſque ad Annum MCCCXV. Alia nunc addere mihi licet, non contemnenda ſane, ab Anno MCCCLXVI. uſque ad Annum MCCCLXXXVIII. Auctore *Johanne Notario quondam Aylini de Maniaco*. Et quidem profiteri antea juvat, me omnia haec debere diligentiae atque benevolentiae erga me ſingulari praeclariſſimi viri Franciſci Berettae Comitis ac Patricii Utinenſis, in quo non facile decernas, Humanitaſne, an Patriae ac Literarum amor, ſtudiumque praeſertim antiquae ac barbaricae Eruditionis plus emineat. Fragmentum Hiſtoricum Aylini jamdiu memoraverat Voſſius in Lib. de Hiſtoric. Lat. uti & Du-Cangius in Indice Auctor. Gloſs. Latini. Memoraverant etiam Auctores Ephemeridum Italic. Literar. Tomo IX. artic. 3. Nulli labori pepercit indefeſſus Comes Beretta, ut hocce fragmentum ſibi conquireret. Geminum illius exemplum obtulerunt generoſi viri Nicolaus & Fabius Comites dominantes Caſtello Maniaci, qui generis Nobilitatem Eruditionis antiquae cultura exornant. Sed utrumque lacunis & mendis ſcatere deprehenſum fuit. Satis jam conſtabat, apud Cl. V. Juſtum Fontaninium Archiepiſcopum Ancyra-

num

num ejuſmodi Fragmentum non adſervari tantum, ſed rigidiſſimo carceri commendatum fuiſſe, ita ut nulla ſpes lucis ſupereſſet. At eo e vivis ſublato, ope doctiſſimi viri Joſephi Liruti ab humaniſſimo Fontaninii Nepote ac Herede illud Beretta impetravit. Exaratum autem erat manu Camilli Maninii Utinenſis, cui pater fuit Bernardinus Maninius, Doctor & Eques, olim Sabellici diſcipulus. Atque hoc tantummodo Aylianae Hiſtoriae fragmentum notum antea erat. Verum minime quieſcente diligentiâ praelaudati Comitis Berettae, alterum tandem Fragmentum emerſit, hucuſque latens inter papyros Canonici Aquilejenſis Ectorei, viri ob congeſtos MStos Codices, atque ob Antiquitatis ſtudium apud ſuos commendati. Antonii Bellonii celebris Antiquitatum Forojulienſum venatoris ſcriptum hoc erat. Integrum ſane Aylini foetum neque propterea habemus, quum illius duntaxat principium & finem gemina haec Fragmenta complectantur. Dicere tamen liceat, levis momenti fuiſſe, quae intermedia exciderunt, uti ex aliis Hiſtoriis rite deduci poteſt. Reliquum proinde eſt, ut Forojulienſi Provinciae, cujus Hiſtoria hactenus perquam jejuna viſa fuit, ob novam hanc Aylini acceſſionem gratulemur.

Sed quis hic Scriptor? percontetur aliquis. Id unum novimus monente ſupralaudato Comite Fabio, rerum ſuarum peritiſſimo, Aylinorum Familiam Seculo XIV. floruiſſe in nobili Caſtello Maniaci, ſito, ut creditur, in finibus antiquae Celinae a Plinio memoratae, ac jandiu exciſae. Ibi Notarium agebat Aylinus ſenior proavus Johannis Hiſtorici circiter Annum Chriſti 1277. Ex iſto natus Antonius itidem Notarius, qui Aylinum juniorem, pariter Notarium, & Johannis noſtri patrem, genuit. Notariae quoque Arti operam dedit Johannes Hiſtoricus. Reperitur etiam Johannes Canonicus Utinenſis, junioris Antonii Filius, atque ipſius Hiſtorici Nepos circiter Annum 1447. Haec omnia ex antiquis Maniaci tabulis depromta fuere. Quo tempore vitam egerit, reſque Fori Julii literis conſignarit Johannes noſter, Hiſtoria ipſa ſatis prodit. Ceterum ſi quis delicatulus exſurgens, dum in humilem, immo plebejum Chronographi hujus ſtilum incurrit, naſum corruget, hoc ſibi reſponſum habeat. Si praeſto tibi eſt quiſpiam coaevus rerum iſtarum Scriptor, in quo Charites & elegantia Latini Sermonis abundent: auctor tibi ſum, ut neglecto, immo exſibilato Johanne Aylini, ad cincinnatum illum legendum accedas. Verum, ubi deſit, quid Aylinum faſtidis, pedeſtri quidem, ſed veraci ſermone ea narrantem, quae fruſtra ab aliis expectes? Quod praecipue Hiſtoriam conſtituit, rerum geſtarum veritas eſt. Hanc tibi in

rudi

rudi candore ſuae dictionis exhibet Aylinus. Ei gratias debes, quod iſta tibi unus ſcripſit atque ſervavit. Si vero Hiſtoricum ſimul elegantem optas, Salluſtium, Livium, Vellejum, atque horum ſimiles pete. At Forojulienſia Seculi XIV. minime ex eorum Libris exſculpes. Denique poſt Opuſculum iſtud ſuccedent Acta quaedam publica a ſaepe laudato Comite Beretta in uſum ſuum olim congeſta. Quum & iſta pertineant ad ejuſdem temporis Hiſtoriam, Eruditos Viros, & Forojulienſes potiſſimum, haec etiam lubenter excepturos confido.

# HISTORIA
# BELLI FOROJULIENSIS.

IN guerris ortis ſub Domino Patriarcha Lodoico della Turre multi Nobiles de Patria Aquilejenſis Eccleſiae ſubmiſſi erant Ducibus Auſtriae etiam contra ipſam Aquilejenſem Eccleſiam, ejuſque fideles reſiſtentes, & guerram facientes. In qua quidem guerra rebelles erant Domini de Spegnimbergo cum omnibus eorum locis, & cum Turri ſitâ prope Terram Portus Naonis, Dominus Andreas de Pulcinico Plebanus de Straſſoldo, Dominus Facina de Portiſtagno, Dominus Johannes de Vururſpergo. Hi tenebantur de fidelitate Aquilejenſis Eccleſiae. Terra Avenzoni, & Nobiles de Ragonea erant fideles dictorum Dominorum Ducum Auſtriae. Dominus verò Dux Auſtriae, nomine Rodulphus gravem animum habebat contra Dominum Franciſcum de Carraria, eum intendens de dominio Paduae ejicere. Et eo modo potentiſſimus & Magnificus Dominus Barnabos Vicecomes, & Dominus Mediolani, mirabiliter animum graviſſimum habebat ad deſtructionem dicti Domini Franciſci de Carrara Domini Paduae; ita quod ipſe Dominus Rodulphus Dux Auſtriae ivit Mediolanum, tractaturus

A cum ipſo Domino Barnabove tam finalem deſtructionem dicti Domini Franciſci, quàm hujus Patriae Forijulii, quia Dominus Lodoicus della Turre erat Patriarcha, & contrarius dicti Domini Barnabovis. Et Dominus Franciſcus confoederationem fecit cum ipſo Domino Patriarcha. In ipſo tractatu placuit Deo, & e-
B jus Beatiſſimae Virgini Mariae, ut pravi & impii infideles ipſius Aquilejenſis Eccleſiae corrigerentur. Quia idem Dominus Dux Rodulphus in Mediolano mortis tranſitum conſummavit, & ſic ejus tractatus nocere non potuit huic beatiſſimae Patriae. Tamen Dominus Franciſcus de Carraria miſit ſuas gentes in Foro Julii
C Domino Patriarchae Aquilejenſi. Et obſedit Spegnimbergum, ibique ſtetit per plures dies ante Terram. Et haec fuerunt in MCCCLXVI. In vigiliis Sancti Michaëlis fuit inſultatio guerrae ipſius.

Et non poſt longum tempus inde Dominus Lodoicus Patriarcha mortis tranſitum conſummavit. Et no-
D bilis & egregius Franciſcus de Savorgnano Miles, factus fuit Vicedominus Aquilejenſis Eccleſiae. Et proceſſit bellicoſe ad guerram contra praedictos infideles, & alios ſubditos Dominorum Ducum Auſtriae. Et per gentes Aquilejenſis Eccleſiae, & Domini Paduae, multae afflictiones

& damna data fuerunt gentibus ipſorum Dominorum Ducum Auſtriae. Et illo Anno receperunt Civitatenſes Dominis de Spelimbergo Zucolam, & Domino Johanni de Villalta Vuruſpergum, quae Caſtra illico deruperunt. Et dum ſeptemcentum lanceae intrarent Patriam cum potenti Milite Domino Walterpertoldo de Spegnimbergo, ad deſtructionem hujus Patriae, per dictas gentes Eccleſiae Aquilejenſis conflictae fuerunt omnes ſub Faganea, & vix, quod ipſe Dominus de Spegnimbergo cum aliquibus fugam cepit in Spegnimbergo, & alias graviſſimas afflictiones habuerunt. Tamen gratiâ Jeſu Chriſti, & ejus Virginis Mariae, ipſi de Spegnimbergo perdiderunt Caſtrum Truſſi, & Caſtrum Zuculae, quod ad terram dejectum fuit per Civitatenſes, & ipſi tunc ſe reddiderunt Aquilejenſi Eccleſiae. Dominus Johannes de Villalta perdidit Caſtrum Vuruſpergi, & per Civitatenſes fuit deſtructum & deruptum. Illi de Straſſoldo, & Dominus Facina, ſe dederunt Aquilejenſi Eccleſiae. Illi de Avenzono ſubjugati fuerunt, deducti ad ultima, nihil habentes veſcere, propter quod ſe dictae Aquilejenſi Eccleſiae dederunt. Et Terra Portus Naonis ad ultima fuerat reducta, & niſi fuiſſet adventus Domini Marquardi Patriarchae, qui venit in MCCCLXVI. in vigiliis Nativitatis, ſi per ſolum menſem ſtetiſſet, ſe Aquilejenſi Eccleſiae dediſſent. In cujus adventu tractata fuit pax per Dominum Nichilum de Maniaco inter praedictos de Portu Naone, & dictum Dominum Patriarcham Aquilejenſem. Et iſto modo correcti fuerunt iſti rebelles, & ſub ipſo Domino Patriarcha omnes de contrata in fidelitate permanſerunt.

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, amen. Anno à Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti MCCCLXXXI. Indictione IV. die Jovis III. menſis Januarii, horâ quartâ noctis, exſpiravit Reverendiſſimus in Chriſto Pater & Dominus, pius Dominus Marquardus, ſanctae Aquilejenſis Eccleſiae digniſſimus Patriarcha, bonus rector Patriae Forijulii. Et die Lunae ſequenti VIII. Januarii ductus fuit, & ſepultus in Aquileja. Qui omnibus nobilibus, pauperibus, viduis, orfanis, & pupillis ſemper fuit benignus, pius, miſericors. Fuit natione Teutonicus Bavarus de Auſpurg, Epiſcopus ſanctae ac beatiſſimae Virginis Mariae de Auſpurg, poſtmodum vocatus ad Patriarchatum Aquilejenſem. Ad quem nobilis & circumſpectus Dominus Nichil de Maniaco miſſus fuit per totam Patriam, ut inſtaret ei, quod Patriarchatum deberet acceptare, quia recuſabat eum velle acceptare propter magnas guerras & ſcandala, quae erant in Patria cum Dominis Ducibus Auſtriae; cujus anima ſemper requieſcat in pace, amen. Poſt verò dicti Reverendiſſimi Domini Marquardi digniſſimi Patriarchae Aquilejenſis obitum, Reverendiſſimus in Chriſto Pater & Dominus, Dominus Philippus de Alenconio, miſeratione divinâ Epiſcopus Sabinenſis, ſanctae Romanae Eccleſiae Cardinalis, in Patriarcham Aquilejenſem in Commendâ per ſanctiſſimum in Chriſto Patrem & Dominum, Dominum Urbanum Papam miſſus & acceptatus fuit, & receptus per Civitatenſes, & alios quamplures de Patria, cum quibus erant Domini de Spegnimbergo, de Sacilo, de Canipa, de Aviano, de Pulcinico, de Miduna, de Tulmetio, & cum parte

Car-

Carneae, ſed non omnes unanimes, & illi de Cadubrio, quia Dominus Philipponus de Turre erat Capitaneus ibi, illi de Glemona, de Valvaſono, Dominus Ambroſius Epiſcopus Concordienſis, de Cucanea, de Sancto Daniele, & multi alii. Terra verò Utini ipſum Dominum Philippum Cardinalem in Commenda acceptare recuſavit. Propterea praedictus Cardinalis literas miſit per totam Patriam. Et fecerunt eorum colloquium in Civitate Auſtriae, ubi praedicti omnes, videlicet Civitas Auſtriae cum ſuis adhaerentibus ipſum habere decreverunt in eorum Dominum & Paſtorem. Utinenſes verò cum eorum etiam ſequacibus, eum in Commendam habere recuſaverunt, cum quibus & nos de Maniaco. Videlicet ad principium miſſus fuit per ejus fratres & conſortes praedictus Dominus Nichil de Maniaco Utinum, qui ibi intravit, & promiſit cum Utinenſibus eum nolle habere in Rectorem ac Dominum, niſi eſſet creatus verus Dominus, & Patriarcha, vel quod pileum Cardinalatus abjiceret, & per conſequens per futura tempora tamquam Patriarcha verus in Patria poſſet habitare; & ſic libertas Patriae totaliter foret perdita; dicentes: *melius eſt, quod Patria deſtruatur, quàm Libertas amittatur*.

Et hoc modo in quacumque Civitate, Caſtro, & Villa partes magnae ortae ſunt de fratre ad fratrem, de conſorte ad conſortem, de patre cum filio, & non ſolùm inter homines, verùm etiam inter mulieres tam civiles, quàm rurales, tam parvas, quàm majores. Nec erat Civitas, Caſtrum, Villa aliqua, in qua non eſſet pars, ut dictum eſt, inter ipſos. Et ſuper his per Utinenſes, & eorum partem miſſi fuerunt ambaſciatores ſaepius ad ſummum Pontificem, ut verum Dominum Patriarcham deberet mittere in Patriâ, more antiquitus obſervato; vel quod iſte Dominus Cardinalis ejiceret Cappellum Cardinalatus. Et Dominus Papa ſcripſit in contra, ut eum deberent acceptare, & quod intitulatus erat in ſuo ſigillo iſto modo: PHILIPPVS DE ALENCONIO EPiſcopVS SABINENSIS S. R. E. CARDinalis PATriarcHA AQUILejenſis. De hoc dicti Utinenſes, & ejus pars, non fuerunt contenti; & ſaepius miſerunt ad Dominum Ludovicum Regem Hungarorum, recipientes pro eorum Capitaneis quamplures de fidelibus dicti Domini Regis. Et ſic finaliter orta fuit lis & diſcordia inter ipſos Civitatenſes & Utinenſes, & eorum complices. Tunc mortuo Domino Rege Utinenſes tractaverunt ligam habere cum Ducali Dominio Venetorum, & cum Domino Antonio de la Scala, Domino Veronae. Quâ ligâ factâ, tunc Utinenſes ſentire voluerunt ab omnibus de contrata, qui cum eis vellent eſſe, pro manutenendo libertatem Patriae; & quod iſte Cardinalis non foret receptus in Commendam, niſi ejiceret Cappellum, vel quod alter verus Patriarcha detur Aquilejenſi Eccleſiae, ut libertas non amitteretur. Cum quibus Utinenſibus illi de Sacillo, de Canipa, de Aviano, de Cordevato, de Spegnimbergo, de Valvaſono, de Sancto Daniele, ſe volventes promiſerunt contra ipſum Dominum Cardinalem cum Utinenſibus. Qui Cardinalis continue moram trahebat in Civitate Auſtria. Tunc lites & diſcordiae oriri coeperunt in contrata. Et Ducale dominium Venetiarum incoepit ſcribere gentes, & mit-

mittere unum de Venetiis probatiſſimum, deputatum ad regimen Terrae Utini, & eorum partis, & guerrae. Et Dominus Veronae unum miſit, qui pro eo gentes faciebat, & ſcribebat. Civitatenſes verò ligam & unionem fecerunt cum Domino Franciſco de Carraria. Domino Paduae, Tarviſii, &c. Et ipſe Dominus Paduae ligam fecit cum Domino Comite Virtutum, Domino Mediolani contra ipſum Dominum Veronae, & ad ejus deſtructionem. Et in contrata Fori Julii Utinenſes cum eorum gentibus iverunt ante Glemonam cum exercitu, & Terram depugnantes, domos comburentes, vites detruncantes, & finaliter deſtruentes, ſe parti Utinenſium dederunt Glemonenſes. Et ſic proceſſum fuit contra Tulmeſinos, qui ſe parti dederunt, quia in Terra multi erant amantes partem Utinenſium. Et ſic tota Carnea laetanter ſe cum parte Utinenſium poſuerunt.

Dominus autem Philipponus de la Turre uno die, dum Caſtrum Plebis exiviſſet, volens ire ad alium locum, captus fuit, & praeſentatus Utinenſibus, propter quod Loca dare eum oportuit Utinenſibus. Et iſto modo guerra inſultavit graviſſima inter ipſos Civitatenſes, & eorum partem ex una, & inter Utinenſes, & eorum complices ex altera; ita quod Utinenſes multoties ibant cum eorum campo, & gentibus Cividatum Auſtriae, eos fortiſſime deſtruentes. Et ſic magna ſcandala, & interemtiones hominum, incendia domorum, captiones hominum ortae fuerunt, & ſubſequuta alia graviſſima, quae omnia poſſe narrare, longum quidem eſſet. Et verè Utinenſes ſaepiſſime Civitatenſes cum eorum potentia ſuperaſſent; ſed durè procedebat pro poſſe eorum & aliorum de contrata deſtructio, ut bene poterant, & potuerunt ſaepius. Civitatenſes ſemper cum blandimentis, & variis voluntatibus, & verbis blandis, quum videbant ſe ſuperari, mittebant ad Utinenſes eorum Ambaſciatores, dicendo unum, & aliud, quum videbant ſibi tempus faciendo, & de inlatis pro poſſe vindicando. Et dum Dominus Rizzardus de Valvaſono poſitus eſſet Capitaneus in Terra Portus Gruarii, abjecto nobili Domino Albertino de Spegnimbergo, qui ibi fuerat Capitaneus per dictum Dominum Philippum de Alenconio, Dominus Franciſcus de Carraria oſtendens ſe huic liti velle interponere, tractatum fuit inter Utinenſes, & ipſum Cardinalem, & Civitatenſes, quod partes ſe in eum compromiſerunt. Et ſententiavit, quod ſub poena decem millium Ducatorum quilibet obedientiam faceret ipſi Domino Cardinali inter ſpatium dierum ſex, & daret omnia loca & fortilitia ipſi Domino Cardinali. Et occulte ipſe Cardinalis promiſit, ſe daturum ipſi Domino Paduae, Sacillum, Portum Gruarium, Montemfalconem, Scluſam, & certa alia fortilitia. Et facta eſt illico eidem obedientia tam per Utinenſes, quàm per omnes eorum colligatos, & per nos de Maniaco, cum verbo & conſenſu dictorum de Utino. Tunc ipſe Dominus Paduae poſuit Utini paenes ipſum Cardinalem, Michaëlem de Rebatta ſuum familiarem in Mareſcallum, quemdam Fratrem de Padua in Vicarium, & omnes Officiales ad ſui beneplacitum, & in Utino retinendo ſuos familiares, & Cavalarios taliter, quod in Utino multi erant ei inſtantes. Et finaliter Utinenſes, qui videbant, libertatem Patriae fore

re quaſi in totum ammiſſam, nolentes ulterius tolerare, diſcordiam habere coeperunt cum ipſo Cardinali, non videntes ipſum Dominum, ſed potius Dominum Paduae.

Tunc iterum cum eorum ſequacibus eſt liga facta. Ad guerram ſe poſuerunt, & Nos de Maniaco cum eis. Propter quod ipſe Dominus Paduae ſuum habuit tractatum cum Domino Rizzardo de Valvaſono, & Dominus Cardinalis fugam de nocte dederat, & iverat Paduam. Et dum ipſi de Utino dubitarent de Domino Rizzardo, quod, ut fecit, non ſtaret conſtans parti, in uno die Proviſor Venetiarum equitavit cum Domino Doimo de Caſtello, & aliis Nobilibus ad Terram Portus Gruarii. Et vocari fecerunt ipſum Dominum Rizzardum, ut ad eos veniret. Qui quum veniſſet, ei requiſiverunt Caſtrum Portus Gruarii. Tunc dixit: *Vos, Domini, bene veneritis. Non diſpliceat vobis. De mane vobis reſponſum dabo.* Et reverſus in Caſtrum, ſubitò nequam ille equitavit in la Motta, quae erat tunc Domini Paduae. Et Johannes de Barbiano Capitaneus magnae gentis peditum & equitum tunc venit in Portu Gruario tam tacite, quod iſti exſpectantes reſponſum vix fugam capere potuerunt, nec Cives Terrae nihil ſenſerunt. Et Terram ipſam ſic proditorie receperunt. Cum quibus gentibus idem Dominus Cardinalis erat. Veneruntque dictae gentes cum magno furore contra Patriam cum magnis bombardis, & pluribus diverſis artificialibus. Qui inde redeuntes, venientes Sanctum Vitum, ibi Caſtrum inſultantes una die ipſum devicerunt; & ſe parti dederunt iniquae, non obſiſtentibus gentibus, videlicet Lanceis L., quae ibi per Utinenſes in eorum occurſum miſſae fuerant, & quas illico abunde expulerunt, & venerunt Utinum. Exinde recedentes dictae gentes, poſitis ibi eorum Capitaneo & Officialibus aliis, venientes ante Terram Spegnimbergi cum eorum infinitis gentibus peditum & equitum, curribus, bombardis, lapidibus, victualibus, & aliis neceſſariis. Qui de Spegnimbergo illico ſe parti dederunt ſine mora, ob timorem inducti, & exterriti, non tollerantes ictum ſolum lapidis, nec tractum unius baleſtrae. Sed priuſquam ad Terram applicuiſſent, concordium cum ipſis habuerunt ſatis verecundum. In qua Terra erant ultra LXX. Lanceae partis Utinenſis, & pedites in ſufficienti numero pro eorum defenſione. Et his non obſtantibus, ſe, ut dictum eſt, ſtatim reddiderunt adverſae parti Utinenſium. Ad quod concordium fuit nobilis Dominus Nicolaus de Fanna, pro quo miſerant; oſtendens nolle ſe impedire de praedicta guerra, fortificando Roccam Mizzae, & foveas cum bertoneſſis faciendo, & totam Villam Fannae fortificando, licèt finaliter tota fuerit deſtructa. Et excluſis ipſis gentibus de parte Utinenſi in Terra Spilimbergi, pro eorum defenſione miſſis, nobilis Dominus Nicolaus de Spegnimbergo, qui multum dilectus, amatus, & honoratus fuerat per Utinenſes, & eorum partem, & quaſi caput illius partis, quum reverſus fuit Utinum, quia concordio facto cum ipſis gentibus, & ipſis de Spegnimbergo, reverſus eſt Utinum, & ibi moram aſſidue trahebat, quum introivit Terram Utini, in furore Populi interfectus fuit, & ductus fuit ſuper Plateam Utini, & ibi ſtetit quaſi per totam diem.

Tunc

Tunc gentes praedictae Domini Paduae, cum quibus erat Dominus Philippus de Alenconio Cardinalis, continuò videntes ſe habere citra Tulmentum, ut dictum eſt, omnia fortilitia & loca, praeterquam Caſtrum nobile Montis Zaudinii, antiquitus ſic nominatum, hodie verò nominatur Maniacum & Sacillum; verùm quia dictae gentes Sacillo non offendebant, ſed bene agebant cum nobis de Maniaco, putantes, nos de Maniaco ſtatim reddi debere parti eorum, Tulmentum tranſiverunt. Et iverunt ſubitò ante Caſtrum Savorgnani, ipſumque ſtatim habuerunt non potenter, ſed fraudulenter, quia Caſtrum ſubitò ob timorem ruſticorum, qui in multitudine magna in eo intraverant, ſe parti dederunt. Propter quod durante guerrâ multi in eo ſtantes, Terram Utini damnificaverunt cum aliis locis circumſtantibus. Et venerunt ipſae gentes ante Terram Utini, & videntes, eis nihil poſſe facere, exinde recedentes ipſae gentes venerunt ante Caſtrum Sancti Danielis. Ibi quindecim diebus ſteterunt cum magnis bombardis die noctuque intus trahentes. Et ad eorum defenſionem dicti Utinenſes, pedites & equites miſerunt. Qui de Sancto Daniele potenter ſe defendentes, unâ nocte ignem in dicto loco jactaverunt, per quem multae domus combuſtae ſunt illâ nocte. Et pro certo, niſi a Deo, ejuſque glorioſa Virgine Maria, a quibus omnia bona procedunt, & ſancta Aquilejenſis Eccleſia defenſatur, auxilium ipſis de Sancto Daniele miſſum fuiſſet, ipſe locus perditus foret; quia quum dictae gentes ante locum ipſum venerunt de menſe Octobris, pluviae magnae a Deo miſſae tam copioſae & infinitae fuerunt, quod omnes aquae tam mirabiliter creverunt ſic, ut a memoria antiquorum numquam feciſſent, & per omnes dicebatur, quod Tulmentum & omnes lecti aquarum numquam in tanta altitudine fuiſſent. Propter quod exercitus ipſe non poterat alicubi mittere pro victualibus aliquibus, & in campo tantam famem patiebantur, quod pro pane ſolo dediſſent Ducatum unum, & niſi fuiſſet, quia ſuper campis rapas in magna quantitate reperiebant, quas comedebant, penitus ex ipſis multi ex fame mortui fuiſſent. Domini de Colloreto potenter ſe habuerunt contra ipſas gentes cum parte Utinenſi inimicos ſaepius laedentes. Dominus Candidus, Zuttus, & Leonardus de Ragonea ob timorem inducti, invito Domino Johannino, ſe parti iſti dederunt, eique miniſtrabant victualia pro poſſe. Qui Dominus Johanninus domum ſuperiorem tenebat olim Ser Zoppi, & multam partem Utinenſium amabat. Lachrymabiliter plorando, oportuit finaliter feciſſe, ſicut fecerunt ſui Conſortes, quia inter ipſos Conſortes non erat verus amor. Et ſentientes ipſae gentes ipſum male contentum, niſi fuiſſet Dominus Morandus de Brugnera, & Michaël de Rabatha, qui inter ipſas gentes Domini Paduae magni erant, quia Dominus Morandus erat Mareſcallus, ipſe Dominus Johanninus miſſus foret Paduam, tamquam carceratus. Et ſtatim recedens de ipſo exercitu cum tacito & ſecreto conſilio praedictorum, venit Ragoneam domum ſuam.

Et ceſſavit interim pluvia, & aquae quoque diminutae factae ſunt. Et praedictae gentes Tulmentum tranſiverunt cum magno periculo, in quo multi ſunt ſubmerſi. Et venerunt in Zoppola, & Cevraja, & Caſtiglieno, in

in quibus Villis per plures dies moram duxerunt, nos de Maniaco ſaepiſſime invadentes. Et non ſolùm ipſi de exercitu, verùm etiam gentes de Turri, de Valvaſono, de Spegnimbergo, ſaepiſſime nos de Maniaco inſultabant. Nos autem de Maniaco ab omnibus nos invadentibus bellicoſe & potenter cum fortiſſimis noſtris fidelibus vicinis defendentes, ipſos & ex ipſis ſaepiſſime, quum ad nos perveniebant, deſtructione offendentes. Uno die quum de dicto exercitu ad noſtram laeſionem veniſſent circa ducenti equites, de quibus circa ſexaginta venerunt in Civitellam, totidem in plateam, & tertia, & major pars ad plateam Maniaci, famuli horâ meridiei de noſtris ſexdecim ſocii euntes in Civitella, praefatos adverſarios de Villa expulerunt, ipſos extra Villam & ſuper via Colvarae viriliter perſequentes. Et ibi duo boni equi eis mortui fuerunt. Et finaliter noſtros verecunde reliquerunt. Ad pontem verò, ſive ad plateam, fortè quatuor ſocii invaſerunt praedictos, qui intus de fortilitio intrare ſatagebant, & ab equis jam deſcenderant. Qui ſubito vix in equis aſcendentes, fugam in plateam receperunt. Tunc major comitiva de noſtris, velociter in juvamine noſtrorum venientes, praefatos inimicos de platea cum ſagittis, baliſtris, & eorum armatis viliſſime depulerunt. Et per ſimilem modum tertia ſocietas de noſtris perſequens praedictos adverſarios ad plateam Maniaci, famuli turpiter ipſos extra ipſam Villam expulerunt. Et ipſo die certi ex ipſis inimicis euntes Maniaco Livri, commoti ex nimia triſtitia, quia contra noſtros triumphum non obtinuerant, ſed damnum & verecundiam receperant, ipſam villam Maniaci Livri combuſſerunt. Et ſic reverſi ad campum verecundantur, modum dederunt. Et de mane reverſi ſunt ad nos in crepuſculo diei, quia totus exercitus peditum & equitum furtive nocte euntes per lectum Colvarae in Vorada, & exinde venientes per colles & montes pars ipſorum, quos tamen de nocte ſenſimus, & per quaſdam mulieres de Baſalgella, habitantes in domibus mei Johannis Notarii, quondam Aylini, quae ad Villam ipſam iverant pro factis earum. Quae dum eſſent in ipſa Villa auditis tubis & ſonitibus ipſarum gentium, ipſiſque gentibus viſis, illico venientes Maniacum nobis dixerunt horâ mediae noctis, videlicet nobili & circumſpecto juveni Domino Luchino, quondam nobilis & egregii viri Domini Nichili de Maniaco, quia Dominus Odoricus ejus frater nimiâ vexabatur infirmitate, taliter quod a thoro ſe volvere non valebat. Dominus Balthaſſar moram trahebat Utini cum filiis ſuis, tunc temporis Jacobum Laidam de Aviano cum Laurenzotto quondam Johannis Motta in domo ſua habens, Ser Bartholomaeus quondam Domini Odorici erat ſuper Comitatum Tirolis. Qui verò Dominus Luchinus illico habito novo a dictis feminis de adventu ipſarum gentium, convocatis vicinis, & a ſomno excitatis, effecit, ut quilibet eſſet proviſus ad obviandum inſulto adverſariorum; quia Villam totam reliquimus, & relictam habebamus, & omnia noſtra reduxeramus in Caſtro, dum ipſae gentes ſteterant ultra Tulmentum. Et recolligentes minuta & blada ac vinum, ipſum Caſtrum nobiliſſime divitiis implevimus, & in tanta copia, quod per annos quinque & ultra

tra Caſtrum bene erat fulcitum omnibus neceſſariis.

Vicini verò dum ſurrexiſſent, & per horam ante Portam loci ſtetiſſent, nihil ſentientes, dormitioni ſe poſuerunt. De mane verò, ut dictum eſt, in crepuſculo diei, dum noſtri Caſtrum exirent, & ad Villam jam aliqui iviſſent, rumor apparuit, ita quod in Villa & in montibus inſultatio nobis data fuit. Venerunt ſuper collem Griſellum cum baliſtris groſſis de molinellis & arganellis, rocchetas in Caſtro trahentes in tanta copia, quod aër videbatur accenſus. At propterea nullum damnum nobis intulerunt, licèt multas ſuper tectis jactaverint; tamen gratiâ Domini, ex defenſione bonorum vicinorum nihil nobis nocuerunt. Et ipſo die Villam totam combuſſerunt, pauca tamen fuerunt lucrati. Et illo die mortui fuerunt de noſtris Candidus Baſini cum uno telo in capite, & de eis multi percuſſi. Et ſic reverſi ſunt ad eorum campum in Caſtigliono, & Zevraja. Nos autem de Maniaco non exterriti propter conſummationem domorum combuſtarum, animum robuſte ſumentes, & ad nocumentum inimicorum procedentes contra homines Meduni, qui ad noſtram laeſionem cum ipſis inimicis venire praeſumſerunt, cum felici pinello domus Maniaci, ſaepiſſime ante portas Meduni ivimus, locum exterminando, & villicos capiendo, bona ipſorum derobando. Ad tantum devenerunt ipſi de Meduno, quod ſe uno die parti noſtrae dare voluerunt. Sed nullus fuit, qui ſignum concordii & pactum recipere voluiſſet. Dum uno die ipſi de Meduno ex timore nimio Caputium unum circum circa ducerent, pacta requirentes, noſtri verò animum voluntarium habentes, non attendentes ad eorum requiſitionem, putabant eos illo die ſuperaſſe. Et extra muros Villam totam cremaverunt & campaneas, & graviſſimum damnum illis intulerunt, & de eorum animalibus & vicinis captivantes, Maniacum conduxerunt. Et ſic quaſi omni die noſtri ipſos inſultabant, & damnum graviſſimum eis inferebant. Et uno die dum Ser Bartholomaeus quondam Domini Odorici veniſſet de Comitatu Tirolis, ipſos de Meduno inſultavit, & ex ipſis quatuordecim cepit de menſe Martii in MCCCLXXXVI. Qui dati & praeſentati fuerunt praedictis Dominis Luchino & Odorico fratribus. Et quibus impoſita fuit talea Ducatorum ducentorum; & duos alios habebant dicti Domini in carceribus. Qui omnes dicti de Meduno ſolverunt mille libras Soldorum, quas ego Johannes Notarius quondam Domini Aylini de Maniaco recepi in Caſtro Mizzae, praeſente Domino Nicolao de Fanna, & duxi in Maniaco. Nobilis Dominus Balthaſſar ante principium ipſius guerrae moram trahens Utini, duci fecit filios ſuos Utinum.

Guerra ipſa incoepit in MCCCLXXXV. in feſto Sanctae Crucis, ſive in vigiliis ipſius feſti. Gentes Domini Paduae ſtantes in Turri, nos de Maniaco invaſerunt, nullam ab eis cuſtodiam habentes de mane, quum vicini exirent ad opus & ad vindemiam. Et in ipſo die captus fuit Olvrandinus de Utino Prior prope domum Zaniti della Centa. Sed per Brandiliſium ejus filium & alios vicinos illico fuit de manibus ipſorum redemtus. Et erant equites & pedites numero ſexaginta cum uno Tamburino. Tamen animalia aliqua ſecum duxerunt, & quemdam Intrigu-

guttium pauperem noſtrum vicinum, qui tamen de eorum manibus fugam cepit, & venit Maniacum. Bartholomaeus quondam Domini Odorici venit de Comitatu Tirolis poſt ipſum inſultum nobis datum, & reperiit nos de Maniaco in gravibus guerris & diſcordiis, ſpecialiter nos de Maniaco cum praedictis de Meduno. Et Arbae campanile ad terram dejeceramus, & Villam cremari feceramus. Poſt verò dicti Bartholomaei adventum, ipſe potenter & animoſe procedens ad guerram ſaepiſſime cum ſociis tam de contrata, quàm forenſibus, ipſos de Meduno invadens, eos bellicoſe deſtruxit. Et quaſi omni die noſtri per montes & per planum eos infeſtabant & deſtruebant, & eos ad tantum deduxerunt noſtri praedicti, quod contentio gravis inter ipſos conſortes de Meduno facta eſt. In qua diſcordia Johannes Grandis quondam Domini Franciſci, & Johannes Parvus, ejus nepos expulerunt Ser Jacobuccium quondam Ser Nicoluſii; quia iſte Jacobuccius, & Thomaſcuttus quondam Ser Philippi, ejus conſanguineus condolebant eſſe cum hominibus Maniaci in diſcordia, videntes contra nos nihil poſſe, niſi pati ultimam deſtructionem, ut eis apparuit in poſterum. Tunc tractatum habuerunt ipſi Jacobuccius & conſanguineus de menſe Julii cum eorum villicis, & ipſos Johannem Grandem & Parvum expulerunt, & Caſtrum in ſe ſervarunt ad honorem Ligae Utinenſium. Et miſerunt in Maniaco per ſuccurſum ſociorum, quibus nos de Maniaco ad ſufficientiam miſimus ſocios, qui cum eis habitabant; habuerunt enim continuo Caſtrum noſtri ſocii in cuſtodia. Et in praedicta guerra noſtri de Maniaco finaliter deſtructionem dederunt villae Arbae, arcas, arcilia, vaſa, brentas, & alia ſuppellectilia Maniacum ducentes, & quod ducere non poterant, cremabant, nihil penitus dimittentes.

Et nota, quod regnante guerra inter nos de Maniaco & ipſos de Meduno, homines Fannae ſatis apertè ſicut nos de Maniaco ſentiebant ire contra ipſos, ſive per villam Fannae, ſive a parte inferiori, vel per montes, ſicut nos ire ſentiebant, per ſigna fumi, vel nuncios eis nota faciebant. Et in hoc magna inimicitia regnabat inter nos de Maniaco cum ipſis de Fanna, ac ipſos de Meduno. Certi de Fanna, ſpecialiter Articus Boſdrani, & Conradus Palmae, qui tamen per noſtros adverſarios fuit interfectus, & ductus cum uno altero in Fanna, nomine Vignudiſſius, per gentes Domini Paduae versùs Turrim, & ſuper via, vel extra, mortuus fuit & abſconſus, quod de eo penitus ſui nihil ſentire potuerunt, & ſicut meruit, ſic mercedem ſuſcepit. Praedicti verò Articus, & Conradus, & alii circa Baſtiam ipſos de Meduno retinebant abſconſos, ut horâ aliquâ dicti noſtros, euntes Fannam, poſſent capere, & depraedari. Et conſentiebant, & conſenſerunt, quod quidam Uvricus Bohemus, familiaris Domini Luchini & fratrum, fuit in villa Fannae captus, vadens loquutum Domino Nicolao. Et ſic per ipſos de Fanna nos de Maniaco male tractabamur. Et multoties noſtri capientes captivos prope villam Arbae, & ſuper dominio ipſius villae, vel multoties animalia groſſa & minuta, Dominus Nicolaus, habitans Mizzae, Maniacum ſuos nuntios mittebat rogando, ut relaxarent, cum blandis ver-

verbis. Cui ſaepius complacuimus, non propter pavorem ipſius tamen, ſed quia gentes Domini Paduae ſtantes in Turri Meduni, in Valvaſono, & in aliis locis, non requireret ad noſtram laeſionem, ſicut bene doctus in maleficiis facere ſciebat. Et paenes ſe habebat quemdam Fratrem Chriſtophorum, Abbatem Fannae, genere Romagnolum, nequiter contra nos de Maniaco laborantem conſiliis paenes ipſum Dominum Nicolaum ad omnia noſtra nocumenta, invigilantem cum certis aliis ruſticis de Fanna, quos ipſe Dominus Nicolaus deputavit ad regimen villae Fannae, ſicut fuit quidam Panta Nicoluſius de Miello; quibus eorum prava animoſitas ad regimen male ſucceſſit, ut inferius de veritate narrabitur. Iſte Dominus Nicolaus de conſilio ipſius Abbatis & Deputatorum fecit ultra annum continue fieri foveas circa locum, ſpinatas, ſpaltos, domunculas, & etiam quod omnes de Fanna conducerent res ſuas in Mizza, oſtendens ſe de ipſa guerra nihil velle impedire, & cum aliqua partium ad laeſionem alterius nolle ſe immiſcere, dicens: *Volo ſtare pacifice, & cum nulla partium partem capere. Sed ſi quis me offendet, me ab eis defendam. Et pro mei defenſione me fulcio, ſed non ad laeſionem alicujus.* Et tamen conſentiebat, quod quidam Thias filius Leonardi Pagniti ſtabat in Turri, & veniebat in Fanna, & tamquam fur de nocte veniens contra nos de Maniaco, ſi poterat, recipiebat. Oſtendebat Dominus Nicolaus condolere, licèt nihil erat, dicens, *ſi contingat, eum ad manus meas pervenire, ipſum ſtatim ſuſpendam.* Quem uno die cepit, eumque poſuit in carceribus. Et venit ipſo die Maniacum, dicens: *Habeo in carceribus meis Thiam. Verè manibus meis ipſum ſuſpendam.* Et ipſo die receſſit, & ivit Fannam, & eum illaeſum abire permiſit. Et videntes noſtri de Maniaco ſic feciſſe buffas de nobis, & quod quotidie procedebat plus ad damna noſtra, quam primò, uno ſero, dum ipſe Thias veniſſet ad domum patris, certi noſtri ſocii, ipſum ſtantem in trabeato patris ſuper foenum invaſerunt, & percuſſerunt fortiſſime, & fratrem ejus, qui ad rumorem venire voluit, & plus fratrem, quàm ipſum percuſſerunt, & putabant ipſum interfectum dimiſiſſe. Tamen liberatus ipſe & frater, ſed exterritus, ſe ad alienas partes tranſmeavit, noſque quiete poſtmodum permiſit. Itaque tacite & aperte nos praedicti de Maniaco multum laedebamur. Et verè noſtri juvenes paſtores ibant prope locum Meduni. & receperunt capita groſſa bovorum & vaccarum vigintinovem de pulcrioribus, quae ipſi haberent; ita quod ipſi de Meduno ſe videntes contra nos de Maniaco nihil poſſe facere, tunc coeperunt tractatum habere antedictum inter ſe ipſos dicti Domini de Meduno. Propter quod, ut inferius deſcribetur, per guerram a nobis deſtructi ſunt dicti Domini de Meduno.

Et in MCCCLXXXVII. in fine Octobris, Verona fuit recepta Domino Antonio de la Scala per Dominum Comitem Virtutum Dominum Mediolani, colligatum Domini Paduae. Et in ipſo Milleſimo die Jovis, V. Septembris gentes Domini Franciſci de Carraria, Domini Paduae, Tarviſii &c. venerunt ante Terram Sacilli in obſeſſione ipſius. Et ſubitò fieri fecerunt Pontes ſuper aquam, taliter quod circum circa ipſam Terram unus ad alium ibat per

ipſos

ipſos Pontes, jactantes cum bombardis in ipſis Turribus & domibus. Et ſubitò fuerunt in tanto timore inducti terrigenae, quod die Mercurii ibi poſt ſequenti, XI. dicti menſis Septembris, ipſi de Sacillo ipſi Domino Paduae ſe dederunt, & non conſtricti, quia in numero gentium exiſtentium in obſeſſione ipſius Terrae non erant numero ultra duo millia perſonarum inter homines armatos, pedites, equites, & bubulcos. Et in Terra erat major pars hominum, animum habens cum Domino Paduae. Minor pars non potuit obtinere. Dominus Johannes de Colloreto erat tunc Capitaneus ipſius Loci, & requiſivit Cives ad defenſionem Terrae, qui contra ipſius velle Terram exeuntes ſuper Campo tractaverunt cum inimicis, & ſe parti dederunt contra ipſius velle, quia non habebat gentes paenes ſe, ut Cives poſſet conſtringere. Et vix quod ipſe pactum habere potuit exeundi Caſtrum Sacilli cum ſua familia. Eo verò tempore per Summum Pontificem in Rectorem & Gubernatorem Aquilejenſis Eccleſiae miſſus erat Dominus Ferdinandus Patriarcha Hierololymitanus. Et ſteterat circa annum in regimine. Cui pars Utinenſium obediebat. & nos de Maniaco, & collegati ejus. In craſtino verò die, videlicet XII. dicti menſis, homines Canipae & Aviani portaverunt claves locorum Sacillum, ſeque viliter Domino Paduae reddiderunt. Nam in Aviano erat Ser Corſetus cum ſuis nepotibus, filiis olim naturalibus olim Ser Roſſii, ac Nicolao & Marco fratribus quondam Ingeroſſii, inſtantes Populo, ut ſe parti darent. Et ſic invitis Gaſpardo a Porta, Melchiore quondam Domini Pidruſii, Franculino de Cantono, & Simone quondam Muſini, non audentibus contrarium dicere, ſe parti adverſae dederunt. In quibus locis modum & ordinem dantes, pervenerunt dictae gentes. Die verò Mercurii XVIII. dicti menſis Septembris, dictae gentes cum majori numero, & cum gentibus ipſorum locorum, ſcilicet de Brugnaria, & de totis locis & villis Tarviſini diſtrictus, putantes cetera loca vincere poſſe, & fortunam proſperam eis non deficere, cum infinitis curribus oneratis, bombardis, lapidibus jactandis, baliſtris, malleis ferri, victualibus, & aliis ingeniis artificialibus nocivis, de conſilio, ut ſenſimus, ipſius Ser Gaſpardi, & ſuorum de Aviano, & aliorum de Contrata, qui volebant, nos de Maniaco ſuos fore ſimiles in verecundia ipſis, putantes nos pavidos & tremulos eſſe, cum potenti manu dictae gentes venerunt ante nobiliſſimum Caſtrum praedicti Montis, Tardinei antiquitus nominati, hodie verò Maniacum.

Inter quas gentes Dominus Jacobus naturalis dicti Domini Franciſci Domini Paduae, qui dicebatur Comes Carrariae, erat caput ſeu Capitaneus, & cum eo multi boni homines periti in armis; & de Forojulio nequiſſimus & infeſtiſſimus Dominus Rizzardus de Valvaſono. Et poſito eorum infelici campo, quidam Trombetta tubam ſonavit, petens affidam. Cui data fuit per nos de Maniaco. Et eo modo Dominus Rizzardus, & cum eo quidam Antonius de Verona, qui fuit, & erat Capitaneus Sancti Viti, affidam petentes, dataque fuit, venerunt uſque ad raſtellum ſub porta Caſtri a latere verſùs Occidentem. Tunc requiſivit, ut aliquis de domo Maniaci eum & ſocium audirent. Tunc ex deliberatione

A ne facta inter Dominos Bartholomaeum, Galvanum Domini Balthaſſaris filium, & Odorici fratrum, Olvradinum quondam Bartholomaei, & aliorum fidelium vicinorum de Maniaco, ipſe Dominus Luchinus intimidus & amabilis toti Populo, ipſum Caſtrum cum honorabili comitatu ſuorum fidelium aſſociatus e-
B xiens, ad ipſius Domini Rizzardi praeſentiam venit, & aliorum. Qui cum eo ibi venerant pro parte dicti infeliciſſimi Domini Comitis naturalis, ipſum Caſtrum requiſierunt ex parte dicti Domini Comitis filii dicti Domini Paduae, dari in ejus manibus, non tentatâ ipſius vi & potentiâ. Quod Caſtrum nomine Do-
C mini Philippi de Alenconio Cardinalis in ſe cuſtodiendum & ſalvandum erat nomine dicti Domini Philippi. Quod ſi eidem darent, multa promittebant ſe operari velle pro ipſo Domino Luchino fratre, & conſortibus ſuis paenes ipſum Dominum Paduae, & quod eos benigne haberet recommiſſos. Quibus dictis, ipſe
D Dominus Luchinus juvenis, ſapiens, & proviſus praefatis reſponſum fecit: *Domini, vos bene veneritis ex parte veſtri ſuperioris & veſtrae. Et volo quòd bibamus inſimul laetanter.* Eiſque propinari fecit, & honorem reddidit. Qui hilares, ſuam intentionem putantes illico obtinuiſſe, gaudenter ſumſerunt praeſtitum honorem eis.
E Et ſtantibus in his verbis, multi de exercitu cum fallacibus animis ſimulantes, per rivum inter Caſtrum & Collem Griſollum, armati cum palis ferreis, zapponibus, & malleis, aſcenderunt uſque prope muros, ſub domo olim Domini Luiſini, ubi dicitur Abbatia. Ibi Ser Bartholomaeus aedificari fecerat ſtallam equorum unam ſub domo praedicta, neſciente Domino Luchino, & eis, qui cum eo erant. Sed cuſtodes noſtri ſtantes ſuper muris bene viderant, & nihil dixerunt, quia tregua data erat inter partes, videlicet nos de Caſtro praedicto cum ipſis de exercitu, non conſiderantes malitiam ipſorum, & eos fallaciter venire, immo putantes, concordium ſequi inter partes.

Finaliter ipſe Dominus Luchinus, tamquam juvenis ſagax, & providus, multâ providentiâ refulgens, conſtantique & robuſto animo loquens, ipſi Domino infeliciſſimo Rizzardo, & ejus ſociis, his verbis alloquutus eſt, & reſponſum eis fecit: *Domini, vos nuntii, per veſtrum Comitem & Capitaneum miſſi, una cum ipſo noſtro Capitaneo, & aliis ſequacibus ſuis, latére non credimus, nos de Maniaco fore confoederatos cum Ducali dominio Venetiarum, & Utinenſibus, & cum eis praeſtitiſſe noſtrum ſacramentum, noſtro poſſe partes eorum obtinere debere & velle. Noſtrae intentionis eſt, praeſtitum ſacramentum noſtrum & promiſſionem noſtram potenter velle obtinere, nec verbis nos permittere terreri. Ite ad Utinenſes, vel mittite nuntios veſtros. Haec eis nota facite. Quidquid, & ſicut ipſi per vos coacti facere facient, & diſponent nos facere debere, ſic vobis promittimus indifferenter, & ſtatim velle facere & facimus. Si ſecus vos cum potentia veſtra contra nos fideles partis noſtrae facere tentabitis, potenter nos tueri volumus, & paratos nos reperietis. Fidem noſtram datam praedictae noſtrae parti animo conſtanti ſervare robuſtos nos invenietis & non trepidos. Et pro nunc a vobis non credatis nos pavidos eſſe, nec aliud reſponſum poſſe de nobis habere, quàm quod iſtud. Feliciſſimum noſtrum Caſtrum pro nobis intendimus ſervare, ipſumque contra veſtram potentiam tueri ac defendere velle.*

le. *Quod ſi a manibus noſtris ipſum ſurripere volueritis, non verbis, ſed factis ipſum vos in caro pretio habere expedit. Et vos ſcire volumus, quod omnes in noſtro Caſtro incluſi ſumus unanimes, non claudicantes, & diſpoſiti potenter ipſum Caſtrum obtinere velle ad honorem & ſtatum Sanctae Aquilejenſis Eccleſiae, & partis noſtrae praedictae, & noſtrorum.* Et his verbis quamvis affida data eſſet inter partes, tamen ipſi de exercitu, tamquam homines infidi non ceſſabant foveas facere pro eorum bombardis aptandis ad muros, ut ante ſcriptum eſt. Sed quia vir honeſtus & valens, in armis peritus, nomine Johannes, natione Utinenſis, Conteſtabilis ſociorum XXV. miſſus fuerat in ſuccurſu terrae infidelium Sacillenſium per Utinenſes & Rectorem Venetorum, qui in Utino moram trahebat pro Ducali dominio Venetorum, vadens per ſubmontes, quum applicuit ipſe Johannes cum ejus comitivâ Avianum, reperiit Sacillum fore datum parti adverſae. Et ipſi de Aviano claves ipſius loci Aviani miſerant pro eorum nuntiis Sacillum ipſi Domino infeliciſſimo Comiti. Illico ipſi de Aviano eumdem Johannem cum ſociis ſuis praedictis a ſe licentiaverunt. Qui ſtatim venientes per ſubmontes, ob timorem inducti, videntes ipſas gentes talia loca fortiſſima verbo tantùm vincere, venerunt in ipſo conſtanti & fortiſſimo Caſtro Maniaci, referentes geſta per infideles ipſorum locorum. Admirati multum fuimus nos de Maniaco, non tamen pavidi facti, nec noſtro bono animo ac propoſito aliqualiter moti. Immo animum quiſque noſtrûm ſumſit fortiorem in obtinendo velle ipſum Caſtrum, & promiſſionem ipſam factam noſtrae parti. Rogavimus ipſum

A Johannem, ut pro noſtra & loci noſtri praedicti defenſione, nobiſcum eſſe vellet, ut ſi gentes ipſae ad nos venirent, juvamine ipſarum nos potenter tueri poſſemus. Nec intendebamus facere velle, ut praedicti fecerant, & nobis acquirere infidelium famam. Eiſque promiſimus ſolvere pro ratâ temporis, in qua nobis ſer-
B virent, eoſque benigne tractare. Qui videntes, nos tali bono animo eſſe velle, laetanter ſteterunt nobiſcum. Et reperti ſunt omnes boni & viriles ad defenſionem noſtram. Et quae eis promiſimus, fecimus, & a nobis laetanter receſſerunt.

Sed ut redeamus ad factum, iſte honeſtus Johannes Conteſtabilis, lo-
C quente Domino Luchino cum Domino Rizzardo, & ejus ſociis, tamquam proviſus, & in talibus peritus, ſubitò hortatus eſt in Caſtro tam homines quàm mulieres repedare, & ut quilibet ponat aquam ſuper ignem cum cinere intus, & lapides ad muros pro noſtra defenſione. Animum ſumant fortiſſimum,
D & ſe in pavore non inducant pro jactamine bombardarum, quia audito rumore duarum, vel trium, nullus ulteriùs curaret. *Eſtote* (ajebat) *fortes animo, quia Virgo Maria, Mater Domini noſtri Jeſu Chriſti nobiſcum eſt, pro qua nobis nituntur iſtae malae gentes nos offendere. Ipſa Domina noſtra nobis juvamen porriget, & ſuffra-*
E *gium tale, quod nullus noſtrûm laeſionem patietur, nec ipſi nos vincere poterunt.* Per dictum cujus viſum eſt unicuique, nihil de ipſis gentibus curare. Et redeundo ad verba ipſius Domini Luchini cum ipſo Domino Rizzardo, obtentâ licentiâ inter ipſos, tunc quilibet revertens ad ſuam partem receſſit, & ſe reduxit ad ſuam partem, dicentes qui miſſi erant:

*Citò*

*citò vobis mittemus in Caſtrum, unum de noſtris Nirancis*. Quibus fuit reſponſum: *Et nos mittemus vobis de noſtris Pomellis, quia ſufficienter habemus in dando vobis. Si quid de noſtro volueritis, & contingat, nos ad vos venire, nos paratos vos velle recipere videbitis, non pavidos, ſed voluntarios*. Et in receſſu dicti Domini Luchini vix cum ſua felici & fideli comitiva ſuorum vicinorum, portas intrare potuit illaeſus. Ipſum enim, & ſuos ſubditos baliſtrarunt, qui ſub muris venerant. Et in ſtalla praedicta habentes palos ferreos, maglios, zapponos, murum domus praedictae olim Domini Luiſini incipientes fodere, cum infinitis bombardis & baliſtris copioſis tela trahentes, lanceas longas ultra altitudinem tectorum tranſeuntes, ipſum Caſtrum fategerunt, & putarunt illico habuiſſe, quia ſuper domo illa nulla defenſio facta erat contra ipſos, niſi ad feneſtras, ad quas nullus poterat ibi ſtare propter multitudinem telorum, pilotorum, & lancearum. Et noſtri non propterea exterriti, animum, ut eis expediebat, capientes fervidum in defenſione ipſorum, ſubitò murum & tectum fregerunt. Et iſti adverſarii jam feneſtrae unam ferream ipſius domus, quae erat quaſi ad terram, de una cruce ferri evulſerant. Tunc noſtri fracto muro & tecto, aquam calidiſſimam cum magnis ſaxis a muris jactantes, de ipſis talem fecerunt ultionem, quod ad fugam ſe per riparum expoſuerunt, unus alterum non expectando, nec per viam, vel tramitem euntes aliqui, ſocios per pedes trahentes mortuos & vulneratos, & ex ipſis multi propter aquam calidam decapillati, & cum lapidibus cruentati. Ipſe verò Dominus Comes nequiter bene cum XL. ex notabilibus ſuis hominibus armigeris, & ipſe Dominus Rizzardus, ut poſtmodum retulit ore proprio, fuerunt percuſſi. Ac ipſe Antonius de Verona fuit percuſſus cum lapidibus tantùm, quòd in percuſſione lapidis habuit dicere *Obimè!* audientibus ſuis. Et jam totus exercitus venerat contra ipſum Caſtrum, putantes ipſum viciſſe, eo quod viderant illos fodientes murum. Et unus venit ad Portam cum una haſta, ſuper quam erat una laméra ferrea cum ſagittis accenſis, putans ignem in Porta infigere. Sed unus de illis dicti Ser Bartholomaei lapidem jactans & in capite percutiens, ibi dormitionem eum capere fecit. Alter ejus ſocius, cupiens ipſum dormientem ad ſe trahere, cum uno paveſio in brachio, permiſſus fuit a noſtris ad dormientem venire, & quum hora fuit, cum pomellis ipſum, ut meruit, honorarunt. Et in ipſa hora tantus in exercitu fuit mugitus equorum & hominum, quod tonitrua magna tonantia in aëre non potuiſſent audiri. Et in ipſo Caſtro tot & tanta jacula, ſeu pilotti baliſtrarum & arcorum fuerūnt; quod de coelo videbantur cadere non minus, quàm facit pluvia. In quo conflictu mortui fuerunt numero octodecim, & portati in curribus in Portu Naone, & alibi. De quibus dicebantur mortui fuiſſe ultra octoginta. Eorum verò, qui ſe ad ſua tentoria reduxerunt, numquam aliquis ad ipſum Caſtrum venire auſus fuit. Nos verò de Caſtro ſaepiſſime ipſos vocantes, ut ad nos vellent venire, quia ſi non bene eos honoravimus in principio, ipſos intendebamus melius honorare. Ipſi verò graviter indignabantur, ſed non quod vellent reverti ad pugnam loci, cum bombardis

bardis jactabant lapides. Uno die
jactaverunt lapides LXXIV. ex qui-
bus, nec ex telis ipſorum nullus no-
ſtrûm umquam laeſus fuit, ſubvenien-
te nobis Virgine Maria. Tunc ive-
runt per Montem Griſollum, & a-
lios Montes circum circa ipſum Ca-
ſtrum omnes magiſtrati in armis, ſi
poſſent ponere bombardas in noſtra
majori laeſione. Et deſcenderunt per
Woveda, & nihil videntes contra
nos poſſe operari, de mane die Sab-
bati XXI. dicti menſis Septembris,
cum omni eorum potentia iverunt
ante Terram Spegnimbergi, & ut di-
cebant, ipſi Domini de Spegnimber-
go parti ſe illico dari parati erant.
Sed unus habuit dicere. *Non potue-
runt Maniacum recipere, quia potenter
ſe defenderunt. Nos ſemper erimus ve-
recundati, nos tamen citò reddere.* Et
iſto verbo ſe abſtinuerunt. Et ante
Terram ipſam Spegnimbergi ſteterunt
diebus undecim, trahentes cum bom-
bardis; qui multoties ſe parti dare
voluerunt. Sed Dominus Venceslaus
Miles, qui dubitabat venire ad ma-
nus Domini Paduae, quia eum non
amabat multùm, operatus eſt, ut ſui
conſortes & vicini ſe non redderent.
Et niſi fuiſſent ſocii forenſes, miſſi
per Utinenſes & Rectorem Veneto-
rum, ſe ſine dubio reddidiſſent par-
ti adverſae.

Interim verò apparuit gratia Do-
mini noſtri Jeſu Chriſti, & ejus glo-
rioſiſſimae Virginis Matris Mariae,
ſub cujus alis iſta ſancta Aquilejen-
ſis Eccleſia defenſatur. Quidam no-
mine Anderlinus Trottus, qui ad
modum Societatis ſteterat ad damna
ipſius ſanctae Aquilejenſis Eccleſiae,
miſſus fuit per ipſum Dominum Pa-
duae, per Villas ſtratae alius ſub U-
tino eundo, ne ipſi Utinenſes cum
ſuis gentibus ſe movere auderent in

A ſuccurſum ſuae partis contra alias
gentes, quae erant ante Spegnimber-
gum, ut eo melius poſſet vincere
loca. Cum quo Anderlino erant Ci-
vitatenſes Auſtrianales. In qua So-
cietate erant ultra mille equites, &
pedites multi. Et fuerunt in Aqui-
leja, ibi rubbantes Eccleſias, ſan-
ctiſſimas figuras, & Cruces. Appa-
B ruerunt ex hoc multa miracula. Nam
quidam de Tulmino ferens Reliquias
ibi receptas, totâ nocte equitavit,
putans iviſſe versùs domum, quia
viam bene cognoſcebat. De mane
reperiit, ſe eſſe ante Portas Aqui-
lejae, & ſic reverſus ad Altare, ibi
eas repoſuit. Apparuit, quod quae-
dam figura Virginis Mariae, ſuper
C quâ recepta fuerant ornamenta ejus,
ſe inclinavit cum capite; & ſic ho-
die ſtat, ubi cum elevato capite ſta-
bat. Apparuit etiam, quod unus Con-
teſtabilis, qui Crucem unam in di-
cta Aquilejenſi Eccleſia receperat ar-
genteam, quam ex ejus ſuperbia, in
Valvalono habitans, ſuper humeris
ferebat, rabie captus, illa infirmi-
D tate mortuus eſt. Apparuit, quod
quidam Italicus, qui ſimiliter Cru-
cem unam in Eccleſia praedicta ar-
genteam receperat, ipſam vendidit,
& emit equos, & ſe ipſum induit
cum argento. Qui habens ſeptem e-
quos, vermis eos omnes equos, qui
erant ſeptem, intrans occidit & mor-
tui ſunt, & ipſe poſt puſillum tem-
E pus malâ morte clauſus eſt. Et pu-
blica vox & fama erat, quod Pa-
duae, Tarviſii, & in alienis Civi-
tatibus multi, qui fuerunt ad dero-
bationem ipſius Eccleſiae, aut mor-
te ſubitaneâ moriebantur, aut rabie,
aut in divitiis poenam patiebantur.
Et ſic vox erat aperta, quod ex pec-
cato in ipſa Eccleſia commiſſo, iſta
divinitus eis occurrebant. Et pro ip-

ſo peccato Dominus Paduae expulſus fuit, ut inferiùs deſcribetur, de omni ſua potentia. Praedictus Anderlinus venit de ſupra Utinum, non dubitans, gentes Utinenſes...... Et ſuper aqua, nominata *la Tor*, erant ipſae gentes in Villis, prope quas illi de Utino habentes eorum exploratores foris, ſenſerunt, ipſos nullam cuſtodiam habere de potentiâ Utinenſium. Et quia tempus erat multum pluviale, & aquae magnae, & erant prope Caſtrum Savorgnani, quod ipſi de Padua habebant in eorum potentia & cuſtodia, in quo erant multi pedites & bellicoſi homines, multum offendentes Utinenſes & alios circumſtantes, ideo gentes iſtius Anderlini Trotti in majori ſecuritate ſtabant in ipſis Villis. Tunc Utinenſes in Capitaneum ipſarum gentium habebant quemdam nobilem Comitem Theutonicum, nomine Dominum Conradum de........ hominem antiquum in armis, multum ſagacem & expertum rationibus ordinem imponere magiſtratuum. Intellectoque de inordinatis modis retentis per ipſas gentes inimicorum, modum dedit & ordinem dandi eis conflictum. Quare invitis Utinenſibus & Rectore Venetorum, omnes gentes Utinenſium tam forenſes, quàm terrigenas, in equis & equabus portas Utini fecit exire, ipſorumque inimicos reperiens in domibus, eos invaſit. Et finaliter die primo Octobris in praeſcripto Milleſimo eos debellavit; & vix, quod ipſe Anderlinus cum Civitatenſibus tranſiens aquam, nominatam *la Tor*, cum aliquibus ſuis gentibus Savorgnanum fugam rapuerunt.

Et ſic ipſae gentes iniquae per partem Utinenſium fuerunt conflictae ex peccato, ut dictum eſt, commiſſo contra ipſam Aquilejenſem Eccleſiam. In quo conflictu mortui ſunt & capti ultra quingentae perſonae. Et Utinenſes, qui multum in minori numero erant, redeuntes ad Civitatem Utini cum ingenti gaudio, & copioſis divitiis, equis, armis, arneſiis, carceratis, victoriam, & triumphum laetabundum porrexerunt. Et ex ipſis gentibus in tranſitu ipſius aquae, quae magna erat, non reſpicientes propter impetum inſultus, & nimium timorem, in ipſa aqua ſubmerſi ſunt. Et cognito toto novo iſtae gentes, quae erant ante Spegnimbergum, ob nimium timorem inducti, de mane relictis omnibus eorum domiciliis, gradiciis in magna quantitate factis, lapidibus bombardarum fractis, fugam rapuerunt, & in campo panem, vinum, & alia victualia multa permiſerunt, euntes versùs Sacillum. Et niſi fuiſſet conflictio praedicta data ipſis gentibus, dicti de Spegnimbergo in craſtinum firmiter ſe dediſſent. Iſte Dominus Anderlinus Trotti cum ſuis gentibus, quae ei remanſerant, clandeſtine Tulmentum tranſivit, & venit per ſub Valvaſonum, & hoſpitatus fuit in Cuſano. Et venit cum aliis gentibus versùs montes, & venit ad damna Dominorum de Spegnimbergo ſuper Villam Sequalſi, & Sonimbergi, & quod remanſerat combuſſit. Exinde venit ante Caſtrum Maniaci in Villa tamen, & ad plateam relictis equis, deſcendentes cum pluribus baliſtreriis & arceriis Engleſiis, venerunt currentes uſque ad bivium olim Antonii a Porta. Contra quos glomeroſa & laudabilis comitiva nobilium Maniaci, videlicet Dominus Bartholomaeus, Galvanus, Dominus Balthaſſar & Odericus quondam Domini Nichili, conſanguinei & fratres,

tres, venerunt, relicto Domino Luchino prudenti & ſagaci ad cuſtodiam portae Caſtri praedicti, cum aliquibus eis deputatis. Ad invaſionem praedictorum inimicorum hoſtiliter, ſagaciter & potenter ſe extendentes cum honorabili comitiva ſuorum fidelium vicinorum, ipſos inimicos, quos jam veniſſe praeſenſerunt ad portam muri...... filiorum praedicti olim Domini Nichili, ſuper rivum taliter cum gravi clamore ſuorum, & bellicoſo inſultu invadentes, quod ipſi inimici, qui ad portas ipſius Caſtri veniſſe putabant, relictis eorum falſis cogitationibus, coacti & non voluntarie terga dare noſtris, uſque ad bivium praedictum ſe reduxerunt. Ibique fuit conflictio inter partes ipſas gravis. Modò una pars extendens ſe contra aliam, & altera praevalens aliam, finaliter noſtri fervent i animo cum baliſtreriis noſtris, arcubus, mazzafruſtis, frandegulis, lapidibus ipſis taliter infe- A ſtantes, quod ab inde recedere ſunt coacti, eoſque duxere potenter uſque ad medium burgum & ultra. Qui verò videntes noſtrorum potentiam praevalere cum eorum ſagittariis, equos ſuos aſcendentes, viliter receſſerunt a nobis. Poſt haec verò gentes Domini Paduae poſitae in locis ſuis, videlicet in Sacillo, Canipa, B Aviano, Turri, Meduno, & Baſtia Montis regalis, pedites, & equites, nos de Maniaco ſaepiſſime inſultabant, ac in Valvalono, Portu Gruario, in Sancto Vito contra locum Cordevati, in quo Rodulphus quondam Domini Vidoli de Faganea erat Capitaneus. Qui Rodulphus potenter & bellicoſe multa fecit con- C tra inimicos noſtrae partis cum ſua comitiva, ante quem locum ultra quinque vicibus inimici cum bombardis & omnibus nocivis inſtrumentis eos inſultarunt, intrantes in foveas & ſpaltos.................

## *Camillus Maninius Hiſtoriae Studioſis:*

*Haec ego e veteri quodam manuſcripto Libro ad literam deſcripſi. Si quaedam errata male ſignata, & parum (ut ita dicam) ortographice ſcripta inveniſti, amice Lector, precor negligentiae meae ne adſcribito, & aliquid incomtae illius temporis & corruptae antiquitati condonato.*

# ALTERUM FRAGMENTUM

## HISTORIAE FOROJULIENSIS

### EX EODEM AUCTORE.

[A] . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . non ſolùm ipſe, verùm & ex ſua comitiva quamplures carcerati, vulnerati, & mortui remanſiſſent. Sed ſui in juvamine ipſius eorum Domini ad terram proſtrati ipſum elevaverunt. Et ſic ipſis exiſtentibus [B] in quadam domo Agnetis ſutricis, quidam juvenis Lombardus, pulcher homo, longus ſtaturae, putans aliqua lucrari, ſequutus eſt eum. Quidam nomine Venutus, juvenis, & parvae ſtaturae nimium, & ſine lancea, vel aliquid in manu, qui a ſomno excitatus dormiens in ipſo [C] Burgo, cum pugnis ſe expoſuit contra iſtum magnum. Homo iſte longus ipſum parvum cepit in ſuis ulnis, ipſum velit nolit portans extra domum ipſam. Sed videns ſe ſic portari, & carens omni potentia & defenſione, ſe erexit contra Lombardum. Et illico ore aperto ipſum cum dentibus acutiſſimis per naſum capiens, potenter ipſum laniando & [D] ſtringendo, taliter ipſum duxit & induxit, quod extenſis manibus ipſum illaeſum a ſe libenter aliò abire permiſiſſet. Sed ipſe priuſquam ab eodem relaxaretur, totus in (*) cerabulis ex gravi dolore deturpatus, & ut ita loquar deteriùs, permerdatus eſt, & ſe reddidit eidem. Qui * Venutus, poſtmodum per ora vicinorum vocatus *Facin-Can*, illum Lombardum ſecum carceratum duxit permerdatum in Caſtro taliter, quod omnibus magnus foetor erat, qualis numquam fuerit de tali putredine. Quem paenes per tres dies ob ejus verecundiam in Maniaco ſervavit, ut eo modo cognitus foret & truffatus cum naſo toto lacerato. Et praeteritis ipſis tribus diebus, tunc receptis ſibi armis, non libenter, quia taleam ab eo noluit, per multos rogatus, eum abire permiſit, qui pro talea paſſus fuit dedecus & damnum. De cujus captivitate ipſis de Fanna, ſuiſque gentibus ſatis fuit dolor & triſtitia in illa hora, in qua ignem impoſuerunt in Burgo praedicto, videntibus noſtris quadraginta ſociis. Qui ſtabant in cuſtodia curruum ignem poſitum in dicto Burgo fore accenſum videntes, triſtitiâ maximâ commoti, eo quod non aderant, conſiderantes ſolummodo inſultum fore datum, illico velociſſime venientes ver-

(*) Hoc eſt *in femoralibus*, Italicè *ne' Calzoni*, aut *nelle brache*.
* *Venetus* pro *Venutus* legitur in Mediolan. Editione.

A verſùs Caſtrum ipſum, quum fuerunt in Magredo Colverae ſub Centa Eccleſiae B. Mauri, Patroni Maniaci, ſenſerunt gentes ipſas exeùntes Fannam, & venientes ſuperius prope ſtrettam campi. Et obviaverunt certis portantibus unum puerum aetatis annorum quinque. Dixerunt: *Qui eſtis?* Et illi quoque: *Qui eſtis vos? Quis vivat? Dominus Paduae.* Et noſtri dixerunt: *Vivat felix Liga Utinenſium, & moriatur Currus* (*). Et ſic noſtri invaſerunt eos, & illi pauci erant. Tamen puerum filium Andreae Merlerae, qui praeſens iſtis erat, & conductorem pueri cum tribus aliis ceperunt, eoſque quatuor captivos habuerunt. Et in his verbis noſtri audientes rumorem in Villa dubitaverunt ulterius contra iſtos procedere, putantes: *Nos erimus conflicti, ſi majorem diſſenſionem incipimus contra iſtos, quia major pars gentium eſt in Villa.* Et niſi hoc fuiſſet, multos ex ipſis de Fanna laeſiſſent. Et ſic ipſi de Fanna viliter, & cum triſtitia receſſerunt a nobis. Noſtri verò venientes in Villa invenerunt Petrum Pilonum, Conteſtabilem ſociorum XXV. in Baſtia poſitum contra nos de Maniaco ad noſtram laeſionem, hominem fortem, intimidum, & audacem. Qui cum ſuis gentibus villicis ſtantibus in ipſa Baſtia, & aliis contra nos ab alio latere verſùs Occidentem, inſultum dederat, & noſtri cum ipſis mixti erant. Et ſupervenientibus noſtris, quia foras exſtiterant, potenter contra iſtos de Baſtia bellum acerrimum incoeptum eſt. Tamen ipſi de Baſtia dare terga noſtris coacti ſunt. Et praeſertim ex vulnere gravi facto uni Conteſtabili ex ſuis. Et ex aliis plures de ſuis laeſi ſunt, aliqui cum telis, aliqui cum lapidibus. Qui, ſicut fecerant illae gentes de Fanna, verecundanter a nobis receſſerunt. Ex noſtris verò nullus gratiâ Domini laeſus eſt. Ipſi verò quum fuerunt in eorum Baſtia poſt puſillum, ipſe probus eorum ſocius mortis tranſitum conſummavit, & ex ipſis multi reperti ſunt vulnerati. Et ſaepiſſime noſtri euntes ad Baſtiam contra ipſas gentes, quae ibi ſtabant, ſaepiſſime inimicos laedebant, & ex ipſis capti ducebantur in Maniaco, ac de ipſis animalibus multa ducebantur in Maniaco.

Sed redeundo ad primum, illico in receſſu Domini Nicolai & ejus gentium de Fanna, certi ex noſtris ſociis in ſuo receſſu de Maniaco ſe in duabus partibus dividentes iverunt in Villa Aunedi, & ſubito ipſam cremaverunt in ea hora, in qua Dominus Nicolaus arma exuebat. Et ſtatim altera pars ſimiliter Villam Urneſii invadentes, talem lucem ipſi fecerunt, taliter quod ad deponenda eis arma ipſe cum tota familia viſum habere potuit ſatis lucidum & ſplendidum. Quod videns Dominus Nicolaus fremuit intra ſe, dicens: *Illi de Maniaco non multum ſuperſederunt in faciendo eorum vindictam de offenſa eis facta.* Et non ſolùm ipſe, ſed & omnes ruſtici ejus pavidi facti ſunt. Et videntes noſtri, ſe fore in guerra cum ipſis de Fanna, qui nos de Maniaco pro nihilo habebant, & nos reputabant pavidos contra ipſos fore, putantes, nos ſtatim facere declinare parti ipſorum, quilibet de noſtris animum ferventem aſſumens & laetabundum contra ipſos de Fanna & gentes ipſorum, & ad eorum deſtructionem invigilantes, potenter intraverunt ipſam Villam Fannae ad viſi-

(*) Stemma gentilitium Carrarenſium.

viſitationem iniqui conſultoris Domni Chriſtophori Abbatis, aſſidue invigilantis paenes ipſum Nicolaum, & gentes ipſius, & qui, ut nobis oſtenſum fuit, ignem in Caſtagneto majori de nocte impoſuerat pro laeſione noſtra, quia aliter non poterat nos plus offendere. Ejus verò & ceterorum domos de Fanna circa ipſam Abbatiam & ultra, totaliter cremaverunt ſine aliquo obſtaculo alicujus perſonae de ſuis, ipſamque Abbatiam taliter fumigantes, & liquore thuris non impoſito nec mirrhae, quod fumus non ſolùm ad coelum coram Deo aſcendens, verùm & ſe per terram exſtendens, ex ipſius odore multi laetitiam ſumſerunt. Altera autem die noſtri praedicti modum imponentes inter ſe ipſos ad offenſionem praedictorum noſtrorum inimicorum, ut decet in talibus bonos homines, ad Caſtellum Micae euntes, ibi plura animalia derobaverunt, & unam pulcram mulam Presbyteri Blaſii, & certos de Fanna captivaverunt, quos ſecum duxerunt cum ipſis animalibus. Et a Caſtello ipſo inferius Villam integraliter cremaverunt. Contra quos pavidi facti ipſi de Fanna, nullus ſe contra noſtros extendere auſus fuit. Et ſic ſecum noſtri de Maniaco oneraverunt de maſſericia ipſorum per canipas, quia ſufficienter reperiebant in eis, & domum laetanter venerunt. Uno altero die noſtri intrarunt montes, ſentientes ipſos de Fanna cum eorum gentibus prope Hunedum, & domum ſolùm pro foeno iviſſe. Dum noſtri in nemore in traveſiito contra praedictos poſuiſſent, & illi de Fanna, ſed non omnes foeno equos & perſonas oneraſſent, noſtri ex nimia ardoris voluntate impetum contra praedictos facientes, & inſultum nimis ſubitum, & ante debitam horam, quadraginta tres ex ipſis ceperunt. Tredecim cum equis, reliqui verò ex ipſis inſultum facientes, & clamorem ſuorum audientes, relictis ſomis & foeno, & faſcibus foeni, ac aliqui relictis equis ibidem, velociter ex equis deſcendentes, fugam per nemora & colles capientes, tali timore inducti fuerunt, quod non audentes ad ſubſidium ſuorum concurrere, immo nec retroſpicere auſi ſunt, qui eos perſequebantur. Et ſic fugam arripere timore nimio inducti ſunt inimici noſtri versùs Fannam, dicentes, omnes colles eſſe munitos gentibus infinitis, *& copioſa inimicorum multitudo nos eſt perſequuta uſque ad Villam;* ubi eorum multitudo major erat, quàm noſtrorum eos invadentium. Et ut dicebatur, ſi ex noſtris viginti cum clamore de ſupra Villam Fannae iviſſent, vix extra ipſam Villam qui non fuiſſent incluſi in fortilitio, non cepiſſent fugam, in tanto timore fuerunt inducti. Et ſic noſtri domum ſuam laetanter cum triumpho felici & victoria reverſi ſunt, ducentes ſecum captivos vicinos de Fanna, & equos, a quibus taleam bonam habuerunt.

Poſt haec verò in brevi tempore ipſe Dominus Nicolaus ſuorum vicinorum ultionem anhelans facere, fulcimentum magnum fecit, & apparatum peditum & equitum; & venit in Burgo Maniaci uſque ad domum Bartholomaei barbitonſoris. Contra quem noſtri audaces ſocii & vicini animoſe, & cum gravi impetu ipſos invadentes, baliſtrerii ſagittantes cum arcubus ſagittas potenter, & lapides ejicientes, ipſos terga dare coacti ſunt. Et tanta erat eorum multitudo, quod Dominus Nicolaus, qui primus erat ad inſultum, non valens

acies ſuorum pertranſire, ſicut libenter conabatur facere, tunc noſtri ad tergum ipſius quatuor erant ipſum pungentes, & ab equo eum vivum ejicere ſatagentes cum eorum lanceis longis. Et jam caput ipſius collum equi tangebat. Interim unus ex ſuis ſub lanceis praedictis & poſt ipſius equum cum equo ad terram cecidit. Propter quod ipſi quatuor relicto ipſo Domino Nicolao cum lanceis, quiſque ipſorum equum ipſum cupiens capere, eum ceperunt. Itaque percuſſus fuit honeſtus & fortis vir Guidottus de Fontanellis cum telo uno, & mortuus fuit. Et ex aliis multi devaſtati & percuſſi, & equi interfecti, & percuſſi multi fuerunt, ita quod tota via erat madida ſanguine multo, & verè nullus de noſtris damnum aliquod paſſus eſt. Ipſo die de ipſis in Valvaſono & alibi multi vulnerati ſunt. Et illo die Carduſſius quondam Federici Teſſii ſuam lanceam de manu foris jactavit ipſi Domino Nicolao, ſed eum non punxit, quia ſi tetigiſſet, procul dubio morti eum ſubdidiſſet. Et illo die bene vidit & cognovit ipſe Dominus Nicolaus ſuam & ſuorum potentiam contra nos de Maniaco nihil praevalere. Ipſoque tumultu ſic facto dictae gentes inimicorum ſe in Aviano congregaverunt ad bucium calcinae prope fabricam, & ſteterunt per ſpatium magnum. Et laetabantur de reditu ipſorum, cognoſcentes, eos factos fore timidos; putantes ex ipſis & equis, equorum partem habuiſſe bonam. Et ſic dictae gentes facto eorum conſilio receſſerunt verecundoſe, & ſine lucro. Altero autem die dum ipſi de Fanna cum ſcorta, ſeu in cuſtodia ipſorum multi pedites Fannae ſtarent circa Abbatiam, & rivum, qui eſt ultra,

A ex noſtris cucurrerunt forte in equis X. contra ipſos, qui in numero ultra quàm LX. erant inter ſtipendiarios, & operarios vites putantes; noſtri verò pedites ipſos ſequebantur noſtros equites. Ipſi verò de Fanna audito noſtrorum equitum curiorum adventu, ex nimio terrore ducti, qui in arboribus erant, ſe ex ipſis
B eruere permittentes, ſaltantes paludes, foveas, & cluſas, non dubitantes in ſpinis cadere, nec ſe pungere. Stipendiarii noſtros non offendentes nec arma ſua ceperunt in manibus, tam cito fuerunt noſtri contra eos, & dicebant noſtris: *Sumus ſtipendiarii.* Eoſque eis oſtendendo cum digitis. Et ſic pedites noſtri ſuperve-
C nientes, ex ipſis de Fanna quamplures ceperunt. Et euntes per canipas ſine obſtaculo alicujus, ſe onerantes rebus & maſſericiis, & ſecum vaſa, arcas, & brentas ducentes, Maniacum cum captivis laetanter venerunt. Et ipſi de Fanna tam pavidi facti ſunt contra noſtros, quod unus nomine Guilla de Cadubrio, qui omni
D die, & ſi non omni die, ſaepe tamen ducens quandoque puerum unum aetatis annorum quatuordecim vel quindecim, ibat ad Abbatiam, vel in Turri, & trahendo per terram ante ſe uſque Maniacum modò vaſa, modò brentas ducebat, & multoties ſolus tantùm ibat, & ducebat ſecum vaſa duo ſaepe trahens per grados
E modò unum, poſtmodum redibat pro altero, & per iſtum modum pro ſolidis 24. vel 28. dabat vas unum capax urnarum quinque vel ſex, vel unam magnam brentam pro ſolidis 32. Et iſto modo multos replevit de brentis & vaſibus, & multa vaſa & brentas ſecum duxit. Quod videntes ipſi de Fanna, qui in collibus ſtabant, ex ipſis nullus contra eum venire

nire auſus eſt. Et verè quae & quanta noſtri de Maniaco contra ipſos fecerunt, & in eorum fortiliciis; & ſuper montibus ipſorum ipſos captivando, animalia recipiendo. Omnia poſſe reſcribere, qui non vidiſſet, credere non poſſet, & longum quidem eſſet omnia poſſe reſcribere. Et de iis, quae eis per nos de Maniaco fiebant, homines Meduni fortiſſime laetabantur, quia quum contra ipſos de Meduno procedebamus, dicti de Fanna de ipſis multum truffabantur, dicentes: *Si iſti de Maniaco nobiſcum guerram facerent, aliter contra ipſos procederent*. Itaque ipſi de Meduno multum laeti erant de noſtro triumpho contra praedictos de Fanna. Uno autem die ipſe Dominus Nicolaus ſuos pedites numero centum miſit Maniacum verſùs Colveram, ut noſtri numero XX. & minus, qui fuerunt ad molendinum Nicoluccii contra Pitte in cuſtodia ſuorum vicinorum, qui macinabant, auditis cuſtodibus Turris & parte Caſtri campanae ſonantis, audaci animo contra iſtos veniente. Et fuerunt audacter ad manus unus contra alium in ſtretta poſt domum Pauli quondam Rainardi. Ibi noſtri viriliter irruentes contra illos, eoſque acerrime ducentes, Maroldum ceperunt quondam Fornerii de Fanna. Ipſos de Fanna terga ipſis dare mirabiliter coëgerunt, & eos retrocedere fecerunt, putantibus noſtris victoriam ipſos poſſe contra eos de Fanna obtinere.

Tunc ipſe Dominus Nicolaus ſuperveniens cum LX. equis in ſpatulis noſtrorum, iſti noſtri ſe reduxerunt in Centa mei Johannis Notarii Aylini poſt domum filiorum olim Petri Agathae. Ibi quidam nomine Jangillus de Bavaria, familiaris Dominorum Luſini & fratrum, honeſtus juvenis XXIV. annorum, ſtaturae parvae, bellicus juvenis, qui multa fecerat contra adverſarios noſtros, partem ſuam mirabiliter exercendo, fuit per quemdam Hungarum captus. Quem quum vidit Dominus Nicolaus, ipſum violenter ei recepit de manibus ſuis, eumque fecit exuere diploidem, panceriam, & quaelibet alia arma, ipſumque dedit in manibus ſuorum ſervitorum Johannis quondam Galani, Petri filii Fornerii, & Magni quondam Henriguccii de Fanna. Ipſumque ſuper camicia exuta ſic nequiter a ſuis juſſit ibidem interfici. Et ſic per ipſos factum fuit. Et quidam Bertheus nomine juvenis annorum XX. ipſo die per ſuos fuit interfectus. Et hoc factum eſt eis ſine honore, quia & iſtum........ noluerunt recipere, quum ſe ipſis reddidit; & putans ſibi & ſuis famam debere de verecundiis habitis per nos de Maniaco. Iidem interfecti fuerunt, & de ſuis per noſtros mortuus fuit Mazzola. Et ſi noſtri voluiſſent de ſuis tam viriliter interfeciſſe, ſaepius facere poterant. Noſtri aſcenderunt in eorum colle de Regula, & ibi boves plures conduxerunt Maniacum......... noſtri intraverunt in eorum montibus & villis, & ex ipſis carceratos duxerunt. Adveniente verò tempore meſſis, Domini de Spegnimbergo omnes eorum ſegetes recollegerunt, & nos a parte noſtra. Itaque nequitia ipſorum per nos de Maniaco, & per partem noſtram valde fuit correcta. Et quamquam duobus annis pacifice & quiete ſteterint, tamen poſtquam guerram habere voluerunt cum parte noſtra, non minus damnum paſſi ſunt, quàm quod quum ad principium guerrae intraverunt. Et ubi fuerant reputati ſapientes,

tes, ſic poſtmodum fuerunt reputati inſipientes, eo quia non ſapienter ſteterunt quieti de Baſtita Montiſregalis. Multa poſſent dici, quae inter ipſos & nos occurrerunt. Tamen multoties eos noſtri juvenes, Domini videlicet Bartholomaeus, Galvanus, Luſinus, Odericus fratres, & Victor quondam Domini Oſvaldi, cum conſiliis ſuorum fidelium vicinorum contra ipſos, in dicta Baſtita exiſtentes, & ad derobationes eorum animalium, captiones hominum, & alia, ut in guerris fit & fieri ſolet, iverunt. Et finaliter voluntarie dicti villici ſe dederunt in manibus dicti Domini Luſini. Quod ſi non feciſſent, eumque in eorum conſilium non elegiſſent, ordo datus erat, recipiendi ipſis omnia eorum blada. Et quum gentes noſtrae veniſſent ſuper campo, animo recipiendi eis blada eorum, illo die praecedenti dicti Villici ſe dicto Domino Luſino reddiderunt, & in eorum Dominum & Capitaneum elegerunt. Propter quod ipſe exivit de Baſtita praedicta, & ivit ad Capitaneum gentium partis noſtrae, rogans, ut ipſos non deberent damnificare, quia fortilitium in ſe habebat. Et ei ſacramentum fecerunt omnes fideles partis noſtrae, & ipſi eidem. Et iis dictis dictae gentes noſtrae partis inde recedentes nullum damnum eis fecerunt.

Item in Anno MCCCLXXXVI. Caſtrum Maniaci die VII. Menſis Septembris combuſtum eſt per uxorem Moraſſii de Roga, quia totus Populus Maniaci....... erant in eo incluſi propter guerram. Itaque ipsâ die praedicta femina faciens tortas, & calſonos ſuis compatribus, ut iniquus modus eſt in contrata, non obſtante quod ſibi fuit inhibitum, & mandatum, ne ignem ibi facere deberet ſuper uno ſolare ſub tecto, habens faſcem foeni unum, ignis intravit in foeno in tecto domus, & ea non poſuit ſe ad extinguendum foenum accenſum, ſed ſubito ad fugam. Et ſic in momento totum Caſtrum accenſum eſt, & in parva hora combuſtum. Et mulier ipſa cum viro fugam rapuerunt in Fanna, ibique ſtant, nec poſtmodum auſi fuerunt venire in Maniaco ex gravi perditione noſtra, & bonorum hominum, & perſonarum. Combuſtae ſunt octo canipae cum Somaſis, & ſuper Somaſis homines non habentes canipas in Caſtro poſuerant eorum arcas, blada in eis, carnes, pannos, maſſericias. Et certi prope murum Caſtri fecerunt canipas, in quibus habitabant, eorum bona in eis retinentes. Quae omnia combuſta ſunt. Et niſi fuiſſet ignis de guerra, quae duravit annis quatuor, nos de Maniaco penitus de igne Caſtri nihil curabamus. Eramus bene fulciti victualibus annis quinque pro defenſione loci. Propterea potenter ſervavimus noſtram promiſſionem & fidem datam parti noſtrae uſque in finem, ita quod citra Tulmentum nullus fuit qui tanta diſcrimina non toleraverit, praeterquam locus Cordovati. Et poſt combuſtionem loci ſupervenit peſtis inter animalia, quae moriebantur, taliter, quod ſi unus decem habuiſſet, vix unum ei remanebat. Et iis duabus de cauſis fuimus paſſi deſtructionem. Sed inimici tamen nobis de animalibus pauca receperunt, ac de vicinis ſimiliter. Per inimicos multum fuimus inſultati & ſaepe, paucas tamen taleas a nobis habuerunt. Sed nos deſtruximus circa duodecim Villas, & à multis hominibus & perſonis taleas nos de Maniaco ſaepiſſime habuimus.

mus. Et in ipſa guerra, per noſtros bonos Dominos & vicinos fideles, & voluntati eorum Dominorum ſemper conſtantes, & numquam diſcrepantes fuimus. Domini Luſinus & Odoricus fratres multum ſe in dicta guerra exercuerunt familiares bonos retinentes, magnaſque expenſas paſſi ſunt, & a ſuis vicinis multum amati, dilecti, & honorati. Et ipſi multum honorabant Populum. Dominus Bartholomaeus bellicoſe ſe habuit in ipſa guerra, poſt ſui adventum de Comitatu Tirolis ſe multum exercens in armis, & hortans ſocios, ac inducens ipſos ad nocumenta inimicorum, & de perſona valens, fortis & audax, non magnae ſtaturae homo, dilectus per ſocios fortiſſime. Dominus Galvanus filius Domini Balthaſſaris, juvenis longae ſtaturae, aetatis decem & octo annorum, voluntarie ſe oſtendens contra inimicos, tamen non permiſſus foras per ſuos praedictos conſanguineos exire, hortatus eſt juvenes ad pugnam contra inimicos. Olvrandinus quondam Ser Berthei uſque ad bivium exiens, vel ſaepiſſime ad portam ſtans, habuit filium ejus, Brandiliſium nomine, qui libenter contra inimicos cum baleſtra ſua ſe viriliter extendebat. Multum fuit ipſe Olvrandinus ad partem butinorum proviſus. Girardus frater Olvrandini portans arcum unum continue cum una corrigia, multum vexabat....... uſque ad plateam vel ultra parum, inimicorum veſtigia conſequens, fidus homo. Victor quondam Domini Oſvaldi ferens baleſtram bonam, eamque bene ſciens exercere, ferociſſime & ſaepiſſime inimicos laedens, pulcher juvenis, annorum XXIV. amatus per Populum. Zuttus quondam Ser Nicolai, habens proviſionem a Domino Paduae, numquam praeſumſit, arma induere contra inimicos die, quo gentes Domini Paduae ſtantes in Zevraja, venerunt combuſtum Villam Maniaci. Ipſe, nec Galvanus ejus frater cum eorum vicinis contra inimicos nullam fecerunt defenſionem, & odio erant toti Populo, quia animus eorum declinabat ad Dominum Paduae.

Ivere congregati omnes vicini boni una nocte in unum coram Domino Luſino, quia Ser Bertheus erat tunc temporis ſuper Comitatu Tirolis, & Dominus Galvanus cum patre in Utino. Habuerunt dicti vicini dicere: *Nos ſenſimus de veritate, & nobis relatum eſt, quod iſtae gentes Domini Paduae ſtantes in Zevraja, tractatum habent cum Zutto, quia eis promiſit dare iſtud Caſtrum. Unde nos debemus taliter de eo providere, quod habeamus pacem ab eo & non ſtemus in tali cuſtodia, quia inter nos omnes alios ſumus unanimes.* Et haec verba erant de nocte ſuper palatio Domini Luſini & fratrum. Et nos decem ſocios habebamus extra portas Caſtri omni nocte pro tutiori cuſtodia, eo quod irent circa Caſtrum. Et loquentibus contra Zuttum in iis verbis, unus de decem cuſtodibus de foris ſupervenit feſtinanter dicens: *Domini & vicini, vidimus de praeſenti in campo Domini Paduae ſigna facta, elevando & declinando. Et vidimus in domo Zutti eis intendendo ad ejus feneſtram versus rivum fontis. Itaque dubitamus, quae ſigna ſint iſta, & vobis monſtramus.* Tunc vicini una voce dixerunt: *Eamus ad domum ipſorum, & ipſos tamquam proditores occidamus, & nos ſtemus in his verbis.* Et ipſis euntibus, ego Johannes Aylini ob honorem filiorum olim Domini........ praedicti Domini Nihili, habui dicere:

cere: *O vicini, conſulo, quod tali modo non procedatur, ne diſcordia inter nos oriri videatur, quia habemus aemulos vicinos. Sed ponatur perſona cum decem bonis perſonis ſuper Turri portae, & nos omnes ſtemus in bona cuſtodia in muris, & ſimus conſtantes ad noſtram defenſionem, ne ad manus inimicorum perveniamus. Et ordo detur inter nos de praeſenti, ut ſi de mane inimici contra nos veniant, quod ſint deputati aliqui, qui illico vadant ad iſtos proditores, ipſoſque capiant, & captivos retineant penes ſe. Gratiâ Domini ſumus bene ſufficientes ad defenſionem hujus loci. Tunc inquiremus ab iſtis cum torturâ, & talia poterimus ab eis habere, propter quae cum ſententiâ punientur & corrigentur. Et iſto modo nullus contra nos poterit dicere, quod male & voluntarie fecerimus.* Et ſic omnes contenti de verbo per me al loquuto quieverunt ab eorum voluntate. Et ordo dictus de praeſenti poſitus fuit. Et ſic de mane ipſae gentes non venerunt. De ſuſpicationibus ipſorum fratrum multa poſſent ſcribi de veritate, quae taceo in ſcriptura mea, quia ſufficit, quod praedixi, quod numquam contra inimicos ſe cum eorum vicinis expoſuerunt ad defenſionem noſtram, niſi ſemel Zuttus ipſe ad equum aſcendit in via, qua Nicolaus Caval, & quidam alter fuerunt per nos & noſtros capti. Et niſi fuiſſet Canduſſius quondam Federici, ipſe Zuttus fuiſſet ipſo die per inimicos captus. Aſcendit equum die illa, qua Bertheus quondam Leonardi fuit captus, & hoc, quia clare in ejus vultu saepius dicebatur, quod partem Domini Paduae contra ſuos vicinos maligne tenebat, & multa mala verba ei saepius objiciebantur, quibus contrarium dicere non eſt auſus. Et inter vicinos de vicinis ad Villam ſtantibus magna & perfecta conſtantia dilectionis & fidelitatis regnavit, ita quod de nullo dici potuit oppoſitum. Ego enim Johannes Aylini nolo, dicta, geſta, & operata per me in guerra ſcribere, quia facerem contra mandatum ſapientiſſimi Catonis, dicentis:

*Nec te collaudes, nec te laudaveris ipſe.*

Tamen aliqua & minima tangam, quia per nobiles & vicinos fui deputatus Proviſor cum meis affinibus......... Feci fieri ſuper Portam inferiorem defenſionem bonam, quia nulla ibi erat ſuper olivariis; aliam prope domum Oluvrandi; unam inter Eccleſiam Sancti Jacobi & domum, quae eſt ibi prope; pro baliſtamento unum mantellum, ubi de Colle Griſono noſtri in Caſtro baliſtrarent. Portas inferiores Caſtri novas fieri feci. In Sacillo ſeram magnam fieri feci; ſub olivariis duas offenſibiles poſtas inimicis ſuper porta muri ſuper rivo, & alibi ſpinatas, & die nocteque vigilando pro ſuſtentatione noſtra, literas infinitas ſcribendo, cum perſonâ cum arcu vel baliſtra in Villa tamen cum vicinis meis, eundo, arma mea, ſcuta, paveſios concedendo non habentibus, vicinos contra inimicos ad eorum nocumentum inducendo. Et Antonius nepos meus cum ſua perſonâ, juvenis aetatis XIV. annorum in principio guerrae voluntarie ſe exercendo, ultra ſuum debitum & contra meum velle, propter ipſius juventutem, voluntarie contra inimicos ſe cum vicinis miſcuit.

In MCCCLXXXVIII. die XXVII. Novembris, Reverendiſſimus in Chriſto pater & Dominus, Dominus Johannes Marchio Moraviae electus fuit & provocatus in Patriarcam ſanctae

ſanctae Aquilejenſis Eccleſiae. De cujus provocatione pars Utini libentiſſime audivit. Et ex laetitia magni facti ſunt per eos & parte ipſorum pagnaroli in Civitate die noctuque inter omnes Cives cum igne, & cum haſtiludio; magnum gaudium putantes, ſe fore exemtos de tanto dolore & triſtitia habita & habiturâ, quia in hyeme Dominus Paduae multum ſe ſulciebat, volens recuperare partem, quam non poterat viciſſe. Et infinitos lapides bombardarum fieri fecerat & conduci in Aviano in magno numero de diverſis maneriebus, videlicet de groſſis & parvis, qui hodie ibi ſunt. Utinenſes verò ſaepiſſime nuntios & ambaſciatores ipſorum ſaepius & ſaepiſſime ad ipſum Dominum Patriarcham miſerunt, ut celeriter ad ejus Patriarchatum venire deberet in eorum & totius Patriae ſuccurſum, dubitantes, Dominum Paduae venire in futura aeſtate contra Patriam, quae totaliter erat depauperata. Et pro nuntiis ſaepius miſſis dicti Utinenſes expenderunt ultra mille Ducatos, quia de melioribus eorum Civibus miſerunt; quibus mandatum fecerunt, ut nullo modo redirent ſine Domino Patriarcha. Qui ibi moram traxerunt ultra quatuor menſes, ipſius adventum exſpectando. Et ſic finaliter ipſe Dominus noſter Dominus Patriarcha per totam illam aeſtatem non venit. Interim verò ſuccurrente glorioſiſſima Virgine Maria, Domina & Advocata omnium in ea ſperantium, ſub cujus alis iſta ſancta Aquilejae Eccleſia defenſatur, Magnificus & Excellentiſſimus Dominus, Dominus Comes Virtutum, qui confoederatus exſtiterat cum Domino Franciſco de Carraria, ſentiens ipſe Dominus Comes ipſius Domini Paduae iniquos tractatus, & pravam ejus voluntatem contra eum tractari per eumdem, eidem Domino Franciſco ſuas literas diffidationis miſit, & ſcripſit in hac forma, quarum tenor talis eſt. *Fallimini, Magnifice Vir, ſi quae in depreſſionem noſtri ſtatus non in Italia ſolùm ſed in Germania & Gallia, pluribus jam menſibus, non uno tantùm, ſed pluribus diverſis, calidis, & exquiſitis modis accuratiſſime procuraſtis. Nec minus, ſi quae in laeſionem noſtri honoris protuliſtis imprudenter convicia ad noſtram non creditis notitiam perveniſſe. Senſimus quidem, & ſi non omnia, de pluribus tamen horrenda & exſecranda nimis, quae niſi manu palpaſſemus, necdum per Vos fieri vel proferri debere, verùm nec excogitari debuiſſe minime putaſſemus: quum talia ſint, qualia hoſtis in hoſtem, nec niſi inſuportabilis laceſſitus in furiis moliri, ſeu meditari deberet. Nos autem quales injurias vel offenſas vobis intulerimus, ignoramus, niſi quod labentem, corruentemque in praecipitium Statum veſtrum tempore illo, quo cum Domino Antonio de la Scala concurrebatis acerrimo bello, dum prorſus omni ſpe alia deſtitutus, ruinam veſtram apertis oculis cernebatis, ſervaſſe, protexiſſe, & multiplici favore guerrae diſcimus ſublevaſſe, veſtras offenſas & injurias vindicando. Satis Magnifice Vir, nec nos ignoramus quotquot & qualia inter Nos & Vos agitata fuerint iſtis temporibus retroactis, quae ſub breviloquio conſtringi non poſſent, cum prolixâ ſcripturâ, quod non res agitat, reddere, in hoc reſervatis reliquis ſuo loco & tempore concludendi in brevitate duximus, quod tutius arbitramur, apertum & publicum, quàm ſimulatum & inſidioſum ſub amici nomine hoſtem habere, & guerram patentem praeferre paci fictae & ſimulatae, nec aliud*

quàm

*quàm dolos, fraudes, vim, & inſidias parituras. Proinde bellum vobis lapsâ die XXX. hujus Menſis Junii, per praeſentes indicimus in Deo, & concurrente ad hoc illuſtri Dominio Venetiarum, cum quibus nuper confoederati ſumus, contra inſperatam & indebitam ingratitudinem veſtram........ juſtitiae favorem noſtrorum ſavebit & clamantium ad coelum oppreſſorum ſubditorum veſtrorum, quibus non compati certe non poſſumus, voces exaudiet. Datum &c.*

Verum eſt tamen, quod praeſcripta Litera diffidationis ſcripta fuit in MCCCLXXXVIII. Et ante praeſcriptionem ipſius idem Dominus Comes Virtutum Dominus Mediolani confoederatus erat cum Ducali Dominio Venetiarum. Qui Veneti jam ad principium noſtrae guerrae confoederati erant cum Utinenſibus & eorum Collegatis, & Nos de Maniaco cum ipſis. Et antequam confoederationem fecerunt cum ipſo Domino Comite Virtutum, fecerunt cum certis pactis pro Utinenſibus & eorum Collegatis, ſicut inferius in tenore Literarum ipſarum Utinenſibus miſſarum deſcribetur in fine. Poſt ipſius verò diffidationis terminum ipſe Dominus Comes Virtutum ſuas gentes miſit contra ipſius Domini Paduae potentiam. Tunc dimiſſo Domino Franciſco Novello ejus filio in Civitate Paduae, idem Dominus Franciſcus ſenior ivit in Tarviſio, ibique moram ducens, & ſubveniente Virgine Maria Domino Comiti praedicto, qui bonum animum habebat Eccleſiae Aquilejenſi & habuit, quae per potentiam ipſius Domini Paduae fuerat deſtructa, derobata, & diſpoliata, & monumenta Dominorum Patriarcharum, praeteritorum Paſtorum ipſius benedictae Eccleſiae, ſuffragio ipſius Dominae noſtrae gratioſiſſimae, quae non re-

A linquit ſperantes in ea, miraculum ob........ ipſius Domini Paduae in brevi ſermone concludens. Paduam cum ſuis terris, Caſtris, Oppidis, fortilitiis, Villis, & juriſdictionibus perdidit, ac etiam Tarviſium ſimiliter cum ſuis Caſtris & Fortilitiis perdidit, de Menſe Octobris, die ......... Ibi poſt......... Et nota,

B quod ipſe Dominus Franciſcus, receptâ ei Civitate Tarviſii per Cives Terrae, ſtipendiarii ſe cum ipſo Domino introduxerunt in Caſtro, quod eſt in Civitate Tarviſii, & Cives fecerunt....... nomine Ducalis Dominii. Ipſe verò in contemtum Venetorum dedit ipſum Caſtrum cum omnibus aliis Caſtris & fortilitiis

C Domino Comiti, & poſuit ſe gratiae Domini Comitis. Et eo modo ejus filius Dominus Franciſcus Novellus ſe reddidit gratiae Domini Comitis. Quos duci fecit in ſua Civitate, quae nominatur Comum, pulcra Civitas ſupra Mediolanum, quos in eadem Civitate captivatos retinuit. Et de ſuis carceribus exivit ipſe Do-

D minus Franciſcus Novellus, qui poſtmodum Paduam recepit in MCCCXC. in fine Junii. Sed redeundo ad Dominum noſtrum, Reverendiſſimum Dominum Johannem Patriarcham praedictum, is miſit in Patriam Forijulii de Menſe Maji quemdam ſuum Militem, magnificum virum, magnum hominem ſtaturae, in aeta-

E te bene annorum LX. in ſuum Mareſcalcum. Et applicuit in Glemonam, & noluit intrare Utinum, nec aliam Terram Patriae, ibique moram trahens habitavit uſque ad dicti Domini Patriarchae adventum. Cui Domino Mareſcalco, nomine Dominus Nicolaus Buch Bohemus, nomine ipſius Domini Patriarchae ipſe Dominus Paduae dari fecit omnia fortilitia, quae recuperaverat in Fo-

ro Julii, & in ſe habebat. In quibus poſuit ſuos Capitaneum, & Officiales. Et in Savorgnanum intravit Franciſcus Naſcinguerra de Civitate Auſtria, dicens illum locum ſuum eſſe, & fuiſſe ſuorum anteceſſorum. Dominus Patriarcha male informatus contra Utinenſes, & ſpecialiter contra Dominum Federicum de Savorgnano, partem Civitatenſium cepit. Finaliter venit in Utino, & oſtendit ſe velle Conſilium Utini tranſmutare. Et ſic fecit, & deputavit quoſdam ribaldos Artifices numero duodecim ad regimen Terrae Utini. Partes erant inter Cives Terrae magnae, unde ipſum Dominum Federi cum Militem multum coepit odio habere. Hoc totum dicebatur facere inductu Domini Paduae, qui nondum Terras perdiderat, & inductu Civitatenſium. Domina Eliſabeth, relicta olim nobilis Domini Franciſci patris ipſius Domini Federici, ejus noverca, lamentabatur Domini Patriarchae contra ipſum Federicum. Ex quo ipſe Dominus Federicus ſeceſſit in Caſtro ſuo Pinzani, non audens in Utino moram ducere. Domina Eliſabeth praedicta habebat in Curia Domini Patriarchae quemdam Militem ſuum conſanguineum, una cum eâ inſtantem Domino Patriarchae. Eidem Domino contra ipſum Dominum Federicum petebat ipſa Domina ipſi Domino Federico tamquam heredi Dominorum Franciſci & Hectoris ejus filiorum & dicti olim Domini Franciſci Militis patris dicti Domini Federici, partem eorum tangentem de hereditate paterna dicti olim Domini Franciſci ejus viri.

Dominus Federicus videns Dominum Patriarcham indignatum contra ſe, contentus erat, ut ipſa quaeſtio terminaret per modum judicii & in terminis coram ſuo Vicario, & in judicio vel in Bononia, aut Pariſio, in puncto Juris. Si in aliquo eidem teneretur ſecundùm determinationem judicii ſui vel Sapientum, ſic facere non recuſabat. Contra quem Dominus Patriarcha praedictus ſaepe in Terra Utini arrengum fieri fecit. Finaliter uno die fecit capi quemdam Civem, nomine Dethalamum de Andreottis de Utino, hominem antiquum, aetatis annorum fere LXX. qui ſemper amator & defenſator exſtiterat Domus Savorgnanorum, nunc autem contrarius ipſius Domini Federici, qui quemdam nomine....... ſuum inimicum interfecerat de Soldoneriis ſuper dominio Dominorum Ducum Auſtriae, prope Villam Curiae Naonis. Erant circumcirca XXX. anni, de cujus obitu literas abſolutionis habebat a Dominis Ducibus Auſtriae, a Dominis praeteritis Patriarchis, & pacem cum ejus inimicis habebat. His omnibus non obſtantibus poni eum juſſit in manibus novorum Rectorum iniquorum, inter quos erant Platuſius Speronarius, & Chriſtophorus Miſulinus Notarius, inimici Dethalami. Ipſumque acerrime tormentantes, duci fecerunt ſubitò ad judiciariam in Platea Utini. Et crida facta fuit, ut in poena Ducatorum ducentorum nullus ſua verba facere auſus eſſet. Et Domino ſtante ad feneſtras Caſtri, & gentibus ſuis in Platea armatis, Martinus Thomaſſini ſententiam protulit contra eum, debere decapitari. Sed Nicolaus quondam Ser Gabrielis ſententiam protulit, quod nec eum condemnabat, nec eum abſolvebat. Ipſe verò Dethalamus propter torturam ſibi datam non poterat pede ſtare, ſed portabatur ſuper una cathedra. Ibique ſtans nullus auſus fuit ſuum verbum facere. Sed ipſe ſolus, vir loqui potens, ex nimia tortura petebat

tebat & requirebat, ſua jura abſolutionis audiri debere. Nihil ei valebant jura ejus, nec valuerunt, quia portatus ſuper cathedra, illico fuit decapitatus. Qui ſi ſtetiſſet in dilectione ipſius Federici, non ſic factum foret de eo. Immo factus erat de familia dicti Domini Patriarchae duobus diebus ante, habens ejus Literas familiaritatis. Et detruncato ei capite, ultra horam ſtetit in capſa. Quare Dominus Patriarcha habere voluit ab eodem pro incertis Libras mille Solidorum, quas habuit. Poſt haec dum Dominus Patriarcha eſſet in coenis, miſit in Civitate Utini pro quodam Advocato divite, nomine Nicolaus Manini, qui totus erat intimus amicus, ſervitor, & dilectus Domini Federici. Qui ſubito aſcendens Caſtrum ivit ad praeſentiam ipſius Domini, & ſic juſſit retineri eum, uſquequo coenaſſet. Exivit unus, & venit in Plateam, dicens Populo: *Nicolaus Manini retentus eſt per Dominum carceratus*. Hoc audito totus Populus aſcendens Caſtrum, petierunt Nicolaum. eorum vicinum, ſibi dari. Pro quo ſecuritatem facere intendentes, ſi quid fecerat, quod ipſum cum terminis ducere deberent; quia non erat uſus Dominorum praeteritorum, ſic Cives capere, & quod nolebant hoc eis innovari. Viſoque furore Civium Dominus ipſum Nicolaum eis dedit, & ſubitò de Terra receſſit cum quatuor ſociis furibunde & cum iniquis verbis contra Cives. & ivit tunc in Suffumbergo.

Poſt haec ira major crevit inter ipſum & Cives. Adhuc ſui Rectores regebant, & Dominus Federicus requiſitus per Populares venit in Utino. Qui aſſumptus eſt per omnes Cives, ac ſi Deus veniſſet, ſalvo quod aliqui tenentes partem Domini erant in Terra. Sed omnia, ut apparue-

A runt, deſcribere longum eſſet. Sed adveniente carniſprivio, in domo Domini Federici erat magnum ſolatium. Choreizantes & juvenes Utini ordinaverunt haſtiludium in Terra Utini. Et in ipſa Terra venerunt Seneſcalcus Domini Patriarchae Bohemus Miles, conſanguineus Dominae Eliſabethae, Franciſcus, & Andreas

B fratres, filii Naſcinguerrae de Civitate, Henricus Bleon quondam Ser Petri de Faganea, tunc Mareſcalcus dicti Domini Patriarchae, ut dicebatur, factus, & quidam Marchus de Faganea cum eorum famulis, oſtendentes ſe cauſsâ feſti & haſtiludii, qui intraverunt ad choream in domo ipſius Domini Federici. Quos

C ſurgens a ſcamno laetanter ſuſcepit, & in eorum receſſu eos ſecum in coena voluit ſtetiſſe, & eis honorem intulit, rogans, ut in craſtino cum eo eſſent in prandio. Ipſi obtentâ licentiâ receſſerunt. De mane verò die Lunae XV. Februarii ipſe Dominus Federicus intravit ſuam Cappellam, & audivit Miſſam. Et cum

D eo erant ſolùm de ejus familia tres. Et obtinebat familiam bonorum ſociorum in aſpectu, qui multùm fuerunt triſtes, & nondum a lecto ſurrexerant. Et dicta die praedicti Seneſcalcus Miles Bohemus, Franciſcus & Andreas fratres cum uno altero, per ſuum nuntium ſentientes, ipſum eſſe quaſi ſolum in Eccleſia, atque

E cum Henrico, & Marco & aliis familiaribus numero quatuordecim, & non pluribus, ipſis ad ejus Cappellam venientibus, unus Cuſtos portae ipſius Domini Federici, nomine Paulus, illico videns iſtos ſic venire, feſtinanter ivit ad ipſum Dominum ſuum & clauſit oſtium Cappellae, dicens: *Domine, velociter veniunt versus vos, familiares Domini Patriarchae. Dubito, quod non veniant in nocumento*

*to veſtrae perſonae*. Cui Dominus Federicus reſpondens, dixit: *Aperi oſtium. Non dubito familiam Domni mei*. Et confeſtim aperuit oſtium. Aperto oſtio iſti applicuerunt prope oſtium, & Dominus Federicus erigens ſe, dicto Euangelio Sancti Johannis, ad aquam ſanctam, quae eſt in medio Eccleſiae, ſe ſignavit. Iſtis intrantibus, videlicet Franciſco & Andrea fratribus, Seneſcalco, & duobus aliis, Miles non deſcendit, nec illi de Faganea. Ipſi ante Eccleſiam cum baliſtris extenſis, & gladiis evaginatis ſtabant. Et quum Dominus Federicus eos vidit, non dubitans, eos ipſum laedere velle, obviam eis immo fuit, & elevans caputium, eos humiliter ſuſcepit. Ipſi autem evaginatis gladiis ipſum inter Templum & Altare crudeliter & proditorie ibi mortuum permiſerunt. Quidam nomine Deſertus de Glemona familiaris dicti Domini Federici, fugam poſt Altare ſe abſcondens rapuit. Quidam nomine Milunus audito clamore Eccleſiam cum ſolo enſe velociter intrans contra ipſos, & iſti contra eum, ejus enſis fractus eſt ad merlas, & illico ſe & ipſum percuſſerunt. Qui quaſi mortuus ad terram cadens ibi remanſit, & niſi ejus enſis fractus foret, aliquem vel aliquos interemiſſet. Sed tamen liberatus eſt a vulneribus ſibi factis. Quo audito clamore vix ad equum aſcendere potuerunt, & ob hoc iſtum percuſſum dimittentes ibi, ipſum non interfecerunt. Et ſubitò Miles equitavit ad domum Dominae Eliſabethae, ſecum duci faciens unum palafrenum, volens eam ſecum ducere extra Terram. Et non inventâ Dominâ domum, quia erat & iverat ad Eccleſiam, ſubitò ſequens praedictos malefactores, portas Civitatis Utini exiverunt. Et clamor maximus in Populo intonuit, & factus eſt valde. Voluerunt aliqui portas claudere, ſed ii exiverant. Tunc Populus ſubitò fuit congregatus. Et ceperunt Chriſtophorum Miſulini, & Platuſium, ac ipſam Dominam Eliſabetham, & ipſi in furore Populi, & ſuper ipſa Platea Utini in inſtanti crudeliter ſunt jugulati ob mortem ipſius Domini Federici. Poſt haec verò quidam Notarius, nomine Hieronymus, de nece ipſius Domini Federici conſcius & culpatus, in alto ſuſpenſus eſt per Rectores Utini. Et tunc Rectores ipſius Domini Patriarchae expulſi & excluſi ab omni eorum regimine, Conſiliarios & Rectores inter ſe fecerunt. Poſt haec Ser Nicolaus magiſtri Gregorii, qui nominatus erat Ser Nicolaus A Dominabus, advocatus, homo iniquus, qui ex nihilo factus erat ditiſſimus cum Dominis de Savorgnano, & in diem hodiernum bene amatus fuit & tractatus per ipſum Dominum Federicum, tenens partem Domini Patriarchae praedicti, laetuſque de nece praedicti olim Domini Federici, per quemdam Dominicum Cialium Pelliparium, prope Sanctum Lazarum Utini interfectus eſt. Poſt haec Martinus Thomaſini partem ipſius Domini tenens, & laetus de morte ipſius Domini Federici, uno die de mane in Terra Utini per Johannem de Andreotis, fratrem dicti olim Dethalami decapitati, & per Petrum de Trieſto, & per Pititam de Meduno familiarem dicti olim Domini Federici Militis interfectus eſt.

*Deſcripta per Antonium Bellonum Notarium*.

FINIS.

# Donatio aliquot Caſtrorum & Villarum, facta Wolderico Patriarchae a Wolderico olim Marchione Tuſciae, & Diemura ejus Conjuge. Anno 1170.

A *IN nomine Domini. Anno a Nativitate Domini MCLXX. Indictione Tertia, die Lune, Secundo, intrante menſe Februario, in preſentia infraſcriptorum teſtium, Vuldaricus quondam Marchio Tuſcie, & Diemur quondam Marchiſana ejus Uxor, pro remedio animarum ſuarum, & predeceſſorum ſuorum, contulerunt puram & meram donationem ſuper Altare beatiſſime Marie Virginis, & in manu VV. Aquilejenſis Eccleſie Patriarche, & Apoſtolice Sedis Legati; de Caſtro de Attens, uti nunc poſſidet, in integrum, & Villa ſub Caſtro conſtituta, cum omni jure ſibi pertinente, ſervis & ancillis ibidem manentibus, & peculio ipſorum, & bonis cultis & incultis, montibus, nemoribus, vallibus, campis, pratis, vineis, piſcationibus, venationibus, molendinis, aquis, aquarumque decurſibus; & de Caſtro Perthenſtene, cum omnibus ſuis pertinentiis; & de Villa Porcil, & de Villa Subid, & de Villa Perſcinich; & de hoc toto, quod habet in Vergin & Lugre, cum Villa, & omnibus ſuis pertinentiis; & de Villa Cerneu, & de Villa Calmines, & de aliquo, quod habet apud Namach; & de Curia Hage conſtituta; & de Villa, que vocatur Predegoi, & de Villa, que vocatur Laſina; & de Villa Rechelach, & de Villa Wipelſach, & de Villa Wolfſcbel, cum omnibus pertinentiis predictorum locorum, vineis, pratis, cultis & incultis, nemoribus, piſcationibus, aquis, aquarumque ductibus, & cum omni diſtrictu & jure predictorum locorum, & cum omnibus ſervis & ancillis, & peculiis, & rebus eorum, in ſupraſcriptis locis habitantibus. Inſuper prefati Jugales donavere prefato Altari Aquilejenſis Eccleſie, & prefato VV. Aquilejenſi Patriarche, & Apoſtolice Sedis Legato, Miniſteriales ſuos Diſnimannos, videlicet Sifridum cum filiis, quos habuit de Domna-Deddi, Conradum & fratrem cum omnibus filiis & filiabus ſuis, Conra-* B *dum de Melano cum filiis & filiabus ſuis, preter filiam ejus Diemur, Engelmanum fratrem dicti Conradi, Henricum de Straz, Rubertum de Bamach, Albertum Cleſtar, Wernandum de Gudig cum filiis & filiabus, Herardum fratrem ejus, Pertoldum de Ruztvim, Otilium de Ruztvim cum filiis & filiabus preter unum, quem........ Ber-* C *tadin de Pul.......... cum filiis & filiabus ejus, preter Octonem & ſororem ejus, que eſt apud Celchan, Pelegrinum de Lubidrach cum omnibus ſororibus, Henricum de Funber cum duabus ſororibus, Henricum de Hag cum uxore & filiis & filiabus eorum, Pertoldum de Hage, Henricum de Wipelſach cum filiis ſuis, Domna Mactidi de Predegoc* D *cum filiis & filiabus ſuis. Otacum de Foide cum ſorore ejus Margareta, Hirmindeim de Attens cum filiis & filiabus, Henricum de Attens cum filia, Arponem de Attens, Wdalricum Gaſtaldionem de Attens, Joannem de Sancto Vito, Wdalricum de Sancto Vito, Joannem de Verſa. Quibus Miniſterialibus idem Marchio Vuldaricus omnia,* E *de quibus prius ſe violenter immiſerat, reddidit, & tenutam ejus reſtituit. Confirmatum eſt ſtatim, ut nullus Caſtellanus in eodem Caſtro, videlicet Attens,*

*tens, locetur, niſi quem voluntas & conſilium Miniſterialium, ad idem Caſtrum pertinentium, elegerit. Supradictus quoque Marchio Vuldaricus ibidem antequam prefatam donationem faceret, juravit ſuper Altare beatiſſime Virginis, quod expedierat omnia ſupraſcripta a filiabus & a nepote per refutationem, quam in eum fecerant, & quod libere poſſet tradere de jure cuicumque voluerit. Et promiſit ea defenſare, warentare ſupraſcriptam donationem legitimo jurejurando ſupraſcripte Eccleſie, & Domino Patriarche in integrum ab omni homine, & quod firmam & ratam perpetuo ſupraſcriptam donationem habebit. Item Domna Diemura quondam Marchioniſſa Tuſciae juravit per Nuncium ſuum, cui ipſa dedit parabulam jurandi, quod ipſa nulla occaſione nec dotis, nec donationis, vel cujuslibet alterius, veniet contra ſupraſcriptam donationem, ſed ſemper firmam & inviolatam habebit. Nuncius verò jurandi fuit Artuwicus de Curia veteri, & major pars Diſnimanorum & Miniſterialium illorum Feudum, quod habebant a ſupraſcripto Marchione; praeſente eo venerunt, & ei fidelitatem ſuper Altare juraverunt. Nomina illorum, qui juraverunt infraſcriptam fidelitatem, ſunt haec: Conradus de Cinpica, Sifridus, filius fratris ejuſdem, Conradus de Niagei, Herogelmarius ejus frater, Henricus de Strecha, Rodopertus de Nime', Adalpertus Kleſtes, Wariendus de Gudig, Henricus de Frata, Perteldus de Frata, Henricus de Wipelſach, Wodolricus ejus filius, Joannes de Verſa, Wolaricus de Sancto Vito, Wdelricus de Flaguga, Odolricus de Zumpita, Ottacus de * Faedeſo.*

*Actum eſt hoc in Civitate Aquilejenſi, ante Altare beatiſſime Marie Virginis, preſente Clero & populo.*

* Faëdeſo.



*Signa teſtium: Wdelricus Abbas de Muſinib, Magiſter Adelbertus de Friſac, Lumpidus Decanus Aquilejenſis, Jonatus Prepoſitus Sancti Felicis, Odeſcalcus de Piſine, Piligrinus Prepoſitus Eccleſie Civitatis, Comes Wolfredus, Comes Henricus ejus gener de Lexenmunt, Conradus de Fontanabona, Fridericus & Artwicus de Cauriag, Otto de Puch, Wilterius de Luſiriago, Raginardus de Artigna, Reginhardus de Frata, Nappus de Civitate, Walcherius de Vendoy, Fraſhau de Murub, Erhardus de Fagedes, Warnerius de Pinhano, Warnerius de Clemona, & alii plures teſtes rogati fuere, ſcilicet a ſupraſcripto Marchione & Marchiſana. Et praedictus Marchio & Marchiſana rogaverunt ſupraſcriptam donationem, ut in ſcriptis redigeretur.*

*Poſtea die Mercurii Marchio Vuldaricus tradidit poſſeſſionem de Curia de Hage predicto Domno Patriarche apud Hage, pro omnibus prediis ſupradictis & Caſtris, & confeſſus eſt Hechardus feciſſe fidelitatem Domno Patriarche, preſente Comite Wolfrado, Wdalſcalcho, Jonatha, Waltherio de Pinhano, & Cunone Purgnif de Uſono, qui & ſuperiori donationi affuit, & Cono ejus filio. Et hoc fuit in Hage in ſtrata juxta Eccleſiam.*

*Sequenti verò die Veneris ſupradictus Marchio & Marchioniſſa in Caſtro de Attens tradiderunt claves ejuſdem Caſtri in manu VV. Aquilejenſis Eccleſie Patriarche, & miſerunt eum per Turrim & Portam in tenutam pro Caſtro, & omnibus poſſeſſionibus ſuperius dictis & datis, preſentibus his teſtibus, quorum nomina hec ſunt: Comes Wolfridus, Comes Henricus de Lexmunt, & Fridericus & Artwicus de Cauriach, Wdolricus Abbas de Moſinib, Jonatas Prepoſitus, Romolus, Otto de Puch, Walterius de Pinhano, Gotſalcus, Her-*

*manus*

A manus Prepoſitus Sancti Wdalrici, Curo de Uſono, Reginbardus de Piſima, Ofredus de Suſano, Wulconus de Vendcy. Et eodem die ſupraſcriptus Marchio & Marchioniſſa exiverunt de ſupradicto Caſtro, & poſſeſſionem ejuſdem Caſtri, & totius predominii ſupraſcripto Patriarchę relinquerunt in preſentia ſupraſcriptorum teſtium. Et ibidem Arbo & Henricus de Aſens juravere fidelitatem Domno Patriarche, ſicut Diemſermanni, & Feudum, quod habebant a Marchione, ab eo receperunt. Sanctus ſacratiſſime Aule Judex omnibus ſupraſcriptis interfuit teſtis, & vidit, & audivit.

Ego Johannes Bonus Tabellio rogatus a ſupraſcriptis Jugalibus & Diniſmannis, ut ſuperius, hec ſcripſi & complevi.

## Charta Foederis initi inter Ludovicum Hungariae Regem, & Marquardum Patriarcham Aquilejenſem. Anno 1376.

B Ludovicus, Dei gratiâ, Rex Hungariae, Poloniae, Dalmatiae, Ramae, Serviae, Galetiae, Rodomeriae, Bulgariae, Comaniaeque Rex, Princeps Salernitanus, & honoris Montis Sancti Angeli Dominus, notum facimus univerſis preſentes has inſpecturis: quod tanto celebrius famae noſtrae praeconium culmini noſtro regalis ſerenitas non dubitet C ampliare, quanto Praedeceſſorum noſtrorum notabili ritu, & praecipue noſtri excellentiſſimi Genitoris, Eccleſiarum cauſas & commoda, in quibus noſtrae Chriſtianiſſimae Religionis potentiſſima vis conſiſtit, amplioribus nititur favoribus confovere, & regalibus munificentiis praemunire. Sane ad ſanctam Aquilegienſem Eccleſiam multorum D aemulorum, patre diſcordiae miniſtrante, retroactis temporibus oppreſſionibus laceſſitam, cujus Paſtores & incolae univerſi ad culminis noſtri augmentum innatas devotiones fidelem animum habuerunt, mentis noſtrae ſerenitatis aciem dirigentes, modis & conventionibus infraſcriptis, more filiorum, heredum, & ſucceſſorum noſtrorum in Regno, & ipſius Regni noſtri una voce cum Mini-E ſtris noſtris, & Regni noſtri Praelatis & Baronibus, de eorumque conſenſu, ſcitu, & voluntate, ac matura deliberatione, & de certa ſcientia, & infra omnia ſe, ſucceſſores, filios, & heredes, & bona omnia, vice etiam & nomine dictorum Regni obligationibus, cum eorum juramentis & ſigillis inferius denotatis, recipimus, & nunc Reverendiſſimum in Chriſto Patrem Dominum Marquardum Patriarcham Aquilegienſem, & ipſius ſucceſſores, & ſanctam Eccleſiam Aquilegienſem, Praelatos, Capitula, & ſucceſſores ſuos, & Communitatis Forojulienſis Civitates, Terras, Caſtra, & Territoria jam dicti Patriarchatus, & dictorum Praelatorum, Capitulorum, Nobilium, & Communitatum praedictarum, quas, quae, & quod ad praeſens tenent & poſſident, & in futurum acquirent, ſeu ad eos devenerint, ſub noſtra, filiorum, heredum, & ſucceſſorum noſtrorum, nec non Regni noſtri, Praelatorum, & Baronum ipſius, protectione, & defenſione plena & gratuita. Et ipſas Terras, Caſtra, & Civitates praeſcriptas, & territorium praeſcriptum defendere promittimus, quibus ſupra, nominibus, manutenere, defendere & conſervare contra & adverſus quoſcumque Principes, Duces, Comites, Barones, ac Dominos, & quaſcumque Communitates, ad requiſitionem ipſius Patriarchae & ſucceſ-

*ſorum ſuorum, & majoris partis ſui Conſilii, Parlamenti, & Sede Patriarchale vacante ad requiſitionem Vicedomini, & Capituli Aquilegienſis, & majoris partis Conſilii, Parlamenti, excepto videlicet contra Papam & ſuos ſucceſſores, & Imperatorem & ſucceſſores Imperio.*

*Inſuper volumus & decernimus, quod Magnificus Dominus Franciſcus de Carraria, Dominus Paduae, quem nunc pro noſtro, & Regni noſtri Colligato declaramus, obliget ſe, & bona ſua nobis, filiis, heredibus, & ſucceſſoribus noſtris, & Regno noſtro, Praelatis, & principalioribus Baronibus Regni noſtri, ad noſtrae ſerenitatis, heredum, & ſucceſſorum noſtrorum, & Regni noſtri mandatum, facere guerram in territorio ſuo, & in partibus circumſtantibus, apud territorium ipſius, contra inimicos dicti Patriarchae & ſucceſſorum ſuorum, & Patriarchatus, & Eccleſiae Aquilegienſis, & Patriae Fori Julii. Verſa vice ipſe Domnus Patriarcha pro ſe, Eccleſia Aquilegienſi, & Patriarchatu ſuo, & ſucceſſoribus ſuis, Praelatis, & Capitulis dicti Patriarchatus pro ſe & ſucceſſoribus, & Nobiles Fori Julii pro ſe, heredibus & ſucceſſoribus ſuis, & Communitates Patriarchatus praedicti, ſub fide ipſorum, & cum eorum juramento, & cum obligationibus bonorum ſuorum, pro ut ipſorum . . . . . . . . & privilegiis Celſitudini noſtrae porrectis, & eorum Communitatibus ſuper iis confectis, plenius inde patet, erint, & ſint de cetero cum Celſitudine noſtra, filiis, heredibus, ſucceſſoribus noſtris, & cum Regno noſtro, & Baronibus dicti Regni, & heredibus, & ſucceſſoribus eorum, & cum ipſo Domino de Padua Colligato noſtro, & heredibus ſuis, in quibuſcumque bellis, guerris, & inimicitiis, & diſcordiis, contra & adverſus*



A *quoſcumque Principes, Duces, Comites,
Marchiones, Barones, & Dominos, &
quaſcumque Communitates, ad petitionem
& mandatum noſtrae ſerenitatis,
filiorum, heredum, ac ſucceſſorum noſtrorum,
& dicti Regni, in Patria
Fori Julii, & in territorio Patriarchatus
Aquilegienſis, & in partibus circumſtantibus
apud dictam Patriam Fori*
B *Julii, & territorium dicti Patriarchatus;
faciendo & exeundo contra inimicos
de Civitatibus, Locis, Terris, Caſtris,
Paſſibus, & Fortilitiis dicti Patriarchatus,
excepto videlicet contra Papam
& ſucceſſores ipſius, & Imperatorem
& ſucceſſores Imperii, quantum eſt
pro facto Eccleſiae Romanae, & Imperii
tantùm. Excepto quoque contra Du-*
C *ces Auſtriae, durantibus treguis praeſentibus
inter ipſum Dominum Patriarcham
Aquilegienſem & praedictos Duces,
& contra ſolam perſonam Marquardi
Comitis Goritiae. Claudentque
etiam paſſus & ſtratas Fori Julii &
Territorii Patriarchatus ad petitionem
& mandatum Celſitudinis noſtrae, filiorum,
heredum, & ſucceſſorum noſtro-*
D *rum, tempore guerrarum contra quoſcumque,
contra quos eſſet guerra. Quod etiam
faciet, & facere permittet & claudere
Serenitas noſtra verſâ vice, ac etiam
facient noſtri filii, heredes, &
ſucceſſores, ac Regnum noſtrum ad requiſitionem
dicti Patriarchae & ſucceſſorum
ſuorum, & Sede vacante ad requiſitionem
Vicedomini Patriarchatus A-*
E *quilegienſis, & ipſius Capituli. Et ad
Serenitatis noſtrae mandatum, & filiorum,
heredum, & ſucceſſorum noſtrorum,
ac Regni, ſimiliter faciat &
claudat ſtractas & paſſus ſuos, &
claudere tenebuntur dictus Dominus Paduanus
noſter Colligatus, filii, & heredes
ſui.*

*Vult inſuper noſtra Majeſtas, quod ſi contingeret durantibus praeſentibus*

*conventionibus, ut acquirerentur aliqua Caſtra, Terrae, Villae, aut Civitates, per nos, filios, & heredes noſtros, ac ſucceſſores, & Regnum noſtrum, & partes praedictas, videlicet dictos Patriarcham, & ſucceſſores ſuos, Praelatos, Nobiles, heredes, & ſucceſſores ſuos, & Communitates Fori Julii, & Dominum Paduae praeſcriptum, filios, & heredes ſuos, communiter, vel diviſim; & illa Caſtra, Terrae, Villae, aut Civitates ſpectarent & pertinerent, ſeu retroactis temporibus quovis modo pertinuiſſent ad Patriarchatum Aquilegienſem de jure, quod debeant eſſe dicti Patriarchatus, & remanere dicto Patriarchatui. Si verò non ſpectarent, nec pertinerent, ſeu retroactis temporibus quovis modo non pertinuiſſent ad Patriarchatum praedictum de jure acquirendo, Communitates per partes dividantur ſecundùm determinationem noſtrorum heredum, filiorum, & ſucceſſorum noſtrorum, & dicti Regni noſtri. Si verò acquirerentur per aliquam partium, ſint & eſſe debeant acquirentis; & quod captivi, & bona mobilia ſint capientium. Non poſſint inſuper dictus Domnus Patriarcha, & ſucceſſores ſui in Patriarchatu, & Praelati, & ſucceſſores eorum dicti Patriarchatus, & Nobiles, heredes, & ſucceſſores ſui dictae Patriae Fori Julii, & Communitates Patriarchatus, nec debeant incipere novam guerram, niſi ad defenſionem & offenſionem contra occupare volentes manu armata, vel alio modo inlicito & manifeſto aliqua Caſtra, Terras, & Civitates dicti Patriarchatus, quae ad preſens tenentur, & poſſidentur per dictos Patriarchatum, Praelatos, Nobiles, & Communitates, & in futurum quovis modo acquirentur per eos; ac etiam ad defenſionem & offenſionem contra invadere volentes manu armata, vel alio modo inlicito & manifeſto, territorium dicti Patriarchatus. Et di-*

A *ctus Patriarcha, & ſucceſſores ſui in Patriarchatu, & Praelati, & ſucceſſores eorum, Nobiles, heredes, & ſucceſſores eorum, & Communitates dicti Patriarchatus, non faciant, nec poſſint facere pacem aut treguas de aliqua guerra, in qua noſtra Majeſtas, filii, & heredes, ac ſucceſſores noſtri, & Regnum noſtrum debeat eſſe, & fuerint* B *cum eis, ſine conſenſu expreſſo noſtro, filiorum, heredum, & ſucceſſorum noſtrorum. Nos inſuper, filii, heredes, & ſucceſſores noſtri, & Regnum noſtrum, poſſimus, & poſſint & valeant facere pacem, aut treguas ſine conſenſu & voluntate dictorum Patriarchae, & ſucceſſorum ſuorum, & dictorum Praelatorum, & ſucceſſorum ſuorum, Nobi-* C *lium, heredum, ac ſucceſſorum ſuorum, & Communitatum praedictarum, dummodo noſtra Serenitas, filii, heredes, & ſucceſſores noſtri, & Regnum noſtrum, includant in pace, aut treguis dictum Patriarcham, & ſucceſſores ſuos, Praelatos, & Capitula, & ſucceſſores ſuos, Nobiles heredes, & ſucceſſores ſuos, & Communitates Patriarchatus,* D *& Eccleſiam Aquilegienſem. Et in caſu praedicto noſtra Majeſtas, filii, & heredes, & ſucceſſores noſtri, & ipſum Regnum, non poſſint facere pacem, aut treguas ſine conſenſu & voluntate praedictorum, niſi reſtituantur in eo ſtatu, in quo erant tempore guerrae incoeptae. Et ſi praedictus Domnus Patriarcha, & ſucceſſores ſui, Nobiles,* E *heredes, & ſucceſſores ſui, & Communitates praedictae, durante dicta guerra acquiſiſſent aliquod, quod de jure ſpectaret & pertineret, ſeu retroactis temporibus pertinuiſſet ad Patriarchatum Aquilegienſem, quod illud acquiſitum tempore guerrae, per pacem, aut treguas finiendas per nos, filios, heredes, & ſucceſſores noſtros, & dictum Regnum, non teneatur reſtituere.*

*Quas*

Quas quidem conventiones, & omnia ſupradicta vult, & decrevit noſtra Majeſtas, firmas eſſe ac duraturas uſque ad Annos quinquaginta proxime futuros. Nos Dei gratia Joannes Strigonienſis; Stephanus Colocenſis, Archiepiſcopi; Demetrius Zagobrienſis; Ladislaus Veſperamienſis; Michaël Agrienſis; Emericus Waldienſis; Petrus Faurienſis; & Dominicus Borzuanenſis, Eccleſiarum Epiſcopi, Prelati ſupradicti Regni; Nicolaus de Garra Palatinus; Ladislaus Wajola Tranſilvanus; Petrus Zudar Sclavonic; Joannes Treucel Zuranenſis; Joannes Meggomenſis; Baus Comes; Jacobus Judex Curiae Regis; Gregorius Sebek Tavernicorum regalium; Gregorius Zudar Curiae Regis, & Pincernarum; Paulus de Dijerleo Dapiferorum; Michaël Zudar Janiterum regalium, Magiſtri; Franco Comes Sopſomenſis, Joannes Oſcil Comes Zaugurienſis, & Tomelinus Comes de Sancto Georgio, Barones Regni Hungariae principaliores pro nobis, ſucceſſoribus, heredibus, & filiis noſtris, ac vice & nomine totius Regni Hungariae, ſub fide noſtra, & cum obligationibus bonorum noſtrorum, & dicti Regni, jurantes corporaliter ad ſancta Dei Evangelia, promittimus, & nos, ſucceſſores,

A heredes, & filios noſtros, & dictum Regnum, ac bona noſtra, ſucceſſorum noſtrorum, heredum, ac filiorum, & Regni praedicti, obligamus fideliter attendere, obſervare, & in omnibus adimplere protectionem, & omnes conventiones factas, & promiſſas ſuperius per glorioſiſſimum & invictiſſimum Dominum noſtrum Dominum Ludovicum ex- B cellentiſſimum Regem Hungariae, &c. Reverendo in Chriſto Patri Domno Marquardo, Dei gratiâ ſanctae Sedis Aquilegienſis Patriarchae, & ipſius ſucceſſoribus, Praelatis, & Capitulis Patriarchatus Aquilegienſis, & eorum ſucceſſoribus, Nobilibus Fori Julii, heredibus, & ſucceſſoribus eorum, nec non Communitatibus Patriarchatus Aquile- C gienſis. Et ea omnia durante termine, in ipſis protectione, & conventionibus per ipſum Dominum noſtrum Regem appoſito, rata & grata habere, & inviolabiliter obſervare, jure ſupradictarum Literarum dicti Domini Regis, continentiâ & tenore. Praeſentes etenim ipſius Domini Regis, & noſtras Literas, ſigillis ipſius Domini Regis, ac D noſtris communitas damus in teſtimonium praemiſſorum.

Datum in Wiſegrad, die XXI. menſis Junii, Anno Domini MCCCLXXVI.

## Literae Apoſtolicae Urbani Papae VI. de adminiſtratione Aquilejenſis Eccleſiae conlatâ Philippo de Alenconio Cardinali, exhibitae Capitulo, & Canonicis Aquilejenſibus, Anno Chriſti 1381

*Ex membranâ exiſtente penes Patrem Agricolam Agricola, Presbyterum Oratorii Utinenſis.*

IN Chriſti nomine, Amen. Anno Nativitatis ejuſdem MCCCLXXXI. Indictione IV. die III. Menſis Auguſti. Actum in Terra Sacilli, Aquilejenſis dioeceſis in Sacriſtia Eccleſiae ſeu Plebis Sancti Nicolai. Praeſentibus nobili- E bus & potentibus viris Dominis Andrea Milite Marchione de Cavalcabobus de Cremona Legum Doctore, ac Jacomutio & Johanne Furlano Comitibus de Porcileis, & Zifriolino della Turre, teſtibus, & aliis pluribus ad in-

ſraſcripta

ſraſcripta vocatis ſpecialiter & rogatis.

A

Ibique convocato & congregato Capitulo Eccleſiae Aquilejenſis, die & loco ſupraſcriptis, de mane poſt Miſſam, per venerabiles viros Dominos Federicum Comitem de Porcileis, Johannem juniorem della Turre, & Ottobonum de Ceneta, dictae Aquilejenſis Eccleſiae Canonicos, habentes facultatem, commiſſionem, & poteſtatem ipſum Capitulum

B

convocandi & congregandi pro infraſcriptis agendis & expediendis, a venerabili viro Domino Johanne de Spintellis de Civitate Belluni Vice-Decano, Canonicis, & Capitulo Aquilejenſi, prout de praedicta facultatis, commiſſionis, & poteſtatis conceſſione conſtat publico inſtrumento, ſcripto manu Johannis Lancellotti de Cucanea Notarii Cle-

C

rici Aquilejenſis dioeceſis, ſub inſtantibus Milleſimo & Indictione, die verò penultimo Menſis Julii, a me Alexandro Notario infraſcripto viſo & lecto. In quo quidem Capitulo interfuerunt venerabiles viri Domini Federicus, Johannes, & Ottobonus ſupradicti, & Johannes Senior quondam Domini Phoebuſini della Turre, Thomaſinus de Ponti-

D

rolis de Forlivio, Odoricus de Ragonea, Antonius de Ronchonis, & Johannes, ambo de Utino, Bartholomaeus de Bobio, & Onuphrius de Zantis de Regio, Eccleſiae Aquilejenſis Canonici praebendati, & ad Capitulum, ut praemittitur, vocati & congregati, pro ut ibidem omnes & ſinguli ſupradicti ſe ad Capitulum vocatos ad diem, lo-

E

cum, & horam praeſentes publice dixerunt & confeſſi fuerunt. Coram praedictis Dominis Canonicis & Capitulo, ut praemittitur, capitulariter congregatis, comparuit venerabilis vir Magiſter Hugo de Hunorſt, in artibus Magiſter, & Baccalaureus in Theologia, Decanus Eccleſiae Sanctorum Apoſtolorum Colonienſis, Procurator, & procuratorio no-



mine Reverendiſſimi in Chriſto patris & ſereniſſimi Principis Domini Philippi de Alenconio, miſeratione divina, ſanctae Romanae Eccleſiae Sabinenſis Epiſcopi Cardinalis, Eccleſiae Patriarchalis Aquilejenſis tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus adminiſtratoris per ſanctiſſimum in Chriſto Patrem & Dominum noſtrum, Dominum Urbanum, divinâ providentiâ Papam VI. deputati, & commiſſionem plenae adminiſtrationis habentis. Habens idem Dominus Hugo ad infraſcripta, & nonnulla alia plenum, legitimum & ſufficiens mandatum, prout de dicto mandato, ſive procuratorio conſtat publico inſtrumento ſuperinde confecto, ſcripto manu Aegidii de Doullie de Rotomago, publici Apoſtolica & Imperiali auctoritate Notarii in MCCCLXXXI. Indictione IV. die II. Menſis Maji, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Urbani divinâ providentiâ Papae Sexti Anno IV. a me Notario viſo & lecto, eiſdem Dominis Canonicis & Capitulo exhibuit & praeſentavit Literas Apoſtolicas ſupradicti Domini noſtri Papae, integras & illaeſas, non abraſas vel cancellatas, neque corruptas, vel in aliqua earum parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes, ipſius Domini noſtri Papae verâ Bullâ plumbeâ ad chordulam canapis pendente more Romanae Curiae bullatas, ſuper commiſſione adminiſtrationis praefatae Patriarchalis Eccleſiae Aquilejenſis confectas. Quarum Literarum tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis.

„ URbanus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri „ Philippo Epiſcopo Sabinenſi, Adminiſtratori in ſpiritualibus & temporalibus Eccleſiae Aquilejenſis per Sedem Apoſtolicam deputato, ſalutem & Apo-

,, & Apoſtolicam benedictionem. Regi-
,, mini univerſalis Eccleſiae quamquam
,, inſufficientibus meritis, diſponente Do-
,, mino, praeſidentes, de univerſis Or-
,, bis Eccleſiis, ac ipſarum Paſtoribus,
,, pro earum ſtatu ſalubriter dirigendo,
,, ſolicite, quantùm nobis ex alto con-
,, ceditur, cogitamus. Sed illa propen-
,, ſius ſolicitudo nos urget, ut Eccleſiis
,, illis, quae ſunt ſuis deſtitutae Paſto-
,, ribus, ne Eccleſiae ipſae in ſpiritua-
,, libus & temporalibus detrimenta ſu-
,, ſtineant, de ſalubri remedio, pro ut
,, ipſarum Eccleſiarum neceſſitas & tem-
,, porum qualitas exigunt, conſulamus.
,, Dudum ſiquidem bonae memoriae Mar-
,, quardo Patriarchâ Aquilejenſi regi-
,, mini Aquilejenſis Eccleſiae praeſiden-
,, te, nos cupientes eidem Eccleſiae
,, quum eamdem vacare contingeret, per
,, Apoſtolicae Sedis providentiam, uti-
,, lem & idoneam praeeſſe perſonam,
,, proviſionem ejuſdem Eccleſiae ordina-
,, tioni & diſpoſitioni noſtrae eâ vice
,, duximus ſpecialiter reſervandam, de-
,, cernendo ex tunc irritum & inane,
,, ſi ſecus ſuper his per quoſcumque
,, quavis auctoritate ſcienter vel igno-
,, ranter contingeret attentari. Poſtmo-
,, dum verò eadem Eccleſia per ipſius
,, Marquardi Patriarchae obitum, qui
,, extra Reverendam Curiam debitum
,, naturae perſolvit, vacante, Nos ex
,, certis rationabilibus cauſſis, ad id
,, noſtrum moventibus animum, Eccle-
,, ſiam ipſam ad manus noſtras duxi-
,, mus retinendam, donec de ipſa du-
,, ceremus aliter ordinandum. Volentes
,, igitur dictae Eccleſiae de Gubernato-
,, re ſecundùm cor noſtrum utili & i-
,, doneo, per quem Eccleſia ipſa utiliter
,, regi & ſalubriter gubernari valeat,
,, providere, ac ſperantes, quod Tu ei-
,, dem Eccleſiae eſſe poteris admodum
,, utilis, & multipliciter fructuoſus,
,, ipſamque Eccleſiam ſcies & poteris a



,, perverſorum conatibus viriliter defen-
,, ſare, Te Adminiſtratorem ejuſdem
,, Eccleſiae ſic vacantis, ac omnium
,, jurium & pertinentiarum ipſius uſque
,, ad noſtrum beneplacitum tam in ſpi-
,, ritualibus quàm in temporalibus, de
,, fratrum noſtrorum conſilio, auctorita-
,, te Apoſtolicâ conſtituimus, & etiam
,, deputamus, curam, regimen, guber-
,, nationem, & adminiſtrationem ple-
,, nam & liberam ejuſdem Aquilejenſis
,, Eccleſiae Tibi in eiſdem ſpiritualibus
,, & temporalibus plenarie committen-
,, tes, alienationem tamen bonorum im-
,, mobilium & praeciſorum mobilium
,, ipſius Eccleſiae tibi penitus interdi-
,, ctam. Volumus autem quod (debitis,
,, conſuetiſque ipſius Eccleſiae oneribus
,, ſupportatis) de reſiduis fructibus,
,, reditibus, & proventibus, ad men-
,, ſam Patriarchalem Aquilejenſem ſpe-
,, ctantibus, hujuſmodi beneplacito du-
,, rante, libere diſponere valeas, ſicuti
,, de illis Patriarchae Aquilejenſes, qui
,, fuerunt pro tempore diſponere potue-
,, runt, ſeu etiam debuerunt. Quocirca
,, Fraternitati tuae per Apoſtolica ſcri-
,, pta mandamus, quatenus curam, re-
,, gimen, gubernationem, & admini-
,, ſtrationem praedictam (durante hu-
,, juſmodi beneplacito) per Te, vel a-
,, lium, ſeu alios ſic geras ſolicite, fi-
,, deliter, & prudenter, quod Aquile-
,, jenſis Eccleſia utili & fructuoſo Gu-
,, bernatori gaudeat ſe commiſſam, Tu-
,, que praeter retributionis aeternae prae-
,, mium, & humanae laudis praeco-
,, nium, quod proinde mereberis, no-
,, ſtram, & dictae Sedis benedictionem
,, & gratiam uberius exinde conſequi
,, merearis,

,, Datum Romae apud Sanctum Pe-
,, trum, Quarto Idus Februarii, Pon-
,, tificatus noſtri Anno Tertio.

Quas quidem Literas Apoſtolicas prae-
fati Domini Canonici & Capitulum re-
verenter

*verenter & humiliter receperunt, offerentes ſe mandatis Apoſtolicis in omnibus, in quibus poterunt, reverenter & humiliter parituros.*

*Et ego Alexander natus Ser Bartholomaei Notarii de Ceneta, publicus Apoſtolica & Imperiali auctoritate Notarius, ſupraſcriptis Literarum Apoſtolicarum praeſentationi & receptioni, a-* A *liiſque omnibus & ſingulis ſupraſcriptis, dum, ut praemittitur, agerentur & fierent, una cum praenominatis teſtibus praeſens fui, & requiſitus propria manu ſcripſi, & in hanc publicam formam redegi, meumque ſignum conſuetum & nomen appoſui in fidem & teſtimonium omnium praemiſſorum.*

## Conſilia ac deliberationes Communis Civitatenſis favore Philippi de Alenconio Patriarchae Aquilejenſis adversùs Utinenſes & confoederatos, eidem Philippo obedire nolentes. Anno Chriſti 1382.

### *Ex MSto Codice Definitionum Communis Civitatenſis.*

*MCCCLXXXII. Die Veneris VII. Februarii, in Civitate Auſtriae, in ſtupha Conſilii, in pleno Conſilio juxta morem. Super eo, quod Dominus noſter Dominus Philippus de Alenconio Epiſcopus Sabinenſis, Cardinalis, & Patriarcha Aquilejenſis petiit ſibi conſilium dari per Commune Civitatenſe de modo tenendo & viâ, per quam contra Utinenſes & Colligatos, ſibi recuſantes obedire tamquam eorum proprio Domino, ut debent, & tenentur: idem Dominus noſter debeat ambulare, poſtquam manſuetudines in reducendo illos ad debitam obedientiam nullatenus proficiunt; deliberatum & definitum fuit, quod idem Dominus noſter ex parte Communis conſulatur, quod ipſe ſupplicet Domino noſtro Papae, ut contra ipſos Utinenſes, & alios recuſantes obedire praefato Domino noſtro Patriarchae & Cardinali, mittat proceſſus ſuos gravatos, ſicut Curia Romana ſciverit gravare; & quod etiam ipſe Dominus noſter Cardinalis & Patriarcha petat, & inducat Praelatos, Nobiles, & Communitates, qui ſunt ſibi audientes in praeſenti, ut ad ipſum Dominum noſtrum Papam ſuper hoc mittant Nuntios ſuos. Et quod Com-* B *munitas facere intendit & vult libenter ex latere ſuo quod poteſt. Et quod idem Dominus noſter utatur proceſſibus Papalibus, & etiam guerrâ utrimque, ſi fuerit opportunum. Verùm antequam ad guerram procedat, poſſe ſuum, & quantum poteſt, inquirat diligenter tam a ſuis fidelibus quam ab amicis, quo ſuo poſſe tunc penſato tunc novum fa-* C *ctum, novum conſilium. Praeterea dicatur etiam ipſi Domino Patriarchae, ut factum ſuum oſtendat aliis ſuis fidelibus, & conſilium petat ab eis, ſicut petiit a Communi, de via, & modo tenendo contra ipſos Utinenſes. Praeterea deliberatum fuit, quod ſi Dominus noſter praedictus peteret, cum quanto ſibi velit in guerra ſervire, ſu-* D *per hoc fiet generalis reſponſio & non ſpecialis. Et quod interim illi Deputati inquirant cum quanto Commune poteſt ſervire, & tunc relationem dent in Conſilio ſuo facto, novum conſilium &c.*

*Anno Domini MCCCLXXXII. die Jovis XIII. Menſis Februarii, in pleno Conſilio poſt prandium, definitum fuit, quod ex parte Communis Domino* E *noſtro conſulatur. Primo ſuper eo, quod Dominus requiſivit, utrum debeat pro-*

*poni in Parlamento de facienda unione inter fideles & ſubditos ſuos inſimul, & ſuper unione facienda cum aliquo Domino & amico, definitum fuit, quod dicatur Domino, quod aliqua Liga inter ſuos ſubditos & fideles non fiat de praeſenti pro honore ſuo, & pro meliori, ſed bene debeat requirere fideles ſuos, ut iterum debeant ſibi praeſtare fidelitatem. De facta, aut unione facienda cum aliquo extra Patriam, deliberatum fuit, quod dicatur Domino & conſulatur, ut debeat declarare cum quo debeat fieri iſta unio. Illâ declaratione facta, nova tunc fiat deliberatio. Secundo ſuper ambaſciata mittenda ad Dominum Papam in facto Domini..... & ſuper ambaſciata ad Dominum Ducem Auſtriae in facto prorogandarum treguarum, definitum fuit, quod conſulatur.* A B C *Et haec non proponatur in Parlamento, ſed in Conſilio Parlamenti, & quod omnino dictae ambaſciatae mittantur. Praeterea deliberatum fuit, quod de expenſis Ambaſciatorum cauſâ omnis Civitatis vel Civitatis non fiat aliqua difficultas. Tertio ſuper eo, ut deputentur per Parlamentum aliqui, qui habeant plenum arbitrium ſuper omnibus occurrentibus & tangentibus, ſtatutum & definitum fuit, quod conſulatur Domino noſtro, quod in Parlamento non proponat hujuſmodi deputationem, & quod haec deputatio non fiat pro nunc, ſalvo ſi guerra eſſet penitus ventura, tunc poterit idem Dominus noſter convocare Parlamentum, & illud proponere. Ultimo, quod in Parlamento audiantur relationes Ambaſciatorum Domini Regis Hungariae, & Dominae Reginae.*

## Epiſtola Caroli III. Regis Siciliae, quâ Cives & Commune Civitatis Utinenſis hortatur, ut obedientiam impendant Philippo de Alenconio Patriarchae. Anno Ch. 1382.

*Ex MSto Codice Communis Utinenſis.*

V*iri Nobiles, devoti cariſſimi. Reverend. in Chriſto patrem Dominum Patriarcham, Dei gratiâ Epiſcopum Sabinenſem, ſanctae Romanae Eccleſiae Cardinalem, dictum de Langonio, conſanguineum noſtrum cariſſimum, ex dignis conſiderationibus proſequentes ſincerae dilectionis affectu, adeo quod ipſius procuraremus honores & commoda, & evitaremus libenter quaelibet noxia detrimenta, propterea devotionem veſtram requirimus & hortamur, quatenus (conſiderantes, quod obedientiae virtus maximum donum conditionis humanae deſcribitur, ſicut inobedientia ab omnibus deteſtatur) velitis a quibuslibet inobedientiae & contradictionis actibus erga dictum Dominum Cardinalem deſi-* D E *ſtere, & ſibi & Officialibus ſuis tamquam Domino Civitatis ipſius, ut ponitur in his, in quibus rationabiliter tenemini & debetis, intendere & obedire velitis, quam vobis id erit ad profectum & commodum, nobiſque ad ſpeciale obſequium adſcribemus.*

*Datum Neapoli ſub annulo noſtro ſecreto, die XIV. Maji, Indictione V.*

*Poſt datum adjicimus, quod quidquid favoris & adſiſtentiae, ſeu forſitan in contrarium per Vos eidem Domino Cardinali impenſum fuerit, nobis proprie reputabimus factum fore.*

(a tergo.) *Nobilibus & prudentibus viris, Communi Civitatis Utinenſis, devotis noſtris cariſſimis, Karolus Rex Hieruſalem & Siciliae.*

Epiſtola

## Epiſtola Populi & Communis Florentiae, quâ hortatur Utinenſes, ut res & bona Johannis de Bardis Florentini ab Utinenſibus ablata & divendita, quòd partes Philippi de Alenconio ſequeretur, eidem Johanni reſtituant. Anno Ch. 1384.

*Ex MSto Communis Utinenſis.*

A *Mici cariſſimi. Jamdudum audivimus, vos malis, ut putamus, ſuggeſtionibus informati, propter diſcordiam, quam cum Reverendiſſimo patre noſtro, Domino de Alenconio Patriarcha Aquilejenſi &c. multa bona mobilia & immobilia Johannis olim Caſtronis de Bardis, dilectiſſimi Civis noſtri & fratrum, auctoritate publica diſtraxiſſe, ex eo quod praedicti Domini Patriarchae fautoribus adhaeret. Quo quidem audito ſumus multis reſpectibus admirati. Nam quod ipſe veſtrum Patrem & verum Antiſtitem ſequeretur, ſibi non* A *debuit ad culpam vel aliquod facinus imputari. Placeat igitur, bujuſmodi bona tam ei, quàm fratribus, quae ſine juſtâ cauſsâ, ut videmus, ablata ſunt, quae reperiuntur, facere reſtitui, & quae conſumta forent, reſtauratione debitâ reſarciri. Nam quum dictus Johannes & fratres Cives noſtri ſint, non poſſumus eis in tam manifeſta injuria juſtitiae debitum denegare.* B

*Datum Florentiae die XVIII. Februarii, VI. Indictione MCCCLXXXIV. Priores Artium, & Vexillifer Juſtitiae, Populi & Communis Florentiae.*

## Charta procurationis Nobilium de Ragonea ad ſacramentum fidelitatis praeſtandum Philippo de Alenconio Patriarchae. Anno Ch. 1385.

*Ex autographo Johannis Aylini de Maniaco.*

D *Ie XIII. Menſis Auguſti. Praeſentibus Nobilibus Dominis Johannino quondam Domini Nicoluſſii de Ragonea, Luchino quondam Domini Nobili de Maniaco, Bartholomaeo quondam Ser Thomaſii de Forgaria, Andrea dicto Andreino quondam Domini Floriti de Oſopio, Utini habitante, Johanne quondam Petri de Portu Naonis, Joſepho quondam Pellegrini de Tulmetio, teſtibus, & aliis pluribus; Nobiles Domini Zuttus quondam Domini Jacomuccii, Candidus quondam Domini Antii, Leonardus quondam Domini Nichili Prividucii, & Nicolaus Barboſſus quondam Ser Johannuti de Ragonea,* C *omnibus modis, via, jure & formâ, quibus melius & efficacius potuerunt, fecerunt & conſtituerunt, creaverunt & ordinaverunt Dominum Luſſium filium praedicti Ser Leonardi, ibidem praeſentem, & hoc mandatum ſponte in ſe ſuſcipientem, eorum certum Nuntium, actorem, factorem, ſyndicum & Procuratorem legitimum, pro ut melius & utilius de jure dici debet & poteſt, ad* D *promittendum cum ſacramento, promiſſionibus, clauſulis, & ſolemnitatibus quibuſcumque opportunis obedientiam, & debitam fidelitatem Reverendiſſimo in Chriſto patri, ac ſereniſſimo Principi & Domino, Domino Philippo de Alenconio,*

 nio,

*nio, divina miſeratione Epiſcopo Sabinenſi, ſanctae Romanae Eccleſiae Cardinali, ſanctaeque Sedis Aquilejenſis Eccleſiae Patriarchae digniſſimo. Et ad promittendum nominibus, ut ſupra, facere & exhibere praefato Domino noſtro, Domino Cardinali & Patriarchae honores debitos & reverentias, pro ut ſolitum eſt fieri & exhiberi anterioribus Aquilejenſis Eccleſiae Patriarchis, & pro ut & ſicut praefati conſtituentes obedire, facere & exhibere tenentur & debent. Item ad conſentiendum, firmandum, ratificandum, & approbandum, ſic & in quantum continet, ſeu continere poſſit praefatos, conſtituentes praedictos in omnibus & per totum, & in qualibet ſui parte ſententiam arbitrariam, latam & promulgatam per magnificum, illuſtrem, & excelſum Dominum, Dominum Franciſcum de Carraria, Paduae, Tarviſii &c. Dominum generalem, tamquam arbitrum, arbitratorem, & amicabilem compoſitorem, & concordialem amicum aſſumtum per partes inter praefatum Reverendiſſimum in Chriſto patrem, & ſereniſſimum Principem, & Dominum Cardinalem & Patriarcham praedictum, & Civitatem pro ſe & ſuis fidelibus, ſeu ipſius Domini noſtri Cardinalis & Patriarchae Syndicos & Procuratores ex parte una, & Utinenſes & eorum Collegatos, ſeu ipſorum Utinenſium & Collegatorum ſuorum Syndicos, Nuntios, & Procuratores parte ex altera, die Dominico ultimo Menſis Julii, proxime praeteriti, ſub Anno & Indictione praedictis, cum omnibus promiſſionibus bonorum ipſorum conſtituentium, & Communitatis praedictae obligationibus, poenarum adjectionibus, clauſulis, capitulis, particulis, & juris & facti * ſolemnitatibus quibuſcumque ad hoc neceſſariis & opportunis. Et ad recipiendum, ſic & in quantum fuerit expediens, & dicto Procuratori viſum fuerit expedire, promiſſionem a praedicto Domino noſtro Cardinali & Patriarcha, quod ſervabit praefatos conſtituentes in ſuis juribus & conſuetudinibus, in quibus ceteri Domini Patriarchae praedeceſſores ſui eoſdem conſtituentes conſervare conſueverint. Et generaliter ad faciendum omnia & ſingula, quae praedicti conſtituentes facere poſſent, ſi praeſentialiter intereſſent, & quae in praemiſſis & circa praemiſſa viſa fuerint utilia, neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna. Dantes de praeſenti dicti conſtituentes anteſcripto Syndico & Procuratori plenum & generale mandatum, plenam, liberam, & generalem adminiſtrationem cum plenaria poteſtate in omnibus & ſingulis ſupradictis adhaerentibus, emergentibus, dependentibus, & connexis. Promittentes mihi Notario infraſcripto, tamquam publicae perſonae ſtipulanti & recipienti &c. vel poſſit intereſſe ad praeſens & quomodolibet in futurum, ratum & gratum habere, tenere, adimplere, & obſervare omne totum & quidquid per ipſum Syndicum & Procuratorem in praemiſſis & circa praemiſſa, ac in dependentibus & connexis ab eodem actum fuerit, vel quomodolibet procuratum tam in damno quam in lucro, ad hoc obligantes omnia ſua bona praeſentia & futura.*

*Actum in Burgo Caſtri Ragoneae in Platea.*

Philippus

# Philippus de Alenconio Patriarcha Aquilejenſis concedit in feudum Oſcalco de Pulcinico quoſdam Manſos ſeu fundos emphyteuticos in Villa Fannae, ablatos Balthaſſari de Maniaco, rebelli ſuo. Anno Chriſti 1386.

A *PHilippus de Alenconio, miſeratione divina Epiſcopus Sabinenſis, ſanctae Romanae Eccleſiae Cardinalis, Patriarcha Aquilejenſis, Nobili Oſcalco, nato nobilis Andreae de Pulcinico, fideli noſtro dilecto ſalutem & gratiam noſtram. Attendentes grata & laudabilia ſervitia, quae progenitores tui temporibus retroactis, & Tu etiam Praedeceſſoribus noſtris Patriarchis, ac Nobis,* B *& Eccleſiae noſtrae Aquilejenſi impendiſtis, & quae per te & ſucceſſores tuos nobis, & ipſi Eccleſiae, ac Succeſſoribus noſtris impendi ſperamus in futurum, inducimur, ut tibi reddamur in exhibitione gratiae liberales. Sane rebellantibus nobis Utinenſibus cum eorum complicibus & ſequacibus, ac nobis obedientiam recuſantibus, contra eo-* C *rum fidem & proprium juramentum de fidelitate & obedientia nobis...... eos, qui omnes Vaſſalli ipſius noſtrae Eccleſiae exiſtunt obſervandis temere veniendo poſt debitam admonitionem antea per nos factam, quia in eorum malitiâ & obſtinatiâ permanebant, prout adhuc permanent, certos proceſſus noſtros contra omnes & ſingulos ſic nobis rebellantes* D *& inobedientes poſt maturam deliberationem duximus promulgandos, per quos omnes & ſingulos hujuſmodi nobis rebellantes & inobedientes, eorumque complices, ſequaces, fautores, & auxiliatores, ultra alias poenas in ipſis noſtris proceſſibus contentas, omnibus & ſingulis Feudis, habitantiis, miniſteriis, bonis, praerogativis, honoribus, & of-* E *ficiis, in quibuſcumque rebus conſiſtant, & quocumque nomine cenſeantur, quae a nobis, & Praedeceſſoribus noſtris, ac Aquilejenſi Eccleſia noſtra praedicta obtinebant, ipſo jure ſore privatos declaravimus & privavimus eiſdem, prout haec, & alia in ipſis noſtris proceſſibus latius continentur. Quum itaque, ſicut accepimus, Balthaſſarius de Maniaco, qui cum ipſis noſtris rebellibus ſe colligavit, & nobis etiam rebellavit, ab ipſa noſtra Eccleſia & Praedeceſſoribus noſtris tam ex ſe, quàm ex ſucceſſione Gaſparis fratris ſui in Villa de Fanna, & intra territorium dictae Villae, Manſos infraſcriptos, videlicet unum manſum, rectum per Nancium Jacobi de Marcheta, item unum manſum, rectum per heredes Jacobi de Marcheta, item unum manſum, rectum per Periſinum, item unum manſum, rectum per Pantha, item unum manſum, rectum per Nicolaum del Ben, item unum manſum, rectum per Zanonem, item unum manſum, rectum per Laurentium de la Anglata, item unum manſum, rectum per Bortholuſſium Johannis Deſder, & quaedam alia Livella & territoria, ſita in dicta Villa de Fanna, in feudum teneret, ex quibus per proceſſus noſtros hujuſmodi propter ejus rebellionem & felloniam privatus extitit, & ad ipſa obtinenda in poſterum ſe reddidit inhabilem & indignum: Nos praemiſſorum gratorum ſervitiorum & meritorum tuorum intuitu volentes tibi gratiam facere ſpecialem, hujuſmodi Manſos, ſuperius declaratos, cum livellis & territoriis quibuſcumque, quae idem Balthaſſarius intra territorium Villae de Fanna ab ipſa noſtra Eccleſia*

tam

*tam ex ſe, quàm ex ſucceſſione dicti Fratris ſui quovis modo obtinebat, de quibus privatus exſtitit, ut praefertur, Tibi pro te & heredibus tuis, a te ex recta linea in maſculo ſexu deſcendentibus, donamus & concedimus in Feudum, ac Te pro te, & heredibus tuis, ut praefertur, per fimbriam veſtimenti noſtri inveſtimus praeſentialiter de eiſdem cum ſuis juribus, & pertinentiis univerſis, noſtro & Eccleſiae noſtrae praedictae jure in omnibus ſemper ſalvo. Dantes tibi & concedentes tenore praeſentium, licentiam, auctoritatem, & poteſtatem hujuſmodi Manſos, livella, & territoria intrandi, & eorum poſſeſſionem & tenutam adipiſcendi & conſervandi, recognoſcendique & gubernandi, ac in feudum ab Eccleſia noſtra praedicta, & nobis, ac Succeſſoribus noſtris tenendi, & de ipſis omnimodam tuam voluntatem, abſque tamen alienatione ipſorum, a nobis, & Eccleſia, ac Succeſſoribus praedictis faciendâ; ita* A *tamen quod ſervitia, aut Cenſus, quae aut qui pro ipſis Manſis & territoriis, nobis & Eccleſiae noſtrae debentur, facere & ſolvere teneantur, prout hoc per fidem tuam facere promiſiſti. Quum verò de fidelitate & obedientia, quas Vaſſallus Domino ſuo facere tenetur, nobis praeſtitiſti debitum ſacramentum, idcirco univerſis & ſingulis Maſſariis,* B *colonis, & inquilinis dictorum Manſorum & territorii, ac omnibus aliis & ſingulis, quorum intereſt, praecipimus & mandamus, quatenus de fructibus, cenſibus, reditibus, & proventibus Manſorum & territorii hujuſmodi Tibi, & a te deputato, ac tuis heredibus, ut praefertur, reſpondeantur integraliter & completè, harum ſub noſtri appenſio-* C *ne ſigilli teſtimonio Literarum.*

*Datum Montisſilicis Paduanae dioeceſis, die V. Februarii, Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo Octuageſimo Sexto, Indictione IX.*

## Charta Induciarum inter Franciſcum de Carraria, ejuſque Confoederatos, & Civitatenſes ex una parte, & Nobiles de Pertiſtagno ac de Atens ſuperiori ex altera. Anno Ch. 1388.

*Ex apographo authentico penes Patrem Agricolam Agricola, Presbyterum Oratorii Utinenſis.*

NOs *Bartholomaeus de Zambonis, gentium Magnifici & excelſi Domini mei, Domini Franciſci de Carraria, Paduae &c. in Foro Julio exiſtentium Capitaneus generalis, Leo de Turrino Licentiatus in jure civili, Gaſtaldio, Proviſores, & Conſilium de Civitate Auſtriae, notum facimus univerſis, has literas inſpecturis, quod quum honorabilis vir Brunettus de Parma, habitans Savorgnani, nomine & vice Magnifici & excelſi Domini, Domini Franciſci de Carraria ſupradicti,* D *nec non vice, & nomine omnium & ſingulorum ejuſdem Magnifici Domini Colligatorum & adhaerentium, treguas feciſſent Nobilibus Viris Brunetto, Freſco, & Simone de Pertiſtagno, Petro Domini Benedicti, & Nicolao Domini Andreae de Atens ſuperiori, pro eis, eorum conſortibus, ſubditis & ſervitoribus, in praedictis locis de Atens &* E *de Pertiſtagno habitantibus uſque ad primam diem proxime futuri Menſis Julii incluſive, firmiter duraturas. Et verſa vice praedicti Nobiles Brunettus,*

*Freſcus,*

Freſcus, & Simon de Pertiſtagno, Petrus & Nicolaus de Atens ſuperiori, per eos, eorumque Conſortes, habitantes in praefatis locis de Atens ſuperiori & de Pertiſtagno, & per eorum ſervitores & ſubditos quoſcumque, ſimiliter treguas feciſſent honorabili viro Brunetto de Parma, recipienti nomine & vice ipſius Magnifici Domini, ejuſque quorumcumque adbaerentium & colligatorum uſque ad ipſam primam diem proxime futuri Menſis Julii incluſive duraturas, conventionibus & pactis ſub his, videlicet. Quod non receptent, nec debeant receptare ipſi Nobiles Brunettus, Freſcus, & Simon de Pertiſtagno, Petrus & Nicolaus de Atens ſuperiori, eorumque conſortes praedicti, eiſdem treguis durantibus, aliquas perſonas in loca & in domos eorum, ubi ipſi Nobiles habent poteſtatem, quae damnificent aliquas gentes praefati Magnifici Domini, Communitatis Civitatis Auſtriae, & quorumcumque adbaerentium & colligatorum, ſeu colligatos & adbaerentes ejuſdem Magnifici Domini, & Communitatis Civitatis Auſtriae praedictae. Et quod ipſi omnes & ſinguli adbaerentes & colligati ipſius Magnifici Domini, & Communitatis praedictae Civitatis Auſtriae, ſuorumque Collegatorum & adbaerentium ab eiſdem Nobilibus, ſuiſque conſortibus ſupradictis de Pertiſtagno, & de Atens ſuperiori, & a ſuis ſubditis & ſervitoribus, in perſonis & bonis debeant, ipſis treguis durantibus, tuti eſſe & ſecuri. Verſa vice praefati Nobiles Brunettus, Freſcus, & Simon de Pertiſtagno, Petrus & Nicolaus de Atens ſuperiori, eorumque conſortes in praefatis locis de Atens ſuperiori & de Pertiſtagno commorantes, & ipſorum ſervitores & ſubditi a gentibus ejuſdem Magnifici Domini, Communitatis Civitatis Auſtriae praedictae, & ſuorum collegatorum & adbaerentium, & ab ipſis collegatis & adbaerentibus debeant, ipſarum termino treguarum durante, ſimiliter tuti eſſe. Item quod ſi caſus daret, videlicet quod unus & plures de gentibus ejuſdem Magnifici Domini, Communitatis Civitatis Auſtriae praedictae, & quorumlibet ſuorum adbaerentium & colligatorum, & etiam aliqui ex colligatis & adbaerentibus praedictis, fortè fortunâ ſiniſtrante, fugarentur per aliquos aemulos, ſeu per aliquas gentes aliquorum aemulorum praefati Magnifici Domini & Communitatis praedictae Civitatis Auſtriae, & ſe ad loca, & in domos praefatorum Nobilium de Pertiſtagno, & de Atens ſuperiori vellent reducere, illum & illos tunc teneantur & debeant praefati Nobiles de Pertiſtagno, & de Atens ſuperiori ad loca & ad domum eorum acceptare ſemel & pluries, quoties fuerit opportunum, ita quod tuti & indemnes permaneant ipſi receptati & exiſtentes in fugâ, totis ipſorum Nobilium de Pertiſtagno & de Atens ſuperiori viribus atque poſſe. Item quod ipſi Nobiles, eorumque conſortes, ſervitores, ſubditi, familiares, Maſſarii, & mulieres non vadant, nec tranſeant, ipſis treguis durantibus, hos terminos & confines. Versùs partes ſuperiores de Sclavons ultra Natiſſam versùs Tulminum, nec versùs Deraut, & Maſarvalis ultra Crucem, & a Cruce de Guaſa, & versùs Civitatem Auſtriae versùs Campileum & Lacoſſinam, & Rivum Hilari, nec ultra Eccleſiam Sancti Donati versùs Civitatem Auſtriae, nec ultra Villam de Gruyatto versùs eamdem Civitatem Auſtriae, nec versùs Utinum tranſire alveum Turris Savorgnanum infra, deſuper verò Savorgnanum tranſire valeant Turrim, eundo Glemonam, & versùs Venzonum. Salvo tamen quod ipſorum Nobilium mulieres ire valeant, quò volunt, non portantes

*portantes victualia maritis, cum hoc tamen, quod ipſae eorum mulieres portare poſſint Utinum ferrum, paleas, carbones, & corticem piſtam, & de Utino referre poſſint ipſae mulieres quaecumque victualia ad Pertiſtagnum & ad Atens ſuperius. Nos itaque Capitaneus, Gaſtaldio, Proviſores, Conſilium, & Commune praedicti attendentes & conſiderantes treguas ipſas factas fore bono zelo, eaſdem treguas tenore praeſentium approbamus & firmamus. Pro-* A *mittentes eaſdem treguas per nos & noſtros firmiter obſervare, nolentes ipſos Nobiles, eorumque ſervitores, famulos, & ſubditos alicubi ultra confines & terminos ſupraſcriptos tutos fore; batum, quas fieri juſſimus, ſub noſtrorum impreſſione ſigillorum teſtimonio literarum.*

*Datum in Civitate Auſtriae die* B *XXVIII. Menſis Aprilis ſub Anno Domini MCCCLXXXVIII. Indictione XI.*

## Charta pactorum & conventionum concordiae initae inter Johannem Patriarcham Aquilejae & Utinenſes. Anno Chriſti 1389.

### *Ex authentico apographo apud Patrem Agricolam.*

*IN Chriſti nomine. Amen. Anno Nativitatis ejuſdem MCCCLXXXIX. Indictione XII. die X. Menſis Martii. Infraſcripta ſunt pacta & conventiones tractata & concluſa per generoſum Militem Dominum Gabrielem Aymo, inclitae Ducalis Dominationis Venetiarum ſolemnem Ambaſciatorem ad Reverendiſſimum in Chriſto Patrem & Dominum, Dominum Johannem, Dei gratiâ ſanctae Sedis Aquilejenſis digniſſimum Patriarcham, & ad Patriam Fori Julii, ſuper differentiis & controverſiis, quae erant inter praefatum Reverendiſſimum Dominum Patriarcham ex una parte, & Communitatem Terrae ſuae Utini per ſe & convicinos ſuos ex parte altera, prout per infraſcripta capitula evidenter continetur.*

*Primo, quod octo Cives, ſeu Syndici Communitatis Terrae Utini, per ſe & convicinos ſuos veniant ad praeſentiam praefati Reverendiſſimi Domini Patriarchae. Ubi flexis genibus poſtulent & requirant veniam & remiſſionem, ſi contra Paternitatem ſuam & honorem fecerunt, commiſerunt, aut tractaverunt* C *aliquid dicto vel facto, per quod putet ſe injuriatum, aut ſervitores ſuos ullo modo, forma, vel ingenio uſque in praeſentem diem. Et factâ dictâ reverentiâ & ſupplicatione per dictos Cives ſeu Syndicos nomine dictae Communitatis Utini, ex tunc ipſe Reverendiſſimus Dominus Patriarcha remittat dictae ſuae Communitati Utini, ac convicinis ſuis* D *omnem injuriam & offenſionem, in quibus & de quibus ipſe reputat ſe injuriatum quomodocumque uſque in praeſentem diem tam in ſe, quàm in ſervitores ſuos.*

*Quod, quum Communitas Terrae ſuae Utini tam pro ſe, quàm pro convicinis ſuis ſupplicaverit ſupradicto Reverendiſſimo Domino Patriarchae, Paternitas* E *ſua dignetur fieri facere jus & juſtitiam contra & adversùs omnes & ſingulos, quibuſcumque nominibus nuncupentur, qui fuerunt & erant in Societate, aut dederunt auxilium, conſilium, & favorem tempore perpetrationis homicidii commiſſi ita vituperoſe, crudeliter, & enormè in perſonam egregii & ſtrenui Militis Domini Federici de Savorgnano*

vorgnano in Utino. Ad quam petitionem reſpondetur per praefatum Dominum Patriarcham, quod in hoc & circa hoc ex defectu & culpâ eorum petitio hujuſmodi non eſt audienda. Sed quum ſereniſſima & excelſa Dominatio Venetiarum requiſierit praefatum Dominum Patriarcham, quod de morte praelibati Domini Federici, civis ſui dilectiſſimi, placeat ſuae reverendiſſimae Paternitati fieri facere jus & juſtitiam plenariam contra omnes & ſingulos culpabiles dictae mortis & exceſſus, reſpondet idem Dominus Patriarcha, & ſic promittit, quod ob reverentiam & amorem ſinceriſſimum, quem Ducalis Dominatio Venetiarum gerit ſuae Paternitati, paratus eſt facere jus & juſtitiam contra praedictos homicidas, quemlibet eorum, & mandare ſuo Mareſchalco aut Vicegerenti, aut aliis Officialibus ſuis, quod contra omnes & ſingulos culpabiles procedant, ſecundùm juſtitiae debitum, & conſuetudines Patriae Fori Julii.

Quod, quum idem Dominus Patriarcha teneat Caſtrum Savorgnani, & certa alia bona praefati olim Domini Federici, & conſortum ſuorum convicinorum dictae Communitatis, quae nunc ſpectant heredibus & filiis antedicti Domini Federici, & conſortibus ſuis, ſupplicetur reverenter, & devote ex parte dictae Communitatis praedicto Reverendiſſimo Domino Patriarchae, quatenus Paternitas ſua dignetur reſtituere praefatum Caſtrum Savorgnani, & omnia alia bona ei pertinentia & ſpectantia, quae per omnem modum tenet, praefatis heredibus & conſortibus olim dicti Federici. Ad quam verò ſupplicationem idem Reverendiſſimus Dominus Patriarcha reſpondet, quod paratus eſt ob reverentiam & contemplationem Ducalis Dominii Venetiarum, quod ſuper hoc Paternitatem ſuam rogavit, reſtituere heredibus praefatis & conſortibus olim dicti Domini Federici Caſtrum Savorgnani cum omnibus pertinentiis ſuis, & omnibus bonis dicto Caſtro ſpectantibus, & omnia alia bona ſua, & ipſos heredes inveſtire de novo de feudis bonorum de Sacillo. Verùm ad factum Galayti de Venzono contentatur ſimiliter reſtituere heredibus quondam Domini Federici, reſervato tamen jure ipſius Galayti ſuae Paternitati, & unicuique alteri perſonae, habenti jus in ipſo Galayto. Quod jus, quandocumque cognoſcatur, cognoſci debeat per laudum & ſententiam, & ſecundùm conſuetudines Patriae Fori Julii. Dummodo praefati heredes & conſortes quondam Domini Federici faciant promiſſionem Reverendo Patri Domino Fratri Auguſtino Ordinis Eremitarum, Electo Concordienſi, & provido viro Ser Johanni Antonio de Civitate Auſtriae de Ducatis duobus millibus auri, quos idem Reverendiſſimus Dominus Patriarcha expendidit pro recuperatione dicti Caſtri Savorgnani, vel dent bonas & ſufficientes fidejuſſiones praefatis Dominis Electo Concordienſi & Johanni Antonio, de ſolvendo dictos duo mille Ducatos in infraſcriptis terminis, videlicet Ducatos mille auri amodo uſque ad octavam diem Menſis Junii proximi venturi, & alios Ducatos mille pro completa & integra ſolutione dictorum duorum millium Ducatorum, uſque ad octavam diem Menſis Septembris proximi tunc venturi. Et ſic heredes & conſortes ſupradicti Domini Federici dederunt & praeſtiterunt bonas & ſufficientes plezarias & fidejuſſiones de ſolutione dictorum duorum millia Ducatorum, ut dictum eſt.

Quod ſua Reverendiſſima Paternitas dignetur accipere praefatam Communitatem ſuae Terrae Utini, & uxorem, filios, heredes, atque attinentes, & conſortes dicti Domini Federici & convicines dictae Communitatis, ad gratiam ſuam,

ſuam, & habere ipſos in juribus ſuis & antiquis conſuetudinibus Patriae, non compellendo aliquem de facto, ſed procedendo contra eos & quemlibet eorum per laudum & ſententiam, juxta ordines & mores Patriae Fori Julii. Ad quam petitionem praefatus Reverendiſſimus Dominus Patriarcha reſpondet, quod ſemper intentionis ſuae fuit & eſt, obſervare, ut ſuperius dictum eſt, & ita de novo obſervare promittit, ut ſupra ſupplicatur.

Communitas praefata Terrae Utini promittit ſuae Reverendiſſimae Paternitati, eſſe fideles & obedientes, ut tenentur, & conſervare praefatum Reverendiſſimum Dominum Patriarcham circa honores, jura, & juriſdictiones ſuas juxta ritum, ordinem, & mandatum ſanctae Aquilejenſis Eccleſiae, & in aliquo non contrafacere vel venire ullo modo vel ingenio.

Quod illi, qui ſunt extra Terram Utini, qui inculpati fuerunt per manifeſtationem & confeſſionem Hieronymi quondam Albricci de Utino, ſciviſſe de tractatu mortis praefati Domini Federici, poſſint reverti Utinum, quandocumque placebit ſuae Reverendiſſimae Paternitati. Ad quae praelibata Communitas Utini reſpondet, quod de hoc ſunt contenti, quod ad beneplacitum praefati Domini Patriarchae revertantur, & poſſint reverti, recommendando Reverendiſſimae Paternitati ſuae tranquillum, quietum, & bonum ſtatum dictae Communitatis ſuae Utini.

Et ultimo quod illi de numero illorum viginti quatuor, qui creati fuerunt per ipſum Dominum Patriarcham, & deputati ad Conſilium Terrae Utini, qui ad praeſens ſunt in dicto Conſilio, remaneant ad dictum Conſilium, cum additione & electione facta dicto Conſilio per ipſam Communitatem Utini uſque ad Feſtum Sancti Michaëlis proximi venturi, & ab inde in antea dicta Communitas Utini eligat & faciat Conſilium juxta mores & antiquas eorum conſuetudines.

Quae omnia & ſingula in ſupraſcriptis capitulis contenta, & quaelibet ipſorum lecta, publicata, & per praefatum Reverendiſſimum Patriarcham confirmata, & conceſſa fuerunt ſupraſcriptis Milleſimo, Indictione, & Die in Patriarchali Palatio Civitatis Auſtriae, praeſentibus Reverendo patre Domino Fratre Auguſtino Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, nunc Electo Concordienſi, ſtrenuo Milite Domino Ludovico Comite de Porcileis, venerabili viro Domino Marquardo Decretorum Doctore, Reverendiſſimi Domini Patriarchae Vicario in ſpiritualibus deputato, Nicolao Zontini quondam Bencivegni de Venetiis, Jacobo de Cornea Notario Communitatis Utini, & aliis pluribus audientibus, & ſupraſcripta omnia & ſingula intelligentibus. Quae omnia & ſingula, in ſupradictis capitulis contenta, praelibatus Reverendiſſimus Dominus Patriarcha promiſit firmiter obſervare & adimplere; & e converſo praelibata Communitas Terrae Utini promiſerunt inviolabiliter obſervare, tenere, & adimplere.

Et ego Odoricus de Robabellis quondam S. Johannis, incliti Ducalis Dominii Venetiarum Notarius ac Civis, habitator Venetiarum, his omnibus & ſingulis interfui, & de mandato praefati Reverendiſſimi Domini Patriarchae, ac de conſenſu & voluntate praelibatae Communitatis Utini ſcripſi, legi, & publicavi.

# DE ASSUMTA
## A CIVITATIBUS ITALICIS
# REIPUBLICAE FORMA,
## ATQUE
# ORIGINE LIBERTATIS
## IN IIS.
# DISSERTATIO
## QUADRAGESIMAQUINCTA.

# DISSERTATIO
## QUADRAGESIMAQUINCTA.

QUicunque in Hiſtoria veteri aliquantulum verſatus eſt, aut ad ea, quae in ſuperioribus Diſſertationibus ego attuli, animum adjecit, probe novit, Italicas Urbes (ſi Romano Pontifici loca ſubjecta excipias) regnantibus Langobardis & Francis Regibus, multiſque etiam deinde annis, ſingulas *Comiti* aut *Caſtaldio* ſuo paruiſſe, qui praeter alios Magiſtratus minores loco Regis militiam regebat, atque juſtitiam ſubjectae genti miniſtrabat. *Marchionibus* verò, ſive *Ducibus*, quibus in deſignatas Provincias, aut Marchias, ſive Ducatus, jus tribuebatur a Regibus, ſubfuiſſe eoſdem Comites. Rurſus idem norit, pleraſque ex hiſce Urbibus Seculo XII. Reipublicae formam ac regimen aſſumſiſſe, foedera iniiſſe, bella geſſiſſe, uno verbo cetera peregiſſe, quae ad liberas, ſuique juris Urbes pertinent. Tanta rerum metamorphoſis, ex qua attenuata non parum fuit Regia, ſive Imperialis auctoritas, unde originem duxerit, quove tempore coeperit, ſi quiſquam ſciſcitetur, obſcuram quidem rem ſed rem magni momenti, immo maximi ad Hiſtoriam Italicam, ideoque minime negligendam, poſcat. Ego quid lucis inter tenebras ex veterum Scriptorum, ac monumentorum inopia offuſas detexiſſe mihi ſum viſus, paucis nunc indicabo. Clariſſimum Mutinenſis Urbis ornamentum Sigonius Lib. 10 de Regno Italiae, ad Annum Chriſti MCVI. cenſuit, ſub Henrico inter Reges V. inter Imperatores Quarto, qui eodem Anno, ſublato patre, tutius regnare coepit, ſtatuenda eſſe primordia Italicae Libertatis. *Imperium inde*, ait ille, *Henrici filii novum quaſi ſtabiliendae Libertatis ac dominationis initium ab Italicis ipſis eſt habitum. Nam hoc imperante Mediolanenſes, atque adeo etiam eorum exemplo alii, Libertate luxuriantes, ac Regis arma deſpicientes, controverſias, quae Regis ante componi ſententiâ conſueverant, armis diſceptare inſtituerunt, atque ad hanc rationem ſuam ſinguli Rempublicam contulerunt.* Ita Sigonius: cujus ſententiae ſua fundamenta non deſunt; nam revera, uti infra conſtabit, tunc in Libertatem acrius atque copioſius aſſurrexere Populi Italici, ac praecipuè Lombardi. Mihi tamen liceat quaedam rudimenta atque veſtigia arreptae auctoritatis longe ante ipſum Henricum prodere: neque enim Civitates repentinâ ſeditione, ſed moderato gradu eò devenere, ut ſibi plenam Libertatem, dominationemque tandem adſciverint. Uſque ad mortem Ottonis II. Auguſti, hoc eſt, uſque ad Annum DCCCCLXXXIII. in officio ſeſe continuere Italici Regni Proceres,

& Urbes,

& Urbes. Regiis, aut Auguſtalibus Praefectis aſſueta gens parere, quem concordia vota in eligendo, aut ſucceſſionis jus, aut belli fortuna Regem conſtituebant, hunc reverebantur; & ſi qui interdum Epiſcopi, Marchiones, aut Comites nova moliti ſunt, aut in apertam rebellionem erupere, armis & vi meliora amplecti conſilia coacti ſunt. Impuberem poſt ſe filium, Ottonem III. videlicet, reliquit Otto II. Si fides brevi Chronico Regum Italiae, quod Tomo 2. Anecdotor. pag. 204. evulgavi *, *defuncto Secundo Ottone, fuit tunc Regnum ſine Rege, Annos V. & Menſes IX.* Profectò diuturnum hujuſmodi Interregnum, atque Ottonis III. tandem ad Regnum aſſumti imbecillis aetas, ejus non brevis abſentia ab Italico caelo, in cauſa mihi fuiſſe videntur, cur Civitates aliquae in Italia tum coeperint attollere caput, ac meditari conſilia Libertatis. Et in ea quidem tempora conjiciendos puto Mediolanenſis Urbis funeſtos motus. Teſte Arnulpho in Hiſtor. Mediolanenſi Lib. primo Cap. 10. Tomo IV. Rer. Italicarum **, Landulphus Mediolanenſis Archiepiſcopus (is Anno DCCCCLXXVIII. conſecratus, Anno DCCCCXCVII. finem vivendi fecit) *propter nimiam patris ac fratris inſolentiam, gravem Populi perpeſſus eſt invidentiam: inſtabant enim prae ſolito Civitatis abuti Dominio.* Urbis dominatio temporibus iis apud Archiepiſcopum fuiſſe videtur e conceſſione Ottonum Caeſarum. *Unde Cives indignati una ſeſe conjuratione ſtrinxerunt. Inde civilis ſeditio, ac partium eſt facta diviſio. Quibus continue rixantibus, grande commiſſum eſt in Urbe certamen.* Tum Praeſul cum fratribus ſolum vertere coactus eſt. *Iterum autem collecto ex diverſis partibus agmine, conflixit eiſdem cum Civibus in Campo Carbonariae, ubi facta eſt plurima caedes utrinque.* Victoria ſtetit a Populo; ſed pax tandem odia diſſolvit, atque inter diſſentientes foedus ſucceſſit. Viden' heic Mediolanenſem Populum aliquam jam ſpeciem dominationis arripere, ac proelia inire excuſſo Archiepiſcopi imperio, quem tamen eidem praefecerant Auguſti? Haec veſtigia naſcentis Libertatis.

Sed ubi confirmatâ aetate in Italiam deſcendit Otto III. Rex, poſtea Imperator, ad antiquum ordinem ac regimen cuncti rediere. Anno deinde MII. quum nullam prolem poſt ſe Otto III. moriens reliquiſſet, multique ex Italicis Principibus contenderent, ex ſuâ, non autem ex Germanicâ gente, Regem Italiae deligendum: tunc inter Magnates ac Populos Italicos grave ſchiſma invaluit, hinc Arduino Eporediae Marchione Rege conſalutato, inde Henrico II. Germaniae Rege ad eandem coronam adſcito. Diſcordem hunc animorum motum conſequuta ſunt bella, praedae, ac incendia. Tandem Arduino dejecto, Henricus piiſſimus Caeſar Regnum pacifice tenuit. Eâ igitur occaſione coepere, ut puto, Italici majora cogitare, ſibique plus tribuere, quàm antea licuiſſet. Ticinum Anno MXIV. profectus Henricus, & comiter exceptus, Populum deinde tumultuantem, immo rebellantem ſenſit: quae res non levem Civium eorum caedem, ipſiuſque Urbis teterrimum incendium peperit. *Domitâ Papiâ*, inquit Adelboldus Epiſcopus in Vita Sancti Henrici, *tota*

* Nobis T. XI. P. 3. pag. 171.
** Edit. Mediolan.

*ta concutitur Italia. Civitates, ad quas Rex nondum venerat, obſides ultro tranſmittunt, fidemque debitam per ſacramenta promittunt.* Indignati Cives Ticinenſes iram continuere uſque ad ſancti Imperatoris obitum: quo audito, furore conciti Regium Palatium, potiſſimum antea Ticinenſis Urbis decus, flammis dedere, atque ab imis fundamentis dejecere. Aegre tulit hujuſmodi injuriam Conradus Henrici ſucceſſor, Anno MXXIV. electus; & quamquam, ut Wippo in ejus Vita tradit, ad ejus coronationem *Ticinenſium Legati adeſſent, cum muneribus & amicis molientes, ut Regem pro offenſione Civium placarent, id adipiſci a Rege nullo modo valuerunt*. Tum eodem Hiſtorico teſte in Italiam ingreſſus. *Papienſes in gratiam recipere noluit; eorum verò Urbem, quoniam valde populoſa fuit, ſubitò capere non potuit; per biennium tamen omnes Ticinenſes afflixit*. Haec utique Ticinenſium acta ſi rebellionis nomine notare velis, certe per me liceat: nihilominus hinc ſatis elucet, jam tum eos Cives dominationem arripuiſſe; ceteras verò Civitates, quae ut ſupra vidimus, *obſides tranſmiſere* ad Henricum Auguſtum, aliquam Reipublicae formam praetuliſſe. Teſtibus etiam Annalibus Piſanis, Tomo VI. Rer. Italicarum, jam Anno MII. & MIV. *Piſani vicerunt Lucenſes*. Anno MVI. *Piſani & Januenſes devicerunt Sardineam*. Mitto cetera, e quibus facile intelligas, Tuſciae Populos, & Genuenſes eo etiam Seculo ita fuiſſe compoſitos, ut aliquâ ſaltem Libertate fruerentur. Verùm iis Annalibus, utpote ſerius quàm vellem conſcriptis, neſcio an ſit penitus fidendum. Quod mihi certum videtur. Anno MLXXXI. Piſana Civitas pacta compoſuit cum

A Henrico IV. Germaniae ac Italiae Rege, quae Ughellius Tomo 3. Ital. Sacr. in Archiepiſcop. Piſanis evulgavit. Multa ibi occurrunt, in hanc rem attente conſideranda. Illud verò in primis, quod Henricus ipſe pollicetur, inquiens: *Nec Marchionem aliquem in Tuſciam mittemus ſine laudatione hominum duodecim Electorum in*
B *colloquio facto ſonantibus campanis*. Haec indicant, jam conſtituta Conſilia Populi Piſani, eiſque multum auctoritatis conlatum fuiſſe. Incertus ſum de tempore, quo pronuntiatus fuit Sermo, quem memini me olim legere in Codice MSto Ambroſianae Bibliothecae, ſub Literâ Q num. 283. in folio. Is Inſcribitur: *Sermo*
C *Domni Uberti venerabilis Abbatis*. Eſt autem exhortatio ad virtutes. Praecedit haec praefatio: *Non eſt bonum notam praeſumtionis incurrere: ſed pejus eſt. patris amici precibus non obaudire. Altero quippe fama minuitur; verùm altero quippe Caritas laeditur &c. Rogatus igitur, ut Sermonem, quem imperante Reverentiſſimo Domino ac Patre*
D *noſtro Archiepiſcopo ſanctae Mediolanenſis Eccleſiae B. Teclae habuimus, ſcripto mandarem, licèt diffidam de ingenio, tamen de Caritatis auxilio, cujus hoc opus eſt, praeſumens, amico morem gerere non abnuo. Nuper igitur in praefata Baſilica nobis reſidentibus, viſâ tam praeclarâ & ordinata filiorum Levi multitudine, competenter occurrit di-*
E *cendum illud Principis Apoſtolorum:* „ Vos autem genus electum „ &c. Illic autem haec praecipue verba ſunt animadvertenda, ad Mediolanenſem Populum ſpectantia: *Tu ſupplantare quaeris Cremonenſem, ſubvertere Papienſem, delere Novarienſem. Manus tua contra omnes, & manus omnium contra te &c. O quando erit illa dies, ut dicat Papienſis Mediolanenſi:*

*Populus*

*Populus tuus Populus meus. Cremenſis Cremonenſi: Civitas tua Civitas mea &c.* Quo tempore habitus fuerit prolixus hic Sermo, decernere nequaquam auſim. Sunt quae indicare videantur, circiter Annum MXX. ſiquidem ante Sermonem iſta leguntur: *Haec minuta laboris ſui mittit in gazophylacium Sancti Ambroſii devotio Pauli & Gebehardi, obſecrans gratiſſimam Karitatem tuam, fideliſſime cuſtos Martine, ut eorum in orationibus memoriam digneris frequentare, & fratres vice ipſorum ſalutare.* Uti ex Puricellio & ex Mabillonio in Muſeo Italico conſtat, Paulus & Gebehardus Presbyteri circiter Annum MXX. Mediolani floruere. Attamen dubius ſum, an eorum verba Sermonem ſubſequentem reſpiciant, & nihil de ipſius Sermonis, & Huberti Abbatis tempore affirmandum duco. Quod ſi tempeſtate illâ hic fuerit pronuntiatus, jam haberemus, Rempublicam Mediolanenſem ſub exordium Seculi a Chriſto nato Undecimi conſtitutam. Arnulphus Mediolanenſis nuper laudatus Lib. 2. Cap. 7. ſcribit, Conrado I. imperante, preſſam fuiſſe obſidione Laudenſem Urbem ab Heriberto Archiepiſcopo & copiis Mediolanenſium, civeſque coactos fuiſſe accipere novum Epiſcopum: *Ab illo tempore inter Mediolanenſes atque Laudenſes implacabile viguit odium, unde poſtea per multa annorum curricula praedas & incendia, caedeſque alternant innumeras.* En Populum circiter Annum MXXVIII. bella gerentem adversùs alterum, ſcilicet auctoritatis & Libertatis indicium.

Hiſce adde quae ſub eodem Conrado apud Inſubres peracta ſubinde fuere. Sigebertus Gemblacenſis in Chronico ad Annum MXXXIX. Auguſtum hunc in Italiam rediiſſe ſcribit, *quia omnes Longobardi conjuraverant, ut non paterentur quemlibet Dominum, qui aliud quàm ipſi vellent, contra ſe ageret.* Propterea Heribertus Mediolanenſis Antiſtes ipſius Conradi juſſu carceri datus eſt; ſed inde ſagaciſſime elapſus, Mediolanenſes Cives ad arma convertit, & Auguſto irato fortiter obſtitit. Iſta quidem non Anno MXXXIX. ut Sigebertus refert, ſed Anno MXXXVII. contigere, ut auctor eſt Wippo ſynchronus Scriptor; & in ſubſequentes duos annos eadem perturbatio deducta eſt, fruſtra per Imperatorem Mediolanenſis Urbis obſidione tentatâ. Diſſidii ac belli hujus luculentam mentionem habes apud Landulphum ſeniorem, & Arnulphum, Scriptores Mediolanenſes illius Saeculi, Tomo IV. Collectionis Rer. Italicarum. Excogitare haec non poſſumus, quin ſimul intelligamus, tunc a Mediolanenſibus ſuſceptam aliquam Reipublicae formam, cui tanquam caput Archiepiſcopus praefuerit; Magiſtratus verò Imperiales expulſos, novos verò e Civibus adlectos, qui jus redderent, & militares copias pro rerum neceſſitate ductarent. Paria quoque molitos fuiſſe Cives Cremonenſes, ex Diplomate ejuſdem Conradi apud Ughellium in Vita Hubaldi Epiſcopi Cremonenſis compertum habeo. At e vivis erepto Conrado Auguſto filius ejus Henricus inter Reges Tertius Anno eodem MXXXIX. ſucceſſit, ad quem Chronographo Saxone teſte e veſtigio convolans Heribertus Archiepiſcopus, *de controverſia ſua, quam contra Caeſarem exercuit, ſatisfaciens, interventu Procerum gratiam Regalem recepit, rurſuſque juramento pacem ſervaturum affirmans, patriam remeavit.* In *Pacis foederibus* tunc ſtabilitis inter Henricum III. & Me-

& Mediolanenſes, poſſit quidquam opinari, illud praecipue decretum fuiſſe, ut Regales ſive Imperiales Magiſtratus in Urbe reſtituerentur. Et ſane hanc in rem proditum volo gratiſſimum mihi geminum antiquitatis monumentum, nempe duo Placita Mediolani habita Anno MXLV. e quibus intelligas, qui tum Civitati praeclariſſimae Regis vice praeeſſet. Fortaſſis etiam Regius Praefectus Mediolanenſibus redditus eſt, tantummodo poſt extinctum bellum civile Mediolanenſium Anno MXLI. inchoatum. Tunc enim Henricum cogitaſſe, quomodo *Urbem Mediolanenſium ſuis poſſet imperiis reintegrare*, tradit Landulphus ſenior Hiſtoricus Mediolanenſis Lib. 2. Cap. 26. Accedit, quod auctoritas Heriberti Archiepiſcopi etiam in temporali dominatione Mediolanenſis Urbis magnifica fuit, ita ut is ex Auguſtorum Privilegio Comes & Rector Civitatis fuiſſe videatur. At is morte ſublatus Anno MXLV. Januario decurrente, non verò Anno MXLVI. uti Puricellius contendit, locum novis Magiſtratibus ab Henrico III. Rege adlectis feciſſe credendus eſt. Animadvertenda etiam, quae idem Landulphus tradit Lib. 3. cap. 2. nempe Mediolanenſes *aliquantis diebus poſt praeclariſſimi Heriberti deceſſum*, hoc eſt, Februario Menſe Anni MXLV. Legatos miſiſſe *ad Imperatorem Henricum, qui noviter ſurrexerat, noviterque Populum ipſum a Majorum* (ideſt Nobilium) *manibus liberaverat*. Haec produnt, Mediolanenſem Populum *noviter*, hoc eſt, non ita multo ante ad officium rediiſſe, atque Henrici Auguſti Magiſtratibus ſeſe ſubjeciſſe. Chartae verò iſtae deſcriptae fuerunt ex autographis exiſtentibus in Archivo inſigni Collegii Canonicorum Baſilicae Ambroſianae Mediolanenſis.

## Placitum Mediolani habitum ab Azone Marchione, ejus Urbis Comite, ubi Canonicis Baſilicae Ambroſianae tutela conceditur pro fundo Axiliano, Anno 1045.

*DUm in Dei nomine, Civitate Mediolani, in laubia ſolario proprias habitationis Arioaldi Judex, per ejus data licentia in judicio adeſſet* DOMNUS AZO MARCHIO, ET COMES ISTIUS CIVITATIS, *ſingulorum hominum juſtitiam faciendam ac deliberandam, reſidentibus cum eo ſupraſcripto Arioaldus, Jonam, Amizo, Waldo, qui & Lanzo, Richardus...., Arduinus, Ariprandus, Lanfrancus, Petrus, Judices ſacri Palatii, Lanzo, Benno germanis, Adelbertus de Paviava, Armanus, Benno, Vaſſalli de ſupraſcripto* MARCHIO, *& reliqui pluris: ibique eorum venerunt preſentia Petrus & Ambroſius Presbiteris de ordine Decomanorum ſancte Mediolanenſis Eccleſie, Officiale Baſilice beati Chriſti Confeſſoris Ambroſii, ubi ejus ſanctum quieſcit Corpus, una cum Petrus Avocato eorum, ceperunt dicere adverſus* DOMNUS AZO MARCHIO: Nos volumus, ut Vos ſuper nos, & ſuper res illas, quae rejacet in loco & fundo Axiliano, vel in ejus territorio, qui fuerunt jure quondam Arderici, mittatis bannum, cum legitime eſſe poteſt. *Tunc ibi locum in eodem judicio miſit eodem* DOMNUS AZO MARCHIO *bannum ſuper eoſdem Presbiteris & Petro Avocato eorum,*

A *rum, & eiſdem rebus, ut nullus quiſlibet homo de eiſdem rebus ſine legali judicio deveſtire audeat: Eccleſia ipſa Sancti Ambroſii, ſe compoſiturum agnoſcat mille Mancuſos aurei, medietatem Camere Domni Regis, & medietatem pars ipſius Eccleſie Sancti Ambroſii. Et finita eſt cauſa. Acta notitia pro ſecuritatem eorum Presbiteris & Petro Avocato eorum fieri admonuerunt. Quidem & ego, qui ſupra Ardericus Notarius ex juſſione ſupraſcripto* MARCHIO, *& Judici amunitione ſcripſi, Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti Milleſimo Quadrageſimo Quinto, Menſe November, Indictione Quartadecima.*

*Signum ſupraſcripti* DOMNI AZONI MARCHIO, *qui hoc ſignum fecit, & interſuit.*

*Arioaldus Judex interſui.*

*Ego Waldo, qui & Lanzo, Judex ſacri Palatii interſui.*

*Ego Lanfrancus Judex ſacri Palatii*
B *interſui.*

*Jonam Judex interſui.*

*Ariprandus Judex interſui.*

*Petrus Judex interſui.*

*Arduinus Judex interſui.*

*Ricardus Judex interſui.*

*Ego qui ſupra Ardericus Notarius ſcripſi & interſui.*

## Alterum Placitum Mediolani ab eodem Azone Marchione habitum ipsâ de cauſâ, Anno 1045.

D*Um in Dei nomine, Civitate Mediolani, in laubia ſolario propria abitationis Arioaldi Judex, per ejus data licentia, in judicio adeſſet* DOMNUS AZO MARCHIO ET COMES *iſtius Civitatis, ſingulorum hominum juſtitiam faciendam ac deliberandam: reſidentibus cum eo Arioaldus, Amizo, Lanfrancus, Waldo qui & Lanzo, item Lanfrancus, Richardus, Ariprandus, Petrus, Teudaldus, Judices ſacri Palatii, Lanzo, Adilbertus, Arnaldus de Maderniano, Gandulfus, Adam germanis, Johannes, & Albericus, Buro, Landulphus filius Raimberti, Geroinus, & Aldo germanis, Remedius, Azo, Rolandus, & reliqui plures; ibique eorum veniens preſentia Petrus Presbiter de Ordine Decomanorum ſancte Mediolanenſis Eccleſie, Officiale Baſilice Sancti Ambroſii, qui dicitur ad Corpus, & filius quondam Ariverti de iſta Civitate, una cum Adam Avocato ſuo, ceperunt dicere:* Abemus & detinemus ad
C proprietatem iſta Eccleſia ipſius Sancti Ambroſii rebus illis omnibus, quibus ſunt poſitis in loco & fundo Axiliano, & in ejus territorio, qui fuerunt juris quondam Ardericus. Et ſi quiſlibet homo adversùs nos, & ad partem iſtam Eccleſia aliquid dicere vult, paratus ſum cum eo exinde ad ratione ſtandum, & legiptime
D finiendum. Et quod plus eſt, querimus, ut dicat exinde iſte Ariprandùs, qui hìc preſens eſt, ſi eadem res, quam ſupra nominavimus, propria iſta Eccleſia eſt, aut ſi contradicere aut ſubtrahere querat, an non. *Cum ipſe Petrus Presbiter, & Adam Avocato ſuo taliter retuliſſent, ad hec reſpondens ipſe Ariprandus dixit, &*
E *profeſſus eſt:* Verè eaſdem res, quas ſupra denominaſtis, proprias de eaſdem Eccleſia ſunt: & ego contrâdicere aut ſubtrahere non quero; nec mihi ad habendum, nec requirendum nihil pertinet, nec pertinere

debet

debet cum lege, pro eo quod exinde nullum ſcriptum, nullam firmitatem, nullamque rationem habeo, nec habere poſſo. Set, ut dixi, proprias eaſdem Eccleſia ſunt, & eſſe debent cum lege. *Et reſpondit ſe ipſe Ariprandus, vel ſuos eredes, ut ſi unquam in tempore de praedictas res agere aut cauſare vel removere preſumpſerint per ſe, aut ſua ſumittente perſona, & taciti & contempti exinde non permanſerint, vel ſi apparuerit ullum datum aut factum, vel colibet ſcriptum*, quod nos exinde in alia parte claruerit, tunc componere promitto dubla eaſdem res, ſicut pro tempore fuerit melioratas, aut valuerit per extimatione in conſimile locas; inſuper pena argenti denarios bonos Libras centum. *His actis & manifeſtatio, ut ſupra factum, rectum eorum judicium & auditoribus paruit eſſe: & judicaverunt, & juſta eorum profeſſione & manifeſtatione, ut ipſe Petrus Presbiter cum Adam Avocato ſuo abeant & teneant ad proprietatem predicta Eccleſia Sancti Ambroſii eaſdem res; & ipſe Ariprandus & ſuos heredes maneant exinde omni tempore taciti & contempti. Et finita eſt cauſa. Et acta notitia pro ſecuritate eorum Petri Presbitero, & Adam Avocato ſuo fieri admonuerunt. Quidem & ego Ardericus Notarius ex juſſione ſupraſcripto* MARCHIO, *& Judici amunicione ſcripſi, Anno ab Incarnacione Domini noſtri Jeſu Chriſti Milleximo Quadrageximo Quinto, Menſe November, Indictione Quartadecima.*

✠ *Signum ſupraſcripto* DOMNI AZONI MARCHIO, *qui hoc ſignum Crucis fecit, & interfuit.*

✠ *Arioaldus Judex interfui & ſubſcripſi.*

✠ *Ego Waldo, qui & Lanzo, Judex ſacri Palatii interfui.*

✠ *Richardus Judex interfui.*

✠ *Ego Lanfrancus ſummus Judex ſacri Palatii interfui.*

✠ *Ariprandus Judex interfui.*

✠ *Petrus Judex interfui.*

✠ *Ego qui ſupra Ardericus Notarius ſcripſi & interfui.*

Evulgaveram ego Par. I. Cap. *6.* Antiquitatum Eſtenſium Chartam, ex Archivo Eſtenſi depromtam, in qua Anno MCLXXXIV. Fridericus I. Imperator *inveſtivit Marchionem Obizonem de Heſt de Marchia Genuae, & de Marchia Mediolani, & de omni eo, quod Marchio Azzo habuit & tenuit ab Imperio.* Inde verò deducebam ego, celeberrimum *Azzonem Marchionem*, propagatorem minime dubium Regiae Brunſvicenſis Familiae in magna Britannia imperantis, & Ducalis Eſtenſis Familiae Mutinae &c. dominantis, ſimulque illius majores, *Azzonem I. Marchionem*, *Obertum Marchionem*, *ſacri Palatii Comitem*, atque alios ejuſdem proſapiae, Mediolanenſi olim Marchiae praefectos fuiſſe. Verùm, quod eſt ad ipſum *Azzonem II. Marchionem*, nihil ex antiquitate mihi ſuccurrebat, quo rem luculentius confirmarem. En ut Anno MXLV. Regiae Praefecturae munere Mediolani fungebatur *Azo Marchio & Comes iſtius Civitatis*. Pari modo etiam occurrunt Marchiones Tuſciae olim, qui ſimul Civitatis Lucenſis Comites erant, & ad Annum DCCCC. alibi vidimus *Sigefredum Comitem Palatii, & Comitem Comitatus Mediolanenſis*. Quare vix ullus in poſterum dubitationi locus eſt futurus, quin & Obizonis Marchionis Eſtenſis Avus *Azzo II. Marchio*, Civitati Mediolanenſi praefuerit. Quandiu Azzo Marchio ſplendidiſſimam Urbem illam Regio no-

mine gubernarit, & quandiu ibi reliqui Regales Magiſtratus ſubſtiterint, minime compertum habeo. Eos cedere coactos fuiſſe, ſtatim ut Henrici III. ſupra memorati mors evulgata eſt, mihi perquam veriſimile videtur ex eis, quae Arnulphus Mediolanenſis Auctor aequalis in ſua Hiſtoria habet Lib. 3. Cap. 6. Tomi IV. Rer. Italicarum. Poſtquam enim ſcripſit *Regnante infantia* Henrici IV. Regis; Ticinenſes aſpernatos fuiſſe Epiſcopum ſibi datum, ſubinde haec addit: *His diebus inter ipſos* (Papienſes) *& Mediolanenſes de cauſſis civilibus emergit diſcordia &c. Inde erat, quod ſibi rependebant ad invicem caedes praedas, & incendia, nec non & latrocinia. Factum eſt autem, ut Papienſes, dum inferiores eſſent, conductis aliunde pretio legionibus ad devaſtandos Mediolanenſium fines accederent. Mediolanenſes verò, confoederatis ſibi Laudenſibus, in illos inſurgerent. Conveniunt utraeque in campis acies ordinatis agminibus, vexilla in ſublime ferentes. Fit vehemens partium in ſeſe concurſus: bacchantur certando diutius; divertunt tamdem Papienſes a bello, adverſariis inſequentibus illos a tergo. Fit ſtrages immenſa Nobilium equitum &c.* Haec legens, vix falli me poſſe puto, ſi dixero, heic aperte cerni immutatam regiminis formam inter Galliae Ciſalpinae Populos, eoſque ſpeciem non obſcuram jam vendicatae Libertatis praeferre. Nulla heic mentio Marchionis, nulla Comitum. Populi ipſi inſtructis aciebus *bella* inter ſe gerunt, *foedera* ſtatuunt, *legiones extraneas* ſibi adjungunt, & quidquid ad liberum Populum ſpectat, agunt circiter Annum Chriſti MLVII. Suſpicari ergo liceat, ſub Rege puerulo impetraſſe pleraſque Urbes, & pecuniâ quidem A intercurrente, ut a ſe delectis Magiſtratibus parerent, illeſâ ſemper ditione ſupremâ Regis, ejuſque Camerâ, & appellationibus ad Comitem ſacri Palatii deferendis, qui fortaſſis eo Seculo ſe Laumellum recipere coactus fuit, ut in Diſſertatione VII. *de Comitib. Palatii* animadverti. Succeſſere deinde turbae Mediolani B propter Sacerdotes ad uxores, Graecorum more inhiantes, quorum tumultuum narrationem habes in Hiſtoriis Landulphi ſenioris, atque Arnulphi. Bella, caedes, obſidiones interceſſere eâ occaſione. Landulphus & Herlembaldus Laici primas contra Presbyteros duxere, vexillo etiam erecto uſi, quo uti conſuevere Populi C Libertate donati. Ibi haec & alia legat, qui velit. Mihi interim mutationis hujus clariora veſtigia ſubluceré videntur in iis, quae idem Landulphus ſenior Lib. 2. Cap. 26. literis conſignavit *de civili diſcordia, quae fuit inter Capitaneos & Valvaſſores ex parte una, & Populum Mediolanenſem ex altera*; & quidem D vivente adhuc Henrico II. Imperatore incepta. Antiquos ipſe *Duces* commemorat ac laudat, qui Mediolanenſem Urbem *animi ſcientiâ, corporis virtute regere ac tutare ſolebant*, adjiciens, *amiſſum ab iis dominium per quamdam negligentiam. Qui prout eorum dignitas atque nobilitas exigebat, per tempora in Palatiis juxta Eccleſiam* E *Sancti Protaſii morantes, quidquid honeſtum erat, Civitati curioſe procurabant.* Deſcribere etiam pergit reliqua Ducum egregia facta, & in haec tandem verba deſinit. *At poſtquam, neſcio quibus de malis cauſis honorificentiam, atque ſuarum dignitatum magnificentiam Duces novitiis Capitaneis paullatim dederunt, maximis nudati honoribus, antiquorum, & ſuorum parentum*

*rentum*

*rentum reverentiam obliti, in honoribus cunctis annullati ſunt. Itaque univerſus Populus reverentiam & debitum, quod Ducibus impendere ſolebant, paucis Capitanei, quos Duces ſublimaverant, exhibebant.* Quid nomine *Ducum* ſignificet Landulphus, non ſatis exploratum eſt Attamen vix aliud intelligere poſſimus, quàm *Comites* & *Marchiones*, qui Duces militiae erant. Hos excidiſſe e regimine Civitatis Mediolanenſis, & eorum loco ſucceſſiſſe *novitios Capitaneos*, ſat aperte prodit Landulphus, ac potiſſimum quòd infra adjiciat: *Interea univerſus Populus ſuorum malorum per diverſos ac varios Dominos mala videns creviſſe, durius habens dominium ſuorum Civium, quàm Ducum quondam ſuorum, tentando eventus bellorum varios, ab illorum dominio ſeſe defendere ac liberare diſpoſuit.* Recenſet deinde Hiſtoricus ſubſequutum bellum inter Nobiles ac Populum Mediolanenſem, cujus eſt etiam mentio apud Wipponem in Vita Conradi & apud Arnulphum Mediolanenſem Lib. 2 Cap. 10. Atque haec ſcribebat Landulphus circiter Annum MLXXXV. quo tempore, ut vides, jam invaluerat Mediolani durum *dominium ſuorum Civium*, & expiraverat * dominum *Ducum quondam ſuorum*; immo & Auguſtorum. Nam Landulpho ipſo teſte, fervente ipſa Civium Mediolanenſium diſcordiâ, Henricus inter Auguſtos II. cum Lanzone principe Populi Mediolanenſis egit, ut ** ibi fidelitatem Cives jurarent, ſuaſque copias in Urbem im-

A mitterent: quod poſtea effectu caruit. Quae verò novi regiminis tunc forma Mediolani fuerit, ſublatis eorum temporum monumentis, imaginari quidem, non autem explicare quiſquam rite poſſit. Quod tamen nunc nobis propoſuimus, tenere jam certo videmur: nempe ante Henrici V. Regis exordia, atque ante Seculum B XII. invectam fuiſſe peculiarem aliquam, ne dicam integram Libertatis ac Reipublicae ſpeciem Mediolani, atque inter alios quoſdam Populos Ciſalpinos, incolumi ſupremo Regum aut Imperatorum dominio. Narrat Arnulphus Lib. 2. Cap. 19. flagrante bello inter Nobiles & Plebem Mediolanenſem, *veniſſe ab Auguſto* C *Legatos, treguam inviolabilem indicentes*. Confeſtim poſitis armis obtemperatum eſt.

Sed quid ſi longe etiam antea Nobiles viri, hoc eſt, Milites, Capitanei, Valvaſſores, & reliqui id genus Nobiles, ſpecimen aliquod conſtituerint Univerſitatis & Corporis, ad quod acceſſerint privilegia Imperato- D rum? Ego ſupra hac de re egi in Diſſertatione XVIII. *de Republica*. Certe dignum eſt, quod intentis oculis legatur Diploma Henrici Secundi Regis, Primi verò inter Auguſtos. Hauſi ego illud una cum aliis, ubi *Arimanni Mantuani* commemorantur, a me ſupra editis in Diſſertatione XIII. *De Hominibus Liberis*, E hauſi inquam, illud ex Archivo Archiducali Mantuae, cujus Urbis habitatoribus *Arimannis* olim conceſſum fuit.

## Henricus II. Germaniae Rex Arimannis Mantuanis privilegia varia confirmat, Anno 1014.

*IN nomine ſancte & individue Trinitatis.* Henricus *divina favente clementia* Rex. *Omnium ſanctorum Dei, noſtrorumque fidelium preſentium ſcilicet* *ac*

* Nunquid non *dominium?*
** Legendum *ſibi*.

*ac futurorum noverit ſagacitatis induſtria, qualiter nos pro Dei amore, animeque noſtre remedio, cunctos* Arimannos in Civitate Mantue, *ſive in Caſtro, qui dicitur Portus, ſive in Vicoras, que nominatur Sancto Georgio, Cepada, Formigoſa, ſeu & in Comitatu Mantuano habitantes, cum omni eorum hereditate, paterno vel materno jure, proprietate,* Communaliis, *ſive omnibus rebus, que ab eorum parentibus poſſeſſa fuerunt, & eorum adquiſita, ſive adquirenda, nominative Silva Armanore, Carpeneta, Succa, Septingenti, ſive per ceteras locas in Comitatu Mantuanenſe tejacentibus, piſcationibus, fluminibus, & paludibus ſine aliquo ſcriptionis titulo, quod juſte & legaliter eis pertinente, cum familiis utriuſque ſexus, ſervis & ancillis, libellariis, precariis, & cum omnibus rebus eorum mobilibus & immobilibus, per hujus noſtri precepti paginam, prout juſte & legaliter poſſumus, conceſſimus, & corroboramus, ſcilicet utraſque ripas fluminis Tartari, deinde ſurſum uſque ad flumen Olei: de alia parte Foſſa-alta: de tertia parte Eccleſia Sancti Fauſtini in Caput Variana, & inde ſeorſum uſque in Agricia majore: ea videlicet ratione concedimus eis omnem tholoneum & ripaticum, quod pro negocio exercent in Garda, & in Laſeſe, & in ſummo Lacu, vel in Brixiana, & in Ferraria, vel in Comaclu, & in Ravenna, ipſi, ſuiſque filiis, ac hominibus, qui illorum cauſam laborantes negociantur, licentiam habeant poteſtative negociandi per jam dictum Lacum abſque omnium hominum contradictione, vel publica functione, vel alicujus tholonei vel ripatici reddita. Precipientes itaque jubemus, ut nullus Dux, Epiſcopus, Marchio, Comes, Vicemomes, Gaſtaldio, Sculdaſcio, Decanus, vel aliqua noſtri Regni magna parvaque perſona de hinc prefatos* Arimannos *de ſuis perſonis, ſive etiam de omnibus predictis rebus inquietare, diſveſtire, moleſtare, nulluſque in eorum manſionibus eis invitis hoſpicium facere, vel ad aliquam publicam functionem, niſi ad eam, quam ſui anteceſſores ſecundum Legem fecerunt, cogere ſine legali judicio facere preſumat. Si quis autem, quod futurum non credimus, contra hoc noſtrum preceptum inſurgerit, aut illud infringere tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi Libras mille, medietatem Camere noſtre, & medietatem predictis* Arimannis, *in jam dicta Mantua Civitate, ſive in Caſtro Portu, vel in Comitatu Mantuano reſidentibus habitantibus. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, noſtri Sigilli impreſſione ſubter inſigniri juſſimus.*

*Signum Domni*  *Henrici Regis invictiſſimi.*

*Henricus Cancellarius vice Everardi Epiſcopi & Archicapellani recognovi.*

*Datum Anno Dominice Incarnationis MXIIII. Indictione XII. Anno verò Domni Henrici Regis Secundi regnantis XII.*

*Actum Ravenne feliciter. Amen.*

Qui

Qui *Arimanni* heic appellantur, ſive *Herimanni*, uti jam pridem animadvertit Aventinus, & poſt eum Du-Cangius (de quibus & ego multa habui ſupra in Diſſertatione XIII. *de Hominibus Liberis*) fuere *Militares*, ſive *Liberi* homines, qui bona hereditaria poſſidebant, quaſi *domini minores*; ab *Erbarmenner*, ut ſuſpicatur Johannes Georgius Eccardus. *Liberos* quoſque heic ea vox deſignare videtur: complectitur enim & Negotiatores. Vides autem, fuiſſe Arimannis Mantuanis res, bona, & jura communia, quae *Communalia* appellabantur, quibus eorum Univerſitas jam Anno MXIV. fruebatur. Memoratas heic etiam habeas eorum immunitates ac privilegia. Huic autem Diplomati lux major accedet ab altero Henrici III. Regis, Imperatoris II. eiſdem Mantuanis Civibus, *videlicet Erimannis*, ut ibi repetitur, conceſſo, cujus haec ſunt verba.

## Henricus III. Rex, Imperator II. Arimannis Mantuanis jura ac immunitates confirmat, Anno 1055.

IN *nomine ſancte & individue Trinitatis*. Heinricus *divina favente clementia* Romanorum Imperator Auguſtus. *Si petitionibus fidelium noſtrorum juſtis & rationabilibus annuimus, & neceſſitates injuſtas, violentaſque oppreſſiones ſecundum Imperialis excellentie debitum ſublevamus, a Deo omnium bonorum recompenſatore, meritam retributionem feliciter adepturos fore ſperamus. Quare omnium ſancte Dei Eccleſie, noſtrorumque fidelium tam futurorum quàm preſentium induſtria noverit, qualiter* Mantuani Cives *noſtram adierunt clementiam, ſuas miſerias, & diuturnas oppreſſiones conquerentes. Nos vero magnis eorum neceſſitatibus compatientes, ob interventum dilectiſſime* conjugis noſtre Imperatricis Agnetis, *& propter incrementum* filii noſtri *cariſſimi*, Heinrici *videlicet* Quarti Regis, *noſtra Imperiali auctoritate omnes* ſuperſtitioſas exactiones, & importunas violentias *funditus deinceps illis* abolendas, *& radicitus* extirpandas, *modis omnibus decernimus & confirmamus. Statuentes etiam, ut nulla magna, parvaque perſona* predictos Cives, videlicet Eremannos, in Mantua Civitate habitantes, *de ſuis perſonis, ſive de illorum ſervis & ancillis, vel de liberis hominibus, in eorum reſidentibus terra, vel de* Eremania, & communibus rebus, ad predictam Civitatem pertinentibus, ex utraque parte fluminis Mincii ſitis, *ſive de beneficiis, libellariis, precariis, ſeu etiam de omnibus eorum rebus mobilibus & immobilibus juſte conquiſitis, & juſte conquerendis inquietare, moleſtare, diſveſtire ſine legali judicio preſumat. Precipimus quoque, ut liceat omnibus predictis Civibus ſecure ire & redire ad mercata omnia ſive per terram ſive per aquam, quandocumque voluerint, ita videlicet, ut non dent ripaticum nec theloneum in Ravenna, in Argenta, in Ferraria, in Summo Lacu, &* eam conſuetudinem bonam & juſtam habeant, quam quelibet noſtri Imperii Civitas obtinet. *Quicumque autem hujus noſtre conceſſionis & confirmationis violator extiterit, centum Libras auri optimi componat, medietatem noſtre Camere Imperiali, & medietatem predictis Civibus. Et ut hec noſtre confirmationis auctoritas ſtabilis atque firma permaneat, hanc Cartam inde conſcriptam manu propria ut infra videtur,*

*videtur, corroborantes, Sigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.*

*Signum Domni Heinrici Tercii Regis invictiſſimi Romanorum Imperatoris Auguſti.*

*Guntherius Cancellarius vice Herimmanni Archicancellarii recognovit.*

*Dat. III. Nonas Novembris Anno Dominice Incarnationis MLV. Indictione VIII. Anno autem Domni Heinrici Tercii Regis, Imperatoris autem Secundi, ordinationis ejus XXVII. Regni quidem XVII. Imperii verò VIIII.*

*Actum Guareſalle in Dei nomine feliciter. Amen.*

Pro *Guareſalle* legendum videtur *Guarſtalle*. Anno MLII. ex violenta morte perierat *Bonifacius Marchio*, *Mathildae* magnae *Comitiſſae pater*, tunc Mantuae etiam ac Ferrariae Dominus, & Mantuae tumulo datus. Nam quod Benevenutus de Sancto Georgio ex Arnulpho Mediolanenſi habet, alterum Bonifacium Marchionem iiſdem temporibus Montisferrati, atque ipſum eodem genere mortis ſublatum (quod & mihi perſuaſeram in Antiquitat. Eſtenſ. Par. I. Cap. 26.) nullo denique fundamento niti a me deprehenſum fuit. Vitiatus nempe Arnulphi textus *Bonifacium Montisferrati Marchionem* nobis obtruſit. In MSto Codice Eſtenſi e juſdem Arnulphi pervetuſto, uti in Praefatione ad illius Hiſtoriam oſtendi, Tomo IV. Rer. Italicarum, *Montisferrati* non legitur, ita ut pro certo habendum ſit, unum Bonifacium Tuſciae Marchionem Anno MLII. ex venenatâ ſagittâ periiſſe. Is autem e Diplomate nuper edito dignoſcitur aſpero jugo preſſiſſe colla Mantuanorum Civium; abolendas enim jubet Imperator *ſuperſtitioſas exactiones, & importunas violentias*, quas, ut conjicere licet, Bonifacius ipſe invexerat. Ignotum mihi, qua ratione is Mantuam ſuae ditioni addiderit, ſcilicet utrum ex Imperatorum indulgentia, an ex Civium poſtulatione. Ceterum illius potentiam, immo impotentiam ſenſit Conradus ipſe Auguſtus hujus Henrici pater, coactus videlicet ei concedere plura quàm conſuetudo ferret, ita ut ſcripſerit Donizo in Vita Mathildis Lib. primo, Cap. decimo:

> *Nullus Dux umquam meruit tam foedera culta.*

Occurrunt autem in hoc Diplomate *communes res ad praedictam Civitatem pertinentes ex utraque parte fluminis Mincii ſitae*. Praeterea confirmat Henricus *eam conſuetudinem bonam & juſtam, quam qualibet noſtri Imperii Civitas obtinet*. Infra in Diſſertatione XLVIII. *de Societat. Lombardorum*, non ſemel occurrent nobis *bonae conſuetudines*, quas Langobardicae Civitates ſibi a Friderico I. confirmandas eſſe poſtea contenderunt. Eamdem quoque formam dicendi animadvertas in parum diſpari Diplomate Henrici III. Imperatoris & IV. Regis, iiſdem Mantuanis conceſſo, quod minime celandum duxi, depromtum ex praelaudato Archivo Archiducali Mantuae.

## Confirmatio Privilegiorum facta ab Henrico Rege IV. Imperatore III. Civibus Mantuanis, Anno 1091.

IN *nomine ſancte & individue Trinitatis*. Enricus *divina favente clementia* Romanorum Tertius Imperator Auguſtus. *Spiritus Sancti graciâ, qui ubi vult ſpirat, oportet nos ſemper omnium noſtrorum fidelium merita equa ratione penſare; & quamvis ſit laborioſum tam omnibus atque ſingulis juxta quod pro noſtro ſtudent fideliter laborare ſervicio, debita remuneracionis premia ſcienter ordinare. Preclarum quippe Romani decus Imperii, ſtatuſque Reipublice miſeram ac deteſtabilem his maxime periculoſis temporibus ruinam pateretur, niſi a nobis utrumque multifario niſu prudentis conſilii, atque fere continuo bellicoſi laboris exercitio ſuſtineretur, regeretur, atque defenderetur. Hec autem periculoſi temporis inſtantia, continuique, quibus agitamur, labores propter juſticiam, quam tuemur, fideles ab infidelibus, amicos ab inimicis, tanquam granum a paleis, nos edocent diſcernere, & utrique in preſenti Reipublice defenſione, quam tueri conamur, manifeſte merentur, quam nunc & poſtmodum digni ſunt, & a Deo & a nobis retributionem accipere. Cum verò Apoſtolo dicente*, Rex non ſine cauſa, *ſcilicet ad* vindictam malefactorum, laudemque bonorum, portat gladium, *bonis dare laudem & immenſam remunerationem, malefactores autem dignâ punire vindictâ honori Regio felix eſt ac eternum conſilium. Igitur evidenter cognoſcentes*, omnes unanimiter Mantuanos *noſtram fideliter, prout debent, fidelitatem ſervare, eorum dignis poſtulationibus dignum duximus condeſcendere. Quapropter interventu* Conradi Regis, *dilectiſſimi* filii noſtri, *& mul-*

A *timoda poſtulatione* Ogerii noſtri Cancellarii, *aliorumque noſtrorum fidelium, noſtra Imperiali auctoritate*, omnes ſuperſtitioſas exactiones, & importunas violentias, *funditus deinceps illis* abolendas *& radicitus* extirpandas, *modis omnibus decernimus & confirmamus. Statuentes eciam, ut nulla magna, parvaque perſona predictos Cives in* B *Mantuana Civitate habitantes de ſuis perſonis, ſive de illorum ſervis & ancillis, vel liberis hominibus, in eorum reſidentibus terra, vel* de Hermania, & rebus communibus ad Mantuanam Civitatem pertinentibus, ex utraque parte fluminis Mincii ſitis, *ſcilicet utraque ripa fluminis Tartari, deinde ſurſum uſque ad flumen Olei, ex alia* C *parte Foſſa-alta, ex tertia parte Eccleſia Sancti Fauſtini in Capite Variane, & deinde ſeorſum uſque in Agriciam majorem; ſive de beneficiis, libellariis, precariis, ſeu eciam de omnibus rebus mobilibus & immobilibus juſte conquiſitis, & juſte conquirendis inquietare, moleſtare, diſveſtire ſine legali judicio preſumat. Precipimus quoque, ut liceat* D *omnibus predictis Civibus ſecure ire & redire ad mercata omnia ſive per terram ſive per aquam, quandocumque voluerint, ita videlicet, ut non dent ripaticum nec theloneum in Ravenna, in Argenta, in Ferraria, in Summo Laco*, & eam conſuetudinem bonam & juſtam habeant, quam quelibet Imperii noſtri Civitas optinet. *Hec om-* E *nia modo dicta Mantuanis omnibus, qui nunc ſunt, & adhuc futuri ſunt, ſecundùm quod Pater noſter eis conceſſit, & ipſi ſuo tempore tenuerunt juſte & legaliter, concedimus. Si qui ergo Dux, Mar-*

*Marchio, Vicecomes, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Abbas &c.*

*Signum Domni Henrici Tertii inviƈiſſimi Imperatoris Auguſti.*

*Ego Ogerius Dei graciâ Hyporienſis Epiſcopus, & Cancellarius, vice Herimanni Archicancellarii recognovi.*

*Anno Dominice Incarnationis Millesimo Nonageſimo Primo, Indiƈione XIII. Regni verò Domni Henrici Tercii Imperatoris XX. & VIII. Imperii autem VIII.*

Semina quoque naſcentis Libertatis, immo eandem jam ſtabilitam videas in Civitate Ferrarienſi Anno MLV. ubi ſeriò conſideres Diploma Henrici II. Auguſti Regis III. quo illi Populo privilegia ac immunitates confirmat. Legitur idem in vetuſtiſſimo Regeſto MSto, quod adſervat Bibliotheca Eſtenſis, atque ego illud infra evulgabo in Diſſertatione LXVIII. *de Redemtione peccatorum*. Illinc ipſum petat, qui velit. Et ſane quum fere omnia Civitatum Italicarum Archiva flammis fortuito aut conſulto olim tradita fuerint, itaut vix ullam viderim, quae ante Fridericum I. Imperatorem illaeſa proferat monumenta ſua: magni propterea faciendum illud eſt tum ex ſua antiquitate, tum quod legenti offerat plures eorum temporum *conſuetudines*, non aliunde ediſcendas. Fortaſſe poſteriora tantùm tempora conſideranti negotium faceſſet, quod in Ferrarienſem Urbem Henricus II. Imperator, veluti in rem ſuae plane ditionis auƈoritatem exercuerit. Verùm nihil ad haec haeſitabit, quicumque congeſta a me in *Pleniori Expoſitione Jurium Imperialium & Eſtenſium &c.* legerit. Nuper etiam luculente expreſſam vidimus eandem veritatem in Aƈis ſupra evulgatis; Mantuanis enim Civibus immunitatem a *teloneo & ripatico* Imperatores concedunt *in Garda, vel in Brixiana, & in Ferraria, vel in Comaclu, & in Ravenna*. Praeterea Lucenſi in Urbe ſi non integram Libertatem animadvertas ad Annum Chriſti MLXIV. quum adhuc ibi jura Ducis ſive Marchionis vigerent, ſaltem inſtitutam *Communitatem* reperias, quum Ptolomeus Lucenſis ſcribat in Annalibus brevibus: *Eodem Anno Alexander II. Papa Civitatem Lucenſem multa dignitate nobilitat. Nam primo tribuit ei Bullam plumbeam pro Sigillo Communitatis, ut habet Dux Venetorum.* Ptolomei certe fides tanta non eſt, quum in eo ſaepe diligentia critica deſideretur, ubi de antiquis rebus agit, ut is dubitationem omnem de hujuſmodi Privilegio nobis eripiat. Nihilo tamen ſecius mihi non difficile perſuadeo, jam tum in Urbe illa translatum fuiſſe in Communitatem jus Comitis, intaƈo jure Marchionis; eo quippe tempore Beatrix Duciſſa, & Mathildis Comitiſſa ejus filia Tuſciam regebant. Verùm Italicis Civitatibus nullum magis accommodum tempus ſe obtulit ad uberiora Privilegia ab Auguſtis impetranda, ſeque erigendas ad ſublimis auƈoritatis ac Libertatis faſtigium, quàm quo Henricus Rex IV. inter Imperatores III. Regni habenas tenuit. Puellus patre e vivis decedente relictus, quanta imbecillitate Populos rexerit, etſi Hiſtoria ſileret, nos tamen non immeritò ex conſueta humanarum rerum conditione, ac potiſſimùm ex perditis eorum temporum moribus intelligere poſſemus. Tunc auro atque argento major quàm antea vis; ac proinde facile jura Imperii partim venum expoſita, partim a potentioribus occupata. Attamen diffici-

diffi.iliora etiam tempora ſucceſſere, ubi exarſere bella inter Sacerdotium & Imperium ob ipſius Regis vitia, quae viſa ſunt minime diutius toleranda. Ipſe, ut nemo neſcit, ſententiâ Gregorii VII. Papae anathemate perculſus, atque e ſolio dejectus, per annos plures tum in Germania tum in Italia, inter bellorum, variaeque fortunae turbines exagitatus, & ſua jura dubio Marte tutatus, funeſtiſſimam Tragoediam uſque ad ſuum obitum egit. Ut autem ſibi vires belli compararet, Populorumque animos fluctuantes ſibi devinciret, nihil mirandum, ſi opus ei fuit, largiore manu Regalia Civitatibus aut divendere, aut elargiri, aut etiam uſurpata ab aliquibus diſſimulare. Prae ceteris verò inter hujuſmodi Regnorum perturbationes Mathildis Comitiſſa, ac Tuſciae Duciſſa, ſuam amplificare potentiam non praetermiſit. Anno MLXXXI. Henrici armis & factione praevalentibus, quae pacta Piſanus Populus cum ipſo percuſſerit, ſuperſtes Diploma indicabit, editum quidem ab Ughellio in Catalogo Archiepiſcoporum Piſanorum, ſed nunc mihi caſtigatius exhibendum.

## Concordia inter Henricum IV. Regem, & Populum Piſanum; ubi pacta inter eos inita recenſentur, Anno 1081.

*IN nomine ſanctae & individuae Trinitatis.* Henricus *divina favente clementia* Rex. *Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quàm preſentibus, qualiter nos conſilio noſtrorum Principum, fidelibus noſtris* Piſanae Urbis Civibus, *quod rogaverunt, conceſſimus. Siquidem annuimus, & firmiter ſtatuimus, quemquam hominum, niſi communi conſenſu eorum, nec vaſas apprehendere, nec diſſipare, nec ſigillare infra Civitatem Piſae, neque in Burgis, ſi foras Civitatis ipſi habuerint Enimenta; nec muros ſupraſcriptae Civitatis deſtruere, nec optatecare, neque ſupraſcriptam Civitatem igne cremare, nec foderare jubebimus. Et ſi offenſionem miſerimus aliquam ſuper aliquem hominem ſive de terra, ſive de aliquo crimine, cum duodecim Sacramentalibus abſque pugna, excepto de vita, aut membris, aut honore noſtro, ſi approbare voluerit ille, quibus conſilium cum eo invenerit. Nec bannum tollemus, niſi per legem. Nec homo capietur a nobis de ſupraſcripta Civitate vel Burgis, niſi per legem facere prohibuerit, & Allodium in Civitate vel foris non habuerit. Nec hominibus praeparatis ad navigandum iter prohibemus, niſi ſtudioſe hoc fecerint propter querimoniam de eis factam. Et ſi culpaverimus aliquem eorum, qui ob hoc ſe praepararet, ut juſtitiam poſſit evitare, permittemus cum ſacramento ſuo ſe defendere. Et ſi aliquis eorum in itinere fuerit, mulierem ejus in diſtrictionem non mittemus. Et de tenimento, quod aliquis tenuerit per beneficium, quod a nobis tenuerit, eum non diſveſtiemus niſi per Legem. Et* Conſuetudines, *quas habent de Mari, ſic eis obſervabimus, ſicut illorum eſt conſuetudo. Et illum, ſuper quem reclamatio venerit de terra, ſi guarentem habere potuerit, vel poſſeſſionem jurare voluerit, per pugnam fatigari non ſinemus. Et hominibus de alia Civitate, aut de alio Caſtello, vel de alia Villa, vel de alio Signoratico, Legem non faciemus de Piſanis hominibus,*

*bus, niſi illi de ſupraſcriptis locis, vel eorum Seniores, qui offenſionem fecerint, Legem faciant prius Piſanis hominibus. Fodrum de Caſtellis Piſani Comitatus non tollemus, niſi quomodo fuit conſuetudo tempore* Ugonis Marchionis. *Hominibus in Villis habitantibus de eorum Comitatu fodrum non tollemus. Nec aliquam conſuetudinem ſuperimponemus, niſi quantum tres meliores homines pps Seniores per Villam & Caſtella juraverint, quod eorum conſuetudo fuit tempore ſupraſcripti Ugonis. Qui ſi jurare noluerint, jurare conſtringemus. Caſtaldionem, vel aliquem noſtrum Miſſum in ſupraſcripta Civitate vel Comitatu eorum, ad Placitum faciendum eis ſupereſſe non ſinemus de alio Comitatu. Puellis, nec Viduis Maritum interdicemus in Comitatu Piſano. Nec pretium inde invite tollemus, nec invite alicui conjugabimus. Mercatum i..... calciam in Villis Comitatus eorum fieri non ſinemus, niſi ſecundùm conſuetudinem temporum Ugonis, ſacramentis, ſicut ſupradictum eſt, diffinitam. Albergariam in proprietate alicujus abſque voluntate illius, cujus proprietas eſt, non faciemus. In ſupraſcripta Civitate, vel prope eam uſque ad medium milliarium, terras, quae fuere Paſcua vel Paludes, ſitas ante praedia illorum, vel Eccleſiarum, & communia Paſcua, non tamen occaſione Paſcuum occupata, eis non tollemus, nec laborare faciemus, & per eos laborare non contendemus, vel per nos aliquis, uſque ad illos fines, quos laudaverint homines ab eis electi ad hoc officium, qui jurejurando affirment, ſe bona fide aeſtimaturos, & terminaturos illas terras, quae fuere Paſcua vel Paludes, & illas demonſtraturos, quod erant Paſcua, quae ad culturam debeant remanere. Et nullo amore vel odio propterea miſſuros illos, ſi noluerint, ad ſacramenta diſtringemus. Et quod ipſi laudaverint eſſe, in alium ſtatum tranſmutare per bonam fidem probibebimus. Qui ſi diſcordaverint in eligendis praedictis hominibus, nos eligemus, & jurare diſtringemus. In Roma, & ab ipſa Roma uſque Papiam, nullum Ripaticum dabunt in eis Mercatis & locis, ubi ipſi ſoliti ſunt ire per ſuos, aut ſe jam ad mercandum iviſſe poſſunt ratione probare. Et illi Negotiatores, qui ad Piſam ire voluerint, non prohibebuntur. Nec* Marchionem aliquem in Tuſcia mittemus *ſine laudatione hominum duodecim electorum in Colloquio facto ſonantibus campanis. A fauce Arni uſque ad Ripaltam eos euntes & revertentes per Arnum praedari, aut aſſaltum facere non permittemus, niſi fortaſſe per meritum. Aldium, quod eſt in ripa Arni ex utraque parte a Mare uſque ad Orticariam, non ſinemus impediri. Ultra Muros antiquos Civitatis, quod eſt ab antiquis Muris uſque ad Arnum, ad communem utilitatem liberabimus. Nec domum in praedictis terminis elevari uſque ad triginta ſex brachia interdici permittemus. Et ut hoc firmum & inconvulſum ſit, hanc Cartam ſcribi juſſimus, quam noſtra manu, ut infra videtur, corroboratam Sigilli noſtri impreſſione fecimus inſigniri. Junximus etiam, ut ſi aliqua Navis fuerit retenta a Gajeta uſque ad Luni, nullus audeat depraedare, neque invadere bona ipſorum Piſanorum. Si quis autem hujus Praecepti noſtri violator extiterit, ſciat ſe ducentas Libras auri optimi compoſiturum, medietatem noſtrae Camerae, & medietatem illi, contra quem fuerit injuria.*

*Signum*

*Signum Domni Heinrici*  *Romanorum Regis invictiſſimi.*

*Burchardus Cancellarius vice ....... Archicancellarii recognovi.*

*Datum Anno Dominicae Incarnationis Milleſimo Octuageſimo Primo, Indictione IIII. Anno autem ordinationis Domni Heinrici Quarti Regis XXIIII. Regni XXIIIII.*

*Actum feliciter in Chriſti nomine.*

Vides heic nullam Comitis mentionem factam, ſed *Marchionis* tantum, qui revera ultra unum Saeculum deinceps in Tuſcia legem dixit. Atqui ex Piſanorum pactis jam ad dignoſcendum perducimur, quid ceteri Italiae Populi ſub Henrico IV. moliti quiſque pro ſua virili fuerint. Verique videtur ſimile, ex iis non paucos, ſi non idem, certe ſimilia ſibi procuraſſe privilegia. Propterea res Italica eo tandem devenit, ut Henricus V. ejus filius atque ſucceſſor, in Italiam Anno MCX. deſcendens parum ſibi obſequentes Urbes ſenſurus fuiſſet, niſi juſti exercitus ſecum venientis terror ejus adventum praeceſſiſſet, & praeſentis majeſtas venerationem auxiſſet. Ut ſcribit Donizo in Vita Mathildis Lib. 2. Cap. 18.

*Urbes munitas ejus perterruit ira;*

Novaria in rebellionem rapta poenas male concepti conſilii luit. Aretini quoque reluctantes eadem detrimenta paſſi.

*Nobilis Urbs ſola Mediolanum populoſa*
*Non ſervivit ei, nummum neque contulit aeris,*

A Immo Henrico ipſo in Germaniam vix regreſſo, Laudem Pompejam iidem Mediolanenſes obſidione inſtructâ deditionem facere coëgerunt. Inter ipſos etiam Mediolanenſes, & Cremonenſes, ac Ticinenſes inſtauratum eſt bellum. Tum Anno MCXII. *Papienſes & Mediolanenſes ſtatuerunt & juraverunt ſibi foedera, quae* B *nimium quibuſdam videntur Imperatoriae majeſtati, & Apoſtolicae auctoritati contraria, cum iſti Cives jurarent ſibi ſervare ſe & ſua contra quemlibet mortalem hominem natum vel naſciturum.* Haec Landulphus de Sancto Paulo Hiſtoricus ſynchronus Cap. 21. Hiſtor. Mediolan. Tomo V. Rer. Italicarum. Sicardus quoque in Chro- C nico, Tomo VII. Rer. Italicar. teſtis eſt belli antea initi inter Mediolanenſes & Cremonenſes. En ejus verba: *Anno Domini MXVIII. primo coepit guerra de Cremona, frixorium Cremonenſium.* Ab iſtarum Civitatum grandibus animis, vivoque exemplo ceteras, quae nulli ſingulari Principi parebant, ſolicitatas fuiſſe ad pa- D res motus & auſus, nemo non intelligit. Propterea Henricus ipſe Rex V. Imperator IV., ut earum devotionem fidemque ſibi enixius conciliaret, confirmaretque, petentibus ampliora

ampliora privilegia, minime deinceps neganda cenſuit. Eſt mihi egregium hujus indulgentiae documentum, quod olim depromſi ex Archivo Communis Cremonenſis, praeferebatque authenticas vetuſtatis notas: nempe Diploma ab eodem Auguſto Civibus Cremonenſibus conceſſum, cujus haec ſunt verba.

## Henricus Rex Quinctus, & Quartus inter Imperatores Cremonenſi Populo varia jura ac Privilegia confirmat, & auget, Anno 1114.

IN *nomine ſancte & individue Trinitatis.* Heinricus *divina favente clementia* Quartus Romanorum Imperator Auguſtus. *Quemadmodum ab inimicorum infeſtatione nullatenus eſt ceſſandum, ſic fidelium & amicorum voluntati eſt condeſcendendum, eorumque digne petitioni diligenter ſatisfaciendum. Quapropter omnibus Chriſti, noſtriſque Fidelibus tam futuris quàm preſentibus notum fieri volumus, qualiter rogatu & petitione* fidelium noſtrorum Cremonenſium *pro fideliſſimo ſervicio eorum quecunque quondam noſtri privilegii auctoritate eis conceſſimus, eadem nunc pro bonae fidei eorum perſeverantia renovamus, renovanteſque in poſterum confirmamus:* videlicet ea, que ſue locutionis proprietate Communia vocant, *tam que in preſenti habent, quam ea que in futuro ſunt habituri a Bucca Addae uſque ad Vulperula ex utraque Padi fluminis parte; & ut a Mari uſque Papiam ſecure & libere, nemine eis quicquam moleſtie inferente, eundi & redeundi, & mercandi ſecundùm uſum & antiquam conſuetudinem eorum cum navibus ſuis facultatem habeant, & per totum Regnum noſtrum Italie ſecure vadant.* Conceſſimus etiam eis, ut extra muros Civitatis eorum, deinceps Palatium & hoſpicium noſtrum habeamus. *Et bonos uſus eorum, & omnia, que ex felicis memorie Predeceſſorum noſtrorum Regum ſive Imperatorum conceſſu obtinuerint, confirmamus. Si quis vero Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Gaſtaldio, Advocatus, Scultatius contra hujus noſtri Precepti paginam ire temptaverit, auri mille Mancoſos componat, medietatem Camere noſtre, medietatem ei, qui dampnum vel injuriam paſſus eſt. Et ut hoc verius credatur, & omni aevo inviolabiliter conſervetur, hanc Cartam inde conſcriptam, & manu propria corroboratam, impreſſione noſtri Sigilli inſigniri juſſimus.*

*Signum Domni Heinrici*  *Quarti Romanorum Imperatoris invictiſſimi.*

Locus ✠ Sigilli cerei.

*Bruno Cancellarius recognovit.*

*Datum Tertio Nonas Junii, Anno Dominicae Incarnationis Milleſimo Centeſimo Decimo Quarto, Indictione VII. Regnante Heinrico Quinto Rege Romanorum, Anno VIIII. Imperante IIII.*

*Actum eſt Warmatie, in Chriſto feliciter. Amen.* Hen-

A Henrico huic nondum Populus Mediolanenſis debita obſequii officia perſolverat, & in finitimos quoſvis virium ſuarum periculum, praeſertim in Cremonenſes, faciebat. Hos contra ſibi fideles & peramicos ſenſerat Henricus: quare in eoſdem ſe liberaliorem praebuit. Heic igitur vides Cremonenſi Populo confirmata *ea, quae ſuae locutionis proprietate Communia vocant:* bona videlicet, quae ad Univerſitatem ſive Rempublicam ſpectabant, qualia quoque memorata vidimus nuper in Privilegiis Mantuano Populo datis: quae res indicare videtur, longe ante haec tempora fuiſſe in Civitatibus quamdam Communitatis umbram, qualis adhuc perdurat Mediolani, Mutinae, Regii, atque in aliis Urbibus, jam Reipublicae formâ ac jure exutis, & Principi dominanti nunc ſubjectis. Quae tamen ita dicta velim, ut ſimul moneam, vel apud veteres Latinos *Bona Communalia* fuiſſe, in quae erat jus univerſo Populo. Frontinus de Limitibus Agrorum inquit: *Eſt & paſcuorum proprietas pertinens ad fundos, ſed in Commune, propter quod ea compaſcua multis in locis in Italia Communia appellantur.* Aggenus Agrariae rei Scriptor teſtatur & ipſe, ejuſmodi bona *in Etruria* appellata fuiſſe *Communalia*. Sed illud in primis animadvertendum, Henricum veniam dediſſe Cremonenſibus, ut Palatium Imperiale extra Civitatem aedificarent: qui mos poſtea familiaris evaſit in Italicis Urbibus, magnam prae ceteris potentiam praeferentibus. *Conceſſimus etiam*, inquit, *eis*, *ut extra muros Civitatis eorum*, *deinceps Palatium & hoſpitium noſtrum habeamus*. Quibus verbis diſerte ſignificatur, polliceri Imperatorem, ſe Cremonenſem Urbem minime cum exercitu ingreſſurum; ſed quum illac tranſeundum ſibi fuerit, ſe in Palatio tantùm ſuburbano hoſpitium recepturum. Non licebat ergo (ſciſcitetur aliquis) ipſis Auguſtis Civitates ſuae dominationi obnoxias ingredi? Mirum id certe noſtris temporibus videatur. At nulla juſta cauſſa ſtuporis.

B Jam enim in Libertatem vindicati Cives nimium verebantur, ne armati Reges intra eorum moenia recepti vetera refricarent jura, & naſcenti Reipublicae vulnus inferrent. Acceſſit & ipſorum Regum indulgentia & caritas: nam quum antea exercitus eorum in ſinum Civitatum excepti, pro more militum diſciplinae fere ſemper, ſed tunc potiſſimùm, impatientium, ſua feritate

C aut avaritia Cives in plura diſcrimina, ſeditioneſque adduxiſſent; & eâ de cauſsâ Ticinum, Novaria, Parma, Arretium, aliaeque Urbes, vel ſub ipſo Henrico, incendio ſuccubuiſſent: ut in poſterum hujuſmodi pericula averterentur, placuit Regibus & Auguſtis, clementiae leges

D ſectantibus, extra Civitates hoſpitium ſibi parari; non quod, ut puto, ipſis interdiceretur in Urbes ingreſſus, ſed ipſis armatis, eorumque militaribus copiis. Longe etiam ante haec tempora Mediolanenſis Civitas hujuſmodi privilegium ſibi comparaſſe atque impetraſſe videtur: cujus rei teſtem non Gualvaneum de

E la Flamma, qui circiter Annum MCCCXXX. id ſcribit, teſtem adferam, ſed Landulphum ſeniorem ſupra memoratum, ex cujus traditione Lib. 2. Cap. 16. Hiſtoriae Mediolanenſis, Adelbertus Italiae Rex Seculo Chriſti Nono, *Palatium Maximiani, quod ſitum eſt infra moenia Urbis, vel Trajani, juxta Thermas Sancti Gregorii locatum, praeparari ſibi*

*ſibi praecepit*. Tum ſubdit Hiſtoricus: *ignorans, ut ipſe poſtea ſimulabat, quod nullus Rex a tempore Beati Ambroſii, in cujus praeſidiis Civitas Mediolanenſis ſuper omnes Italiae Urbes ab ingreſſu Imperatoris Libertatem adquiſivit, Urbem hanc introiviſſet*. Somnia & commenta nobis narrat Landulphus, ex tam remotis Saeculis privilegium ejuſmodi arceſſens: attamen hinc recte colligimus, circiter Annum MLXXX. quo is Hiſtoriam ſuis literis commendabat, hujuſmodi privilegio diu antea Mediolanenſem Urbem fuiſſe donatam. Quo poſtea exemplo & aliae potentes Urbes excitatae, parem ſibi praerogativam conquiſivere. Atque inter alias *Mantuana Civitas*. Jam ſupra dedi nonnulla ad eam ſpectantia Diplomata. Alia quoque protuli in Diſſertatione XIII. *de Hominibus Liberis*. Quid antiquis ejus privilegiis adjecerit praelaudatus Henricus inter Auguſtos Quartus, ſublatâ e medio per mortem Anno MCXV. Comitiſsâ Mathilde ibi dominante, ſubſequens Diploma nobis ediſſeret, quod ex antiqua membrana Archivi Archiducalis Mantuae ego deſcripſi.

## Henrici IV. Imperatoris Diploma, quo Civibus Mantuanis vetera jura ac privilegia confirmat, tum nova concedit, Anno 1116.

IN *nomine Sancte & individue Trinitatis*. Henricus *divina favente clementia* Quartus Romanorum Imperator Auguſtus. *Spiritus Sancti gracia, qui ubi vult, ſpirat &c.* (ut in Diplomate Henrici III. Auguſti). *Igitur evidenter cognoſcentes*, omnes *unanimiter* Mantuanos *noſtram fideliter, prout debent, fidelitatem ſervare, eorum dignis poſtulationibus dignum duximus condeſcendere. Quapropter interventu* Burchardi Cancellarii noſtri, *& multimoda poſtulatione aliorum noſtrorum fidelium noſtra Imperiali auctoritate, omnes ſuperſtitioſas exactiones & importunas violencias funditus deinceps illis abolendas & radicitus extirpandas modis omnibus decernimus & confirmamus. Statuentes etiam, ut nulla magna parvaque perſona &c.* (Vide laudatum Diploma). *Precipimus quoque, ut liceat* omnibus predictis Mantuanis *ſecure ire & redire ad mercata omnia, ſive per terram, & ſive per omnes aquas, quandocumque voluerint, ita videlicet, ut non dent ripaticum nec theloneum in Lageſe, in Garda, in Summo Lacu, in Brixiana, in Bolonia, in Ferraria, in Argenta, in Ravenna, in Comaculo*, & eam conſuetudinem bonam & juſtam habeant, quam quelibet noſtri Imperii Civitas optinet. *Inſuper* Palacii cum toto munimine deſtruendi, & extra Civitatem deferendi in Burgo Sancti Johannis Evangeliſte damus poteſtatem. Albergariam quoque nove & veteris Civitatis, ut circumdata eſt muro & munimine, eis remittimus & donamus. *Quin eciam Inſulam, in qua Caſtrum Ripalte ſitum fuit, eis concedimus, ita ut nullum Caſtrum, ſeu edificium a me, vel meis ſucceſſoribus extruatur. Hec omnia modo dicta* Mantuanis omnibus, *qui nunc ſunt, & adhuc futuri ſunt juſte & legaliter concedimus. Si quis igitur Dux, Marchio &c.*

*Signum Domni Henrici Quarti Romanorum Imperatoris invictiſſimi.*

*Burchardus Cancellarius, & Munaſterienſis Epiſcopus recognovit.*

*Datum*

*Datum Sexto Idus Maji, Indictione VIIII. Anno Dominicæ Incarnationis MCXVI. regnante Henrico Quarto Rege Romanorum, Anno XI. Imperii autem VI.*

*Actum eſt Buberne, in Chriſto feliciter. Amen.*

Attente conſideranda ſunt, quae heic Imperator elargitur, nempe: *Inſuper Palacii cum toto munimine deſtruendi, & extra Civitatem deferendi in Burgo Sancti Johannis Evangeliſtae damus poteſtatem.* Hactenus igitur Imperiale Palatium intra Urbem ſteterat; ſed illud dejicere, novumque in ſuburbiis condere, exinde Civibus fas erat. *Albergariam quoque novae & veteris Civitatis, ut circumdata eſt muro & munimine, eis remittimus & donamus.* Ergo ex pacto, ſive privilegio, copiis Regis deinceps interdictum fuit hoſpitari intra Urbis moenia. Quod denique addit Imperator: *& eam conſuetudinem bonam & juſtam habeant, quam quaelibet noſtri Imperii Civitas obtinet*, concors eſt cum Diplomate, ut nuper vidimus, Cremonenſibus conceſſo, ubi haec verba: *Et bonos uſus eorum, & omnia, quae* A *ex felicis memoriae praedeceſſorum noſtrorum Regum ſive Imperatorum conceſſu obtinuerint, confirmamus.* Haec diligenter memoriae mandanda: eorum enim uſus recurret, quum infra in Diſſertatione XLVIII. *de Societatibus Lombardorum*, occurrent nobis Langobardicae Civitates idem expetentes a Friderico I. Auguſto. Ceterum in B hac ipſa antiqui regiminis mutatione, ſi Mediolanenſes interdum ab officio reſilientes excipias, vix aliam Civitatem oſtendas, quae Regiam aut Imperatoriam Majeſtatem non agnoſceret, ac revereretur. Adhuc, uti veri ſimile videtur, *ad Comitem Palatii* in Oppido Laumello Ticinenſis Dioeceſis Appellationes deferebantur. C Miſſi etiam Regis ſecundùm morem temporum praecedentium *ad Juſtitias faciendas* per Italiam identidem ex Aula Caeſarum procedebant. Cujus conſuetudinis adhuc vigentis teſtem habeo Chartam, quae mihi oblata eſt in vetuſtiſſimo Regeſto Archivi Epiſcopalis Cremonae, ubi haec leguntur.

## Literae Epiſcopi Conſtantinenſis (fortaſſe Conſtantienſis) Legatione Conradi Regis per Italiam fungentis, ad Conſules & Populum Cremenſem (fortaſſe Cremonenſem), ut Epiſcopo Cremonenſi juſtitiam faciant contra quoſdam invaſores jurium Cremonenſis Eccleſiae, circiter Annum 1146.

EGo Conſtantinenſis Epiſcopus, & Domni Chonradi Romanorum Regis Legatus, Conſulibus & Comitibus, omnique Populo Cremenſi *ſalutem. Notum vobis fieri volumus, quia Dominus noſter ex latere ſuo nos in partes iſtas dirigens, tocius Italici Regni negotia ad honorem ſuum jure tractanda nobis commiſit, noſque omnibus oppreſſis, & praecipue Eccleſiis juſti-* D *tiam facere, treguam firmiter ſervare, & omnes, qui in Regno iſto captivi tenentur, liberare, & quoſque rebelles, & noſtris, immo Domni Regis mandatis repugnantes, ejus banno ſubjicere, & fideles ejus de adventu & ſervitio ſuo diligenter commonere precepit. Noveritis preterea, quia vir venerabilis Frater noſter* O. Cremonenſis Epiſcopus *nobis conqueſtus eſt de Trecho de*

*Bonato & fratribus ejus, & de Girardo de Colonia, nec non & de filiis Alberti Gonzonis, & de Mantegatio de Caravajo, qui & homo & juratus Episcopi eſt. Qui omnes & terras Eccleſie & poſſeſſiones injuſte detinent, nec ab eis juſtitiam conſequi poteſt. Inſuper idem Mantegatius homines Eccleſie infeſtare non ceſſat. Ea propter ex parte Domni Regis, & noſtra* Univerſitati veſtrae *mandamus atque precipimus, ut prenominatos viros Cremonenſi Epiſcopo ante adventum Domni Regis noſtri plenam juſtitiam facere coherceatis. Ipſum quoque Mantegatium ab infeſtatione hominum Eccleſie ceſſare faciatis, alioquin autem, quia his conſentitis & criminis & damnationis illorum vos ipſos participes efficitis: facientes enim & conſentientes pari pena puniendi ſunt. De cetero autem vobis Comitibus, qui Domini Regis & Vaſſalli & fideles eſtis, ex parte ſua precipimus, ut de adventu & ſervicio ejus vos diligentiſſime preparetis. Vobis quoque nihilominus precipimus, ut Guidriſium de Fornovo eidem Domno Epiſcopo juſtitiam facere cogatis, & tam ipſum Guidriſium, quamque & omnes alios, qui quondam Caſtellani & habitatores fuerunt locorum Epiſcopi, vel faciatis eos reverti & habitare in iiſdem locis, ſicut ipſi olim & anteceſſores eorum fecerunt, vel omnia que habent in eiſdem locis relinquere. Si autem nihil horum fecerint, aut ipſi Epiſcopo eos in laudamento Curie illius juſtitiam facere cogatis, aut a vobis eos omnino abjiciatis; alioquin banno Domni Regis ſubjiciemini in mille Libras auri.*

*Ego Girardus Notarius hujus exempli autenticum vidi, & legi, & fideliter exemplavi.*

Immo & in ipſa Civitate Mediolanenſi Anno MCXLVIII. veſtigia Imperialis auctoritatis deprehendi videntur. Quum enim controverſia intercederet inter Abbatiſſam Monaſterii Majoris Mediolanenſis, & Parochianos de electione Parochi Sanctae Mariae ad Circulum, eaque dirimenda ad Archiepiſcopum delata fuiſſet, judicio illi interfuit *Obitius Judex ac Miſſus Domni Tertii Lotharii Imperatoris*. Attamen hoc affirmare non audeo, quum jam ab aliquot Annis poſt Lotharium II. inter Auguſtos regnaret Conradus Romanorum Rex, ita ut Obitius ille indicet potius, ſe iis titulis (quod & de Notariis fiebat) a Lothario auctum fuiſſe, non autem ſe auctoritate Caeſarum ullum exercere jus pro iis in Populo Mediolanenſi. Chartam exero, quam e Collectaneis MStis celebris viri Johannis Petri Puricellii deſcripſi.

## Sententia Adelardi Mediolanenſis Eccleſiae Diaconi in controverſia de electione Presbyteri Sanctae Mariae ad Circulum, agitata inter Abbatiſſam Monaſterii Majoris, & Parochianos ipſius Eccleſiae, Anno 1148.

*IN nomine ſanctae & individuae Trinitatis. Recordatio ſententiae, quam Domnus Adelardus ſanctae Mediolanenſis Eccleſiae Diaconus juſſione venerabilis* Oberti Mediolanenſis Arhiepiſcopi *protulit ſuper diſcordia inter Mar*garitam Monaſterii Majoris Abbatiſſam, *& Vicinos Eccleſiae Beatae Mariae, quae dicitur ad Circulum, diutius agitata. Diſcordia enim haec erat. Praedicta ſiquidem Abbatiſſa conquerebatur, quod praefati Vicini Presbyterum ſuum*

A ſuum Albertum, quem in ipſa Eccleſia Beatae Mariae poſuerat & ordinaverat, violenter & injuſte expulerant. E contra praenominati Vicini dicebant, ipſam Eccleſiam Beatae Mariae praeſcripto Monaſterio vel ejus Abbatiſſae per ordinationem, ſeu per aliquam diſpoſitionem nullo modo pertinere, ſed ejuſdem Eccleſiae Sacerdotis petitionem & electio- B nem ad ſe de jure & ex longa conſuetudine pertinere debere firmiter aſſerebant. Inde alia quaeſtio orta eſt: ſcilicet quae pars petitoris honore, aut quae poſſeſſoris commodo in hac cauſa fungi debeat. Eadem namque Abbatiſſa dicebat, quod in ipſa Eccleſia Beatae Mariae Joannem Clericum poſuerat, atque de ipſa Eccleſia, ipſiuſque Eccleſiae be- C neficio illum inveſtiverat; & venerabilis Domnus Robaldus felicis memoriae Archiepiſcopus eundem Joannem ad Subdiaconatum, & Domnus Obertus, qui modò eſt, ad Diaconatum in eadem Eccleſia promoverant. Inſuper etiam Presbyterum Albertum de eadem Eccleſia, & ejus beneficio ſimiliter inveſtiverat: & ideo poſſeſſionem, quam tempore Pre- D ſbyteri Lanfranci Prophitae, aliorumque Sacerdotum anteceſſorum ejus habuerat, ſe continuaſſe dicebat. E contrario ipſi Vicini dicebant, quod praedictus Presbyter Lanfrancus per manum ipſius Abbatiſſae in ipſam Eccleſiam minime intraverat, & inveſtituras, quas in praenominatos Clericum & Sacerdotem lite jam mota fecerat, eis nullo modo noce- E re debebat. Reſpondebat eadem Abbatiſſa, ſe ante praefati Domni Robaldi, & Domni Oberti Archiepiſcopi praeſentiam juſtitiam facere paratam ſaepe fuiſſe; ipſos verò Vicinos juſtitiam facere contemnentes, praedictorum Domnorum Archiepiſcoporum praeſentiam per biennium & ultra adire contempſiſſe, aſſerendo dicebat. Unde quidam ex ipſis excommunicati, & omnes interdicti fuerunt. His itaque auditis, & diligenter inquiſitis Domnus Adelardus, ut dictum eſt, hanc promulgavit ſententiam: Praenominata Abbatiſſa ipſius Eccleſiae beatae Mariae ordinationis & diſpoſitionis, ſalva quaeſtione principalis cauſae, de cetero plenarie habeat poſſeſſionem.

Data eſt haec ſententia in Palatio Mediolanenſi, Anno Dominicae Incarnationis Milleſimo Centeſimo Quadrageſimo Octavo, Pridie Calendarum Junii, Indictione XI. Interfuerunt Vicini ejuſdem Eccleſiae, Amizo, & Azo, atque Groguttus, qui dicuntur Butraffi, Gandulfus Calvucius, Petrus Longus, Carrolanus, Albinus de Arcu, Ottobellus Calvucius, Obizo Botta, Ambroſius Greppus, Bellane Muſca, Rolandus Lazaronis, Zeno Viduae, Petrus Maſſarius, Malaſtreva, Lanfrancus Ferrarius, Laterius Vicecomes, Obizo de Palabiago, & multi alii.

✠ Ego Obertus Archiepiſcopus ſubſcripſi.

Ego Anſelmus indignus Diaconus interfui & ſubſcripſi.

Ego Adelardus Diaconus hanc Sententiam dedi & ſubſcripſi.

Ego Willelmus Diaconus ſubſcripſi.

Ego Jordanus Diaconus interfui & ſubſcripſi.

Ego Obitius Diaconus & Cimiliarcha ſubſcripſi.

Ego Otto Cauſidicus interfui & ſubſcripſi.

Otto Judex ac Miſſus Domni Quarti Henrici Imperatoris interfui & ſubſcripſi.

Ego Stephanus Archipresbyter interfui & ſubſcripſi.

Ego Obitius Judex ac Miſſus Domni Tertii Lotharii Imperatoris interfui & ſubſcripſi.

Locus Sigilli ✠ Archiepiſcopalis.

*Ego Galdinus Cancellarius, & Diaconus ſubſcripſi.*

Quod poſtremo loco Lector animadvertat velim, Italicarum Urbium exemplum, quae ſenſim e manibus Vaſſallorum, aut Magiſtratuum, (eos ante Aula Caeſarea ad regendos Populos deſtinabat) dominationem ſive regimen abſtraxere, ſibique imperium aſſeruerunt, id praeſtitiſſe, ut & paullatim eoſdem animos, idemque conſilium ſumſerint multae ex Germanicis Civitatibus. Quae nunc ibi Libertate fruuntur, atque a ſuis Magiſtratibus gubernantur, ſupremo tantùm Caeſaris juri obnoxiae, variis temporibus & ipſae, conatu omni adhibito, Reipublicae formam ac jura arripuere. Dominabantur eis antea Duces, Marchiones, Comites, aut Epiſcopi. Sed refractarii Populi, eorum jugum dedignati, aut vi, aut pactis initis obtinuere, ut habenas imperii ipſi in poſterum regerent, & ab uno Caeſare ſuam poteſtatem agnoſcerent. Penetravit & in Gallias, atque in Belgium Italicorum exemplum; ſed longe minori audaciâ regionum illarum incolae ſuos volatus inſtituerunt. Satis enim habuerunt, in unum Corpus, ſive Univerſitatem ſeſe conjungere, certiſque coetum ſuum adſtringere legibus, publicis fundis ad expenſas publicas conſtitutis: quam in rem jus coëundi, Magiſtratus habendi, & decernendi quae opus forent pro neceſſitate, oeconomia, & regimine Reipublicae, eis datum eſt a Regibus ac Principibus, ac multa inſuper privilegia conlata. *Communia*, *Communitates*, ſed ſaepius *Communiae* appellantur ejuſmodi Univerſitates in monumentis Scriptorum Galliae ac Belgii. Intactum autem in earum inſtitutionibus fuit non jus duntaxat Regis, ejuſque integra dominatio, ſed & Magiſtratuum ac Vaſſallorum, ſive ii Ducis, ſeu Comitis, Vicecomitis, aliove titulo Urbibus ac Oppidis praeeſſent. Proinde omnino differebant *Communiae* illae a Civitatibus liberis Italiae, eamque tantummodo honoris & auctoritatis menſuram ſervabant, quam nunc Urbium Italicarum *Communitates* ſervant, ſuis Principibus ſubjectae, & Regalibus ferme omnibus, ſive juriſdictione, & gladii ac dominandi jure carentes. Gallicorum *Communiis* facultas erat eligendi *Scabinos*, *Conſultores*, ac ejuſmodi Magiſtratus, anguſtâ tamen auctoritate uſuros, quum contra Civitates Italicae Principatu, & paene autocratiâ fruerentur. Nonnullae etiam e Siculis Civitatibus Seculo Chriſti Tertio decimo *Communitatem* inſtituerunt, cujus tamen vita per quam brevis fuit. Notiſſimum verò eſt, quantopere in Italia Seculo XII. Populus Romanus, impiis conſiliis Arnaldi Brixiani allectus, nihil non tentaverit, ut ſeſe in Libertatem aſſereret, & ſummorum Pontificum antiquiſſimam dominationem excuteret. Magnus Annalium Eccleſiaſticorum parens pluribus in locis poſt Ottonem Friſingenſem, ac alios ejus temporis Scriptores, conatûs in hanc rem, & acta Romanorum deſcribit. Tunc inſtitutus fuit, aut reſtitutus, ſed immani uſurpatione Pontificiae auctoritatis, Senatus Romanus. Tunc etiam Epocha nova procuſa, numerantibus Romanis *Annos Senatus*. Bella quoque civilia ſubſequuta ſunt, ac deinde pax, multis conditionibus intervenientibus; quae ſaepe turbata eſt, ſuccedente bello, prout vires Pontificum aut Romani Populi praevalebant. Anno potiſſimum MCXLV. & ſubſequentibus ejuſmodi infauſta

diſcordia

diſcordia in graviſſimos tumultus, **A** & apertam rebellionem degeneravit, quae vix multorum ſanguine ſublata eſt. Adfuit tunc Romanis Pontificibus Petrus nobiliſſimus Praefectus Urbi, una cum filiis ſuis: quumque ex eo bello diſpendia ac damna non pauca is retuliſſet, en qua ratione poſt aliquot annos Hadrianus IV. Papa ei ſatisfecerit, ne hunc adverſarium haberet, quum diſſidia imminerent inter Eccleſiam Romanam, & Fridericum I. Auguſtum. Ex Regeſto MSto Cencii Camerarii ego Chartam deſcripſi.

## Inſtrumentum, per quod Praefecto Urbis, & ejus Coadjutoribus, Civitate Caſtellana eis oppignerata, ſatisfactum fuit de damnis, & injuriis ſibi inlatis pro Romana Eccleſia defendenda, Anno 1158.

**B** *Tibi Patri, & univerſali Domino* Papae Adriano, *ego quidem Praefectus Johannes Praefecti, & Octavianus germani fratres, Petrus Johannis, Johannes Uguicionis, & Mater mea, Petrus de Atteja, Johannes Caparrone, & nepos ejus Milo, pro nobis, & pro uxoribus noſtris, nullo cogente imperio, ſed propria & ſpontanea noſtra bona* **C** *voluntate, per Chartulam conventionis atque tranſactionis, refutationem facimus pro nobis, noſtriſque heredibus vel perſonis a nobis ſummiſſis, pro duobus millibus Marcharum argenti; nominative de omni jure, ſeu actione, quam habebamus de damno Caſtrorum, Domorum, & omnium aliarum rerum mobilium & immobilium, quod nobis conti-* **D** *git occaſione guerrae, quam habuimus* cum Populo Romano *pro Romana Eccleſia. Ita quod nec nos, nec noſtrae uxores, aut heredes, aut alia per nos ſummiſſa perſona, ex hoc nunc exigemus aliquid a te Domino Papa Adriano, ſeu aliis Romanis Pontificibus praeter iſtam ſummam. Eo videlicet pacto & tenore de praedicta pecunia duorum* **E** *millium Marcharum in praeſentiarum mille Marchas puri argenti, de reſiduis vero pignus, ſicut infra legitur, recepimus, ut nihil de praedicta pecunia in damnum, ſeu contrarietatem Romanae Eccleſiae aliquo in tempore malitioſe expendamus, & hanc tranſactionis Chartulam inviolabiliter obſervemus. Quod ſi praefatae conventioni atque tranſactioni aliquis ex nobis contraire tentaverit, & commonitus infra quadraginta dies ſecundùm mandatum Domini Papae non emendaverit, jam ſolutae praedictae pecuniae partem ſuam reſtituat, & liberatis pignoribus, a reliquae ſuae portionis petitione cadat, & ex propria noſtra conventione publicae excommunicationi ſubjiciatur, praefata tranſactione nihilominus in ſuo robore permanente. Pro emendatione verò praedictorum damnorum a te Domino Papa, ſicut ante legitur, tranſactionis nomine, in praeſentiarum mille Marchas puri argenti recepimus: pro reliquis verò mille Marcis argenti a te Domino Papa totum jus, quod Romana Ecccleſia habet in Civitate Caſtellana, & in toto ejus Comitatu, & Monte Alto, excepto eo, quod Malavolta tenet in iſta Civitate Caſtellana a Romana Eccleſia, pignoris nomine ſuſcepimus. Tali videlicet conditione, quod neque nobis, neque heredibus noſtris aliquid de iſto pignore alicui nomine pignoris concedere nec infeudare, aut aliquo modo alienare liceat.*

*Quod*

*Quod ſi facere aliquis noſtrum praeſumpſerit, niſi ea penitus liberaverit, Vos, ſeu Succeſſor veſter, qui pro tempore ſederit, redimet quidquid de ipſis pignoribus obligatum invenerit de reliqua pecunia, quae nobis perſolvi debet. Sane Dominus Papa, vel ejus Succeſſores non debent auferre pignora Praefecto, ſuiſque conſortibus, niſi Praefectus vel ſui conſortes jam dictam conventionem infregerint, donec reliqua pecunia eis ſoluta fuerit. Et hominibus Civitatis Caſtellanae praecipiet, ut jurent Praefecto, ſuiſque conſortibus, quod bona fide eos juvabunt ad Civitatem Caſtellanam, ejuſque Comitatum tenendum juxta praenominatae conventionis tenorem. Pecuniam verò, pro qua praedicta pignora obligata ſunt, in hunc modum debebit ſolvere Dominus Papa. In ſequenti Anno quinquaginta Marcas, & in aliis proxime ſequentibus Annis alias quinquaginta vel centum Marcas ſimiliter pro duobus Annis. Et ſi plus ſolvere voluerit, in Romani Pontificis ſit poteſtate. Perſolutis verò iſtis mille Marcis, praedicti novi pignoris ſcriptum, & eadem pignora libera & abſoluta ſine moleſtia & contradictione in manus Domini Papae reſtituent: aut licitum ſit Domino Papae auctoritate ſua intrare praedicta pignora. Praeterea convenit Dominus Papa quod Praefectum, ſuoſque conſortes ad reaedificandas Domos ſuas in Urbe juvabit, ita tamen ut nec expenſas, nec guerras hujus rei causâ facere teneatur.*

*Actum eſt hoc Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti Milleſimo Centeſimo Quinquageſimo Octavo, temporibus Domini Adriani IV. Papae, Anno ejus IV. menſe Julio, Indictione VI.*

*A Praefecto, & Johanne Praefecti, Octaviano germanis fratribus, Petro Johannis, Johanne Caparronis; Viterbii, XVI. Kalendas Auguſti, in praeſentia rogatorum teſtium: Oddo de Inſula, Stephanus de Martha, Johannes de Ancilla Dei, Petrus Botellerius, Malabranca, Grunterius filius quondam Leonis de Cello, Urſus de Bove, Malavclta.*

*A Johanne verò Ugicionis actum eſt hoc Viterbii, Anno, Menſe, & Indictione, qua ſupra, XV Kalendas Auguſti, in praeſentia ſupradictorum teſtium.*

*A Milone verò, & matre Johannis Ugicionis, vel Legano abrenuntiantis, actum eſt hoc Vetrallae, Anno Milleſimo, quo ſupra, XIV. Kalendas Auguſti, in praeſentia teſtium:* Malabranca, *Johannes de Ancilla Dei, Stephanus de Martha, Stephanus Bucano, Rainerii Panateri.*

*A Petro verò de Atteja, & uxore ejus, actum eſt hoc, Anno, Menſe, & Indictione, quae ſupra, Nepe, XI. Kalendas Auguſti, in praeſentia: Johannes Bonellus; Rainerius Panater; Teizo filius Guidonis; Johannes de Ungaro; Cenzo Buccazanca de Civitate Nepeſina: hi omnes rogati teſtes.*

*Ego Johannes, ſanctae Romanae Eccleſiae Notarius, hanc Chartulam ſcripſi, & bene complevi.*

*Petrus Nicolai Praefectus Navalis juravit Domino Papae Innocentio, ſuiſque Catholicis Succeſſoribus in perpetuum.*

Ad eadem tempora ſpectat haec altera Charta, quam pariter tenebris ereptam volo, quum de iiſdem Proceribus Romanis ibidem agatur.

Romanus

Romanus Pontifex (fortaſſe Hadrianus IV.) oppignerat Caſtrum de Caſa-mala Petro Urbis Praefecto, Johanni, & Octaviano fratribus ejus, Petro de Attegia, Petro Johannis, Johanni Obitionis, & Johanni Caperrono, qui pro quibuſdam neceſſitatibus Romanae Eccleſiae triginta Marcas argenti mutuo conceſſerant, circiter Annum 1150.

*PRaeſentibus ſcriptis notum fieri volumus, nos a vobis triginta Marcas finis argenti ad pondus Romanum pro neceſſitatibus Eccleſiae mutuo recepiſſe; pro quibus quicquid habemus in Caſtro de Caſa-mala, cum redditibus & pertinentiis ſuis, vobis pignori obligavimus, ita quod donec a nobis, aut ab aliquo Succeſſorum noſtrorum praetaxata pecunia vobis reddatur, ad vos vel ad eum, cui vos delegaveritis, quicquid in eodem Caſtro ad jus noſtrum pertinet, velut ad nos ipſos, debeat provenire. Porrò ſolutâ pecuniâ, quod in ipſo Caſtro vobis obligavimus, libere ad nos & integre revertetur. Si verò pecuniam ipſam vel vos, vel ille, cui vos dimiſeritis, recipere fortè noluerit, nos numeratâ eidem pecuniâ, conſignatâ, & in ſacra Aede depoſitâ, nihilominus Caſtrum ipſum recipiemus. Adjicimus etiam, ut praedictum Caſtrum pignorandi, aut aliquo titulo cuilibet alienandi facultatem aliquam nullatenus habeatis.*

*Datum Narniae, IV. Kalendas Septembris.*

Dixi numeratos *Annos Senatus*, & pacem pluries fractam & reſtauratam: quod quanquam ex aliis monumentis conſtet, novo tamen confirmare decrevi. En ergo tabulas, quas mihi ſuppeditavit nuper memoratus Codex MStus Cencii Camerarii.

## Chartula memorialis ſuper conventionibus inter Domnum Papam Caeleſtinum & Senatum, Anno 1191.

*IN nomine Domini. Nos Senatores almae Urbis, decreto ampliſſimi ordinis ſacri Senatus conſtituimus, & firmiter ſtabilimus, & per praeſentem Senatoriae dignitatis paginam ad poſterorum memoriam reducimus, quatenus Romanae Eccleſiae, & Domno Papae nullatenus praejudicet neque noceat per tempora, quod* Dominus Papa Caeleſtinus *de mera ſua liberalitate & gratia ad praeſens largitur* Senatoribus, *qui ſunt ſupra numerum quinquaginta ſex Senatorum. Qui numerus in fine praedeceſſorum ejuſdem Caeleſtini ſummi Pontificis diffinitus continetur & legitur. Quam finem cum ſuis tenoribus modis omnibus ratam & firmam habemus & haberi in poſterum decernimus. Statuentes, ut quod Domnus Papa jam dictus de ſua ſola gratia, ſicut praeſcriptum eſt, fecit, non trahatur aliquando in exemplum ab aliquo, ſed ſolummodo praefatus quinquaginta & ſex Senatorum numerus, qui in Fine inter Eccleſiam, & Urbem factâ continetur, Beneficia & Presbyteria conſueta a Romana Curia integre conſequatur.*

*Actum*

*Actum* Anno XLVII. *Senatus*, *Indictione IX. menſe Maji die XXVIII. juſſu Senatorum Conſiliariorum*, *Pauli Laurentii*, *Pauli Franconis*, *Pauli Johannis Pauli*, *Petri Ser Leonis*, *Nicolai Johannis Seſſonis*, *Jaquinti Johannis Erri*, *Gregorii Farulfi*, *Stephani Capharelli*, *Guidonis Johannis Alexandri*, *Nicolai Bozi*, *Laurentii Rogerii Cenimi*, *Gulferani Centii Gulferami*, *Stephani Petri Mainardi*, *Ovitionis Calidibucconis*.

Neque Roma tantùm temporibus iis in conſilia Libertatis erupit, ſed & nonnullae aliae ex Civitatibus, Oppidis, & Caſtellis Pontificiae ditionis, aemulatae ſunt Romani Populi facinus. *Urbevetanos* praeſertim invenio per ea tempora quandam Reipublicae formam aſſumſiſſe, & regimen Civitatis detuliſſe *Conſulibus*. Verùm Hadrianus IV. nuper laudatus, cui Roma ipſa faſces ſubmiſerat, Urbevetanum quoque Populum ad debita officia pertraxit, initâ cum iis concordiâ, in qua tamen aliquis Reipublicae ordo & auctoritas Populo illi ſervatus fuit. Tabulas, ex praelaudato Cencii Codice depromtas, rei indices adtexo.

## Scriptum conventionis inter Domnum Adrianum Papam IV. & Urbevetanos, Anno 1157.

A*Nno Incarnationis Dominicae Milleſimo Centeſimo Quinquageſimo Septimo, Indictione VI. menſe Februario, factum eſt hoc pactum inter* Domnum Papam Adrianum, *&* Populum Urbevetanum. *Ex parte Domni Papae, mediantibus Julio titulo Sancti Marcelli, & Bernardo titulo Sancti Clementis, & Rolando titulo Sancti Marci, & Cancellario, & Henrico titulo Sanctorum Nerei & Achillei, Preſbyteris Cardinalibus, & Hiacintho Sanctae Mariae in Coſmidin, & Johanne Neapolitano Sanctorum Sergii & Bacchi, & Boſone Sanctorum Coſmae & Damiani, Diaconis Cardinalibus. Ex parte verò Urbevetanorum mediantibus Rocco Priore Sancti Conſtantii, & Conſulibus Wilelmo Johannis Lupi, & Petro Alberici, & Nobilibus viris Wilelmo Beccario, & Nero. Fecerunt ſiquidem praefati Conſules ligium hominium Domno Papae, & fidelitatem ſibi, & Succeſſoribus ſuis catholice intrantibus, ſecundùm tenorem juramenti, quod faciunt ei alii fideles ſui* de Regalibus. *Quam etiam fidelitatem praeſtitit ei* Populus Urbevetanus, *ſecundùm conſuetudinem aliarum Civitatum Domni Papae. Et hanc eamdem fidelitatem, ſi requiſita fuerit a Domno Papa, vel ſi ipſi ipſi ſponte obtulerint, eam renovabunt ei ſinguli Conſules, & ſucceſſoribus ſuis, quum novus ſucceſſerit Conſulatus in Civitate Urbevetana; praeſtito tamen ei beneficio decem Librarum; & quum redierint a Curia, praecipient Populo ſub tenore juramenti, quo ei tenebuntur, ut juratam fidelitatem Domno Papae firmiter teneant & obſervent. Et quum novi ſubſtituentur in Romana Eccleſia Pontifices, Conſules & Populus Urbevetanus jurabunt eis, ſicut modò fecerunt Domno Adriano, non requiſito alio beneficio, niſi decem Librarum pro Conſulibus. In expeditionibus Domni Papae ſervient ei a Tintiniano uſque Sutrium, & ad Tintinianum & Sutrium. Juraverunt etiam, quod ſecuritatem praeſtabunt Domno Papae, ſi aliquando voluerit accedere ad Civitatem Urbevetanam, & omnibus*

*euntibus*

*euntibus ad ipſum, remanentibus ſecum, & redeuntibus ab ipſo. Domnus Papa praeſtitis juramentis a Conſulibus & Populo Urbevetano, dedit eis pro beneficio CCC. Libras Afforciatorum; & receptis fidelitatibus, ſi burgenſes Aquaependentis voluerint redire ad mandatum Domni Papae, ſtudeat Domnus Papa de pace reformanda inter eos, non tamen violentiâ, ſed de conniventiâ partium.*

Paria animadvertas auſos quoque fuiſſe Cornietani Oppidi Cives, quos tamen Lucius II. Papa ad juſtiora ac ſaniora conſilia compulit. Teſtantur id tabulae, e praememorato Regeſto Cencii non ſecus ac praecedentes deſcriptae.

## Charta reſtitutionis Cornieti Lucio Papae II. factae, Anno 1144.

IN *nomine Domini. Anno Dominicae Incarnationis Milleſimo Centeſimo Quadrageſimo Quarto, Anno Primo Pontificatus Domini Lucii II. Papae, Indictione VII. menſis Novembris die XX. Nos quidem Gottifridus de Pinzono, & Vezo Franconis* Conſules, *una cum Aegidio Vicecomite, & Ranutio de Guittone, ex mandato & voluntate aliorum* Conſulum & Populi Cornietanae Civitatis *tam pro nobis, quàm* pro cuncto Cornietano Populo, *hac die, propriâ, ſpontaneâque noſtrâ voluntate, renuntiamus, & refutamus, atque reſtituimus tibi* Domino noſtro Lucio ſanctiſſimo Papae II., *& per te ſanctae Romanae Eccleſiae, tuiſque Succeſſoribus in perpetuum: ideſt quicquid* de Regalibus *beati Petri, quae ſunt in Cornieto, vel ejus territorio, alienatum eſt, vel ablatum, ex quo Petrus quondam Praefectus Johannis Michini primùm habuit Cornietum; ſcilicet in domibus, terris, vineis, hortis, molendinis, & portu: & generaliter de quacumque cauſa ad Curiam pertinente alienatum eſt, ſive ex venditione, ſive ex donatione, ſive ex locatione, aut ex pignore, ſive violenter uſurpatum, ſive in novo Feudo datum, ſive aliquis tunc a conſueto ſervitio excuſatus fuerit: totum, ut dictum eſt, tam pro nobis, quàm & pro cuncto Cornietano Populo, vobis renuntiamus, & refutamus, atque libere reſtituimus, ut numquam a nobis, vel a Cornietano Populo, aut heredibus, aut ſucceſſoribus noſtris aliquam aliquando habeatis litem exinde vel moleſtiam. Et haec omnia jure jurando corporaliter praeſtito adimplere & obſervare promittimus, & ſex homines noſtrorum Civium pro toto Populo Cornietano hoc ipſum jurare facere. Et ſi aliquis ex Cornietanis contra hoc agere praeſumſerit, & nos, ideſt Populus Cornietanus infra quindecim dierum ſpatium, poſtquam a Curia requiſiti erimus, emendare non fecerimus, abſque labore, vel expendio Curiae, tunc ille, qui hunc reatum patrare attentaverit, ſit in amiſſione omnium bonorum ſuorum, & omnia univerſa ejus bona ad Curiam devenient; & inſuper Cornietanus Populus componat vobis, veſtriſque Succeſſoribus pro poena centum Libras Lucenſium Infortiatorum: & ſolutâ poenâ haec refutationis Chartula perpetuo firma permaneat. Quam ſcribendam rogavi Johannem Scriniarium ſanctae Romanae Eccleſiae in Menſe & Indictione ſupraſcripta VII.*

✠ ✠ ✠ ✠ *Signa manuum ipſorum ſupraſcriptorum Gottifridi, & Vezonis Conſulum, & Aegidii, & Rainutii de Guitto, pro ſe, & cuncto Cornietano Populo, hujus Chartulae rogatorum.*

*Johannes de Petro Nicolai, teſtis.*

*Maximus de Octaviano, teſtis.*
*Romanus Guidonis Vulferani, teſtis.*
*Romanus de Barontio,*
*Romanus de Emperino.*
*Petrus de Griſotto.*
*Johannes de Stephano Baronchinorum.*

A Praeterea, quum fracta eſſet compages vetuſti regiminis apud Lombardos, non Urbes duntaxat in Libertatem ſeſe aſſeruerunt; ſed etiam Terrae & Caſtella non pauca paribus animis ad autocratiam anhelarunt, ſuiſque Magiſtratibus a ſe conſtitutis parere coeperunt. Pars nempe dejectis antiquis Imperatorum Vaſſis, ſeu Caſtellanis, imperium arripuere; pars ab ipſis Urbibus deficientes, legem ab eis ultra accipere detrectarunt, immo ad amplificandam ditionem propriam contulerunt quidquid virium & opum potuerunt. Hinc ſciſſa procedente tempore in paene innumeras Communitates magna Italiae portio. B Exemplum ſuppeditabit nobis Charta, quam ex authentico exſiſtente apud Monachos Ciſtercienſes Sancti Ambroſii Majoris Mediolani deſcripſi. Ibi occurret nobis *Commune Bellaſii*, ejuſque *Conſules* ad Annum Chriſti MCLXVII.

## Sententia Danielis Epiſcopi Pragenſis, qua decernit, homines de Civenna & Lemonta ſubjectos Monaſterio Mediolanenſi Sancti Ambroſii majoris, abſolvendos eſſe a juramento per illos praeſtito Communi Bellaſii, Anno 1167.

C IN *nomine ſanctae & individuae Trinitatis, & beatae glorioſae Mariae Virginis, quae augeat vitam* Domni Federici glorioſi Principis, *Anno Dominicae Incarnationis Milleſimo Centeſimo Sexageſimo Septimo, Indictione XV. die Martis, quae fuit Decimo ſexto Calendas Februarii. De controverſia, quae vertebatur inter* Abbatem Sancti Ambroſii *pro ſe, & pro Hominibus de Lemonte & de Civenna, &* Commune de Bellaſio, *quae talis erat: quod Abbas & Homines de Civenna & de Lemonte contentebant, ſe abſolvi debere a ſacramentis, quibus tenebantur eis ſolvere pro burſa, & ſtare ſecum in vicinitate, & facere placita ſub eis, & fodrum cum eis dare. Et contra* Ribaldus Conſul de Bellaſio, *qui juravit ſe eſſe* Nuncium Communis de Bellaſio, *aſſerebat, praedictos Homines de Civenna & de Lemonte non debere abſolvi ab illis ſacramentis. Et ſic viſis utriuſque partis allegationibus,* Domno Danielle Epiſcopo Pragenſe *ſedente pro tribunali in loco, qui dicitur Campus Rimoldi, Otto de Caſſali Morano Judex Curiae, conſilio aliorum Judicum, ejuſdem Curiae, Guldi de Bornardo,* D *ut Ugonis de Raſſi, & Mediipresbyteri, & Acerbi, abſolvimus Homines de Lemonte & de Civenna, ut non teneantur eſſe de vicinancia Hominum de Bellaſio, neque per Caſtellanciam, vel fodri dationem, vel placitationem, ſeu aliquam diſtrictionem; & condemnavimus praedictum Conſulem, ut abſolveret praedictos Homines de Civenna & de Limonte. Et ipſe ſtatim abſolvit. Et Dominus Abbas Sancti Ambroſii, cujus Homines illi de Lemonte & de* E *Civenna erant, juravit, quod neque ipſe, neque praedeceſſor ſuus dedit parabulam praedictis Hominibus ſuis, ut ſe juramento aſtringerent illis de Bellaſio; & praeſtito illo ſacramento, ſimiliter abſolutus*

*abſolutus eſt Abbas. Ibi fuerunt Nazarius de Aſtena, & Guglielmus de Peto, & Aliprandus Malladobatus, & Valdricus Secaltus de Cummo, & Magnus, & Albertus, & Guglielmus de Bezutio.*

*Ego Morandus ſacri Palatii Notarius, juſſu ſupraſcriptorum Judicum hanc ſententiam ſcripſi.*

Non vacat inquirere, ubinam ſitum fuerit *Bellaſium*. Viſitur quidem in Novocomenſi agro ad Larium amoeniſſimus ejuſdem nominis locus: ſed aliis decernendum relinquo, ibine, an alibi conquirendum ſit Oppidum, in Charta iſta memoratum. Erant etiam ex hujuſmodi ruſticanis Communitatibus, quae Privilegia ſibi ab Imperatoribus procurabant. Suberat Monaſterio Dionyſiano Mediolanenſi *locus de Melathe*. Verùm homines loci *per obreptionem precum* a Friderico I. Imperatore auctoritatem impetrarunt *eligendi homines*, ideſt Conſules, *qui jurabant de eis regendis pro communi, vel ſpeciali negotio ſine parabola* (nunc Parola) *& conſilio Abbatis Sanctorum Dionyſii & Aurelii*. Teſtem rei offero Diploma ejuſdem Friderici, quod ex adverſariis Cl. V. Puricellii excerpſi.

## Fridericus I. Auguſtus Monaſterio Mediolanenſi Sanctorum Dionyſii & Aurelii omnia illius jura & bona confirmat, Anno 1158.

IN *nomine ſanctae & individuae Trinitatis.* Fredericus *divina favente clementia* Romanorum Imperator ſemper Auguſtus. *Ut publicae rei, & ſanctarum Eccleſiarum cauſas aequa lance & juſto examine trutinemus, quae duo maxima bona, licèt inter ſe vario ſint ordine diſtincta, ita tamen ſibi invicem juſta diſpoſitione Dei ſunt connexa, ut ſi alterum perierit, alterum praecipitium pati, non ſit ambiguum. Noverint idcirco omnes fideles tam futuri, quàm praeſentes,* Domnum Guifredum Sanctorum Dionyſii & Aurelii Coenobii Abbatem, *noſtram adiiſſe clementiam, ut praefatam Abbatiam, non longe a Civitate Mediolanenſi ſitam, cum omnibus adjacentiis & pertinentiis eidem Abbatiae Sancti Dionyſii, quae ſunt domicultus, praedia, molendina, prata, ſilvae, paſcua, noſtrae auctoritatis Praecepto confirmaremus, & Imperiali vigore corroboraremus. Nos verò tam devotiſſimi Deo, & fideliſſimi nobis Abbatis amplectentes petitionem, pro remedio animae noſtrae, parentumque, ac omnium Catholicorum refrigeratione, ut eadem Abbatia in melius creſcat, robuſtiuſque ab invaſoribus exemta diteſcat, per hujus noſtrae auctoritatis Praeceptum, jam dictam Abbatiam cum Eccleſia intra praenominatam Mediolanenſem Civitatem ſita, quae dicitur Sancta Maria in Solariolo, & cunctis rebus, quae ad eamdem Eccleſiam pertinent, cum quatuor manſis, qui ſunt in loco Agracino, & Robiolo, ſeu Romano, Neſique, juxta Cumanum Lacum, cumque etiam terra, quae eſt in Segradella, ſeu in Sexto, Barziago, Caſaleglo, in Quinto, in Cutiaco, Vertiago, Grugonzola, Barziano, Brettonico, Vicotodoni, Preſſiano, Neſpolethο, Montebaliate, Caſteniathe in Braida, in Burrorum, Orcliano, Faniano, Cuncuretio, Meleſo, Paule, Caſterno, Marcello, Mardegurio, Ceſſiano, Frazanetho, Secrethe, Callegate, Surdi, Caſale-Moroni, & tertia parte Curtis, quae dicitur Talamona, cum diſtricta, & omnibus*

*nibus ipſis, quae tenet in Aromnio, ſeu omnibus concambiis Piſchallii, Imperiali auctoritate confirmamus. Praecipientes, ut jam dictum Coenobium habeat & poſſideat diſtrictum & albergariam totius loci* de Melathe, *& quicquid uſque modo in eo loco legaliter, ſeu juſte habere conſuevit.* Et ut ruſtici praedicti loci poteſtatem ulterius eligendi Homines in antea, qui jurent de eis regendis pro communi, vel ſpeciali negotio, ſine parabola & conſilio Abbatis ejuſdem Monaſterii, vel ejus ſucceſſoris, non habeant. *Jubemus quoque, ut omnes homines ſupradicti loci praeſenti Abbati, & ejus ſucceſſori fidelitatem jurent. Statuimus etiam*, ut reſcriptum, quod ruſtici praedicti loci per obreptionem precum impetraverunt contra hanc noſtram munificentiam ſeriò indultam, nullo modo valeat. *Invaſionem verò illam, ſeu venditionem, quam* Adelbertus Abbas *jam dicti Monaſterii fecerat, omnibus modis irritam eſſe cenſemus, & in omnibus dampnamus locis. Praeterea quicquid praedicta Eccleſia juſte vel legaliter acquiſivit* ab Heriberto *bonae memoriae* Archiepiſcopo, *& ejuſdem Coenobii fundatore, vel ab aliis fidelibus, ſive in poſterum aquiſitura eſt, cum rebus mobilibus & immobilibus, vel ſeſe moventibus, confirmamus & corroboramus, ſalvâ per omnia Imperiali juſtitiâ. Statuimus etiam hoc*

A *Imperiali Praecepto, ut ſi imminentibus peccatis, Cartulae & ſecuritates de terris, aut rebus ipſius Monaſterii, igne, aut latronum incurſu, vel aliquo caſu deperierint, ex Imperiali auctoritate noſtra ejuſdem Abbatiae Advocatus habeat poteſtatem cum duodecim Sacramentalibus jurejurando firmare, quod illo die, quo ipſae Cartulae perditae fue-* B *runt, inveſtituram haberet Abbatia de rebus, quas continebant. Et ita ſe defendat ſecundùm legem ad partem ipſius Monaſterii, ac ſi eaſdem in praeſentia haberet Cartulas, omnium hominum contradictione, atque moleſtatione penitus remota. Sancimus etiam, ut de ipſa Abbatia, vel praedictis omnibus locis, neque Dux, neque Marchio, neque Co-* C *mes, neque major quaelibet vel minor perſona fodrum aliquod praeter noſtrum Imperiale fodrum exigat. Decimae, & ipſorum locorum diſtricta, ad ipſam Abbatiam per hujus noſtrae munificentiae Praeceptum in perpetuum pertineant. Si quis vero, quod abſit, nefario auſu hoc noſtrae confirmationis Praeceptum violaverit, centum Libras auri optimi ſe* D *compoſiturum procul dubio cognoſcat, medietatem Camerae noſtrae, medietatem Abbatiae. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, praeſentem inde paginam conſcribi fecimus, eamque noſtrae imaginis Sigillo munitam, ſalvo Imperiali jure, approbantes confirmavimus.*

*Signum Domni Frederici*  *Romanorum Imperatoris invictiſſimi.*

Locus ✠ Sigilli cerei.

*Ego Fridericus Colonienſis Archiepiſcopus, & Italici Regni Archicancellarius recognovi, Anno Dominicae Incarnationis Milleſimo Centeſimo Quinquageſimo Octavo,*

*Indi-*

*Indictione Septima, regnante Domno Frederico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, Anno Regni ejus Septimo, Imperii verò Quarto, feliciter. Amen, Amen.*

*Datum in Rumbalia, Decimoquinto Calendas Decembris.*

Ita reperio in monumentis Reipublicae Mutinenſis multa Caſtella in montibus noſtris ſita, quorum habitatores Seculo Chriſti Duodecimo Libertatem arripuiſſe dignoſcuntur, ſed A paullatim, aut volentes, aut inviti, Populi Mutinenſis ditioni ſeſe ſubdidere. Exemplum exero deſumtum ex antiquo Regeſto ejuſdem Reipublicae.

## Qualiter Conſules de Pigneto jurant ſtare mandatis Conſulum Mutinae, Anno 1179.

HEinricus Conſul de Ponpignano, *& Lanfranchinus, jurant mandatum* Conſulum Mutinae, *ſicuti* Homines de Montealto, & de Moceno, *qui ſacramentum fecerant, & juraverant. Et quod hoc ſacramentum facient facere alios* Homines de Ponpignano, *ſcilicet ſalvandi Homines de Mutina, & defendendi, & ſtratam cuſtodiendi, & faciendi oſtem, & dandi Boaciam Communi Mutinae; & ſequi Conſules Mutinae omni anno jurare, ſicuti in Carta aliorum* de Frignano, de Mozeno, & Montealto, *& aliorum continetur.*

*Actum in Eccleſia Sancti Geminiani, Milleſimo Centeſimo Septuageſimo Nono, Indictione XII. Quintodecimo Kalendas Julii, die Dominica, in praeſentia Conſulum Mutinae, Squarzae & Guizardi de Cortexella, & aliorum, Domini ſcilicet Ganduiſi Judicis, Domini Arduini Raffacbani, Lanfranchi de Saltino, & aliorum.*

*Ego Blaxius, Imperialis ſacri Palatii Notarius ſcripſi.*

Quod etiam animadvertas velim, eiſdem temporibus Oppida ac Ter- B rae occurrunt, in quibus Populus *Communitatem* conſtituebat, quanquam eiſdem Princeps aliquis, ſive Regulus dominaretur. Profecto, uti fuſiſſime oſtendi in Antiquitatibus Eſtenſibus, inclyta Eſtenſium Marchionum, nunc Mutinenſium Sereniſſimorum Ducum progenies, *Eſtenſi* ſive *Ateſtino* nobiliſſimo Oppido dominabatur C Saeculo Chriſti Undecimo, ac diu dominari perrexit. Attamen in eiſdem Antiquitatibus Par. I. Cap. 33. pag. 349. in Charta Anni MCLXXXII. mentio eſt *Communitas de Eſte*. Rurſus ad Annum MCCIV. invenio *Commune* Eſtenſis ejuſdem Oppidi, inter quod, & Azzonem VI. Marchionem Eſtenſem concordia D pertractata fuit. Chartam accipe, quae ex Archivo ipſius Oppidi depromta, conjungi poterit cum altera ſupra a me editâ in Diſſertatione XIX. *de Tributis*, ubi occurrit ad Annum MCXCVIII. ſimilis concordia inita ab eodem Azzone VI. cum *Syndicis Communis Adriani* (nunc *Adriano*) qui & ipſi ſuberant ditioni Marchionis ejuſdem.

Concordia

## Concordia inter Azzonem VI. Marchionem Eſtenſem, & Commune Oppidi Eſtenſis, Anno 1204.

*IN Dei nomine. Amen. Anno ejuſdem Nativitatis Milleſimo Ducenteſimo Quarto, Indictione Septima, die Vigeſimo ſecundo exeunte menſe Novembris, in Eſte, in Sala domus* Communis, *praeſentibus Domino Odorico Judice Rationis, Domino Joanne de Benetto Judice Maleficiorum, Magiſtro Januario Merciario in Eſte quondam Petri, & Magiſtro Felice de Adigerio, Aromatario in Eſte, & aliis. Ibique cum eſſet certa contentio inter* Dominum Azonem Marchionem Eſtenſem *ab una parte, &* Commune de Eſte *ab alia parte, ſuper facto executionis Teſtamenti quondam recolendae memoriae* Domini Opizonis Marchionis, Patris praedicti Domini Azonis: *nam dictus* Dominus Azo Marchio *nolebat, multa bona hereditatis praedicti quondam* Domini Opizonis *dividi debere inter ipſas partes, praetextu, quod ipſa forent de ratione* Pheudi Ducum Bavarienſium, *& Imperatorum, in quo Pheudo dictus* Dominus Azo Marchio *tam ex diſpoſitione Juris communis, quàm ex paterno teſtamento ſuccedebat; ipſum autem* Commune, *ſive Boninſegna Notarius, Sindicus dicti Communis, e converſo praetendebat, multa bona dividi debere, praetextu quod fuiſſent de bonis rebellium malefactorum, & acquiſita de proprio aere Marchionatus. Et hoc vigore Inſtitutionis factae ipſi Communi per dictum quondam* Marchionem Opizonem *in dimidia bonorum non ſubjectorum Pheudo; adeo quod partes praedictae tendebant ad extremum, nec ullo modo poterant uſque modo convenire. Propterea ab amicis communibus requiſitae dictae partes, & * maximae a Nobili Milite Domino Ugolino de Liazaris, Amico utriuſque partis, in hunc modum & formam ſeſe compoſuerunt. Quoniam viſis teſtibus aliàs examinatis per Dominum Octolinum Cendadarium Judicem delegatum ab Henrico VI. Imperatore, ac habita fide a multis aliis de Pheudo praedicto, convenerunt amicabiliter, quod dividantur inter ſe aequis portionibus bona infraſcripta. Scilicet Fratnellus, Savonaria, Vallis Scaphola, Blancaria, Clauſura, Pidacorigie nemora Pratae, Piagnolae, & Paluganae, Palus mag....... verſùs ſero, & Palus Lauranti verſùs mane, uti bona de ratione hereditatis quondam* Marchionis Opizonis, *non ſubjecta Pheudo antedicto. Reliqua verò bona, ſcilicet Mores, Solexini, Ancharani, Finalis, Carmignani, Vigbizzoli, Pauſi, & Gazoli, ceteraque alia bona, ubicumque poſita, pleno jure ſint praedicti* Domni Azonis, *uti bona de ratione Pheudi Ducum & Imperatorum: nec de eis ab aliquo* de dicto Communi *inquietari poſſit. Statuentes partes praedictae terminum unius menſis proximi ad faciendum inter ſe diviſiones, & ponendum confinia bonorum praedictorum, ſorte ad brevia dividendorum, abſque aliqua contradictione. Et ſic fecerunt & concluſerunt partes praedictae, ac promiſerunt ſemper de rato in poenam damni, & Librarum mille denariorum Venetorum, & cum obbligatione omnium bonorum &c.*

*Ego Attolinus Hoſtienſis, ſacri Palatii Notarius praeſens fui, & rogatus fideliter ſcripſi.*

Diviſio

## Diviſio bonorum eorumdem facta inter Azzonem VI. Marchionem Eſtenſem, & Commune Oppidi Eſtenſis, Anno 1204.

*IN Dei nomine. Amen. Anno ejuſdem Nativitatis Milleſimo Ducenteſimo Quarto, Indictione Septima, die XVI. menſis Decembris in Eſte, ſub Domo* Communis, *praeſentibus Domino Joanne Judice de Benetto, Domino Bonacurſio Judice de Romanino de Ferraria, Domino Olderico Judice, Domino Bonaventura Judice ejus filio, Domino Joanne Biccazerio, Domino Jacobo Tuſuo, Domino Aleardino de Lendenaria, & aliis. Ibique cum* Dominus Azo Eſtenſis Marchio & Commune Eſtenſe, *& Boninſegna Notarius* dicti Communis, *Sindicus conſtitutus ad eligendum partem* pro ipſo Communi, *forent concordes eligere partes Nemorum Pratae, Peagnolae, Paluganae, Paludum, & de eorum territoriis, ſecundùm quod partes erant aſſignatae & terminatae per amicos communes utriuſque partis in praeſentibus locis. Primo de Palugana duae partes factae fuerunt. Prima pars versùs Treſtum a crucibus pro confinibus factis. Superius eſt una pars, in qua parte ſunt centum & ſexdecim campi. Item ſecunda pars a crucibus praedictis: inferius versùs Gazolum eſt una alia pars, in qua parte ſunt centum & ſexdecim campi. Item de Piagnola territorii menſurati factae fuerunt duae partes. In prima parte eſt terra cum nemore a campo Alberti de Roveredo ſuperiùs versùs Turrem cum parte nemoris, & Territorii, quae eſt versùs Sanctam Mariam; ſumma dictae partis eſt de centum viginti uno campo. Item ſecunda pars, quae eſt versùs terram Martini de Joanne Bonini a Gazedendo, ſunt centum & viginti unus campus. Item de Prata duae partes ſunt factae. In prima parte eſt territorium & nemus a Cruce Ripae Pratae per lineam rectam uſque ad Crucem factam prope terram quondam Azonis de Aldigerio versùs Villam, & Carcaſunnicam, quod territorium videtur eſſe quingenti campi, minus decem campi. Item in ſecunda parte a crucibus praedictis ſuperiùs versùs Eſte aliud territorium cum nemore, quod eſſe videtur quadringenti & triginta quinque campi. Item de Palude tales partes factae ſunt: videlicet pars, quae eſt versùs foſſatum Noventae, eſt mille & nonaginta quatuor campi. Item quarterium ſive pars Alturae noningenti campi. Item pars Agorae versùs Noventam eſt poſita cum parte Alturae & foſſati praedicti. Item quarterium ſive pars, quae eſt deſuper ab Arolis, videtur eſſe octingenti & nonaginta unus campus. Item quarterium ſive pars Campi Longhi videtur eſſe mille & ſeptuaginta tres campi. Item pars Agorae, versùs Eſte poſita in parte Campi Longhi, & alterum quarterii Arolani. Item pars Agorae, quae eſt versùs Noventam, cum quarterio Alturae debet addere partibus ſive quarteriis deſuper Arolis: videlicet a Campo Longo decem campis. Quae partes per brevia coram* Domino Marchione *praedicto, & in plena concione Hominum da Eſte, & praeſente dicto Boninſegna Sindico, concorditer ſic ſortitae ſunt, videlicet. In parte & pro parte nemoris Paluganae & ejus territorii,* Dominus Marchio *elegit, & ſibi per breve evenit pars, quae eſt versùs Treſtum a crucibus ſuperiùs pro confinibus factis. Et pars a crucibus inferiùs versùs Gazolum, praedictus Bo-*

*ninſegna Notarius & Sindicus in parte & pro parte nomine dicti* Communis *elegit, & ſibi per breve evenit. Item eidem Marchioni ſimiliter per breve evenit de Peagnola territorii menſurati, & nemoris a Campo Alberti de Rovedo ſuperiùs versùs Turrim cum parte territorii & nemoris menſurati versùs Sanctam Mariam. Item eidem Sindico per breve evenit pars, quae eſt versùs terram Martini de Joanne de Bobus, & de Gazadellis. Item dicto* Domino Marchioni *per breve evenit ſibi a cruce Ripae Pratae per lineam rectam uſque ad crucem, quae facta fuit prope terram quondam Azonis de Aldigerio de nemore; & inferiùs versùs Carcaſunnicam, & Villam per breve nemus & territorium in parte eidem Boninſegnae Sindico evenit. Quae pars habere debet de voluntate diviſorum, & denuntiata fuit: in quam partem eligunt quinquaginta campos, pluſquam alia pars, pro eo quod deterius territorium erat. Item quarterium Paludis versùs Campum Longum in quarterio Arolarum cum parte Agorae versús Eſte uſque ad cruces pro confinibus factas & aſſignatas eidem* Domino Marchioni *pro parte per breve evenit. Et quarterium Paludis versùs Noventam cum quarterio Alturae, & cum parte Agorae versùs Noventam uſque ad cruces pro confinibus factas & aſſignatas pro parte, per breve eidem Sindico evenit. Et pactum fuit concorditer conſtitutum, ſi deceptio eſſet inter utramque partem, quod pars, quae decepta eſſet, debeat reſtaurari de deceptione per aliam partem: ſalvo tamen omni jure & actione omnium poſſeſſiones habentium in praedictis locis.*

*Ego Aitolinus Hoſtienſis, ſacri Palatii Notarius praeſens fui & rogatus &c.*

*Bartolomeus Leonicenus ex autentico de membrana &c.*

In nuper memoratis Antiquitatibus Eſtenſibus Par. I. Cap. 37. pag. 365. poſtremis tabulis Obizonis Marchionis Eſtenſis, aliiſque documentis fretus, ſcripſi, *Azzonem VI.* non filium, ſed ex filio nepotem Obizonis ejuſdem fuiſſe. Atqui heic habemus *Opizonem Marchionem patrem praedicti Domini Azonis*. Si vera haec ſunt, ex Genealogia Eſtenſium expungendus erit *Azzo V.* quem patri praemortuum opinatus fui. Quid ſignificet heic *Pheudum Ducum Bavarenſium*, ſatis jam explicavi in eiſdem Antiquit. Eſtenſ. Par. I. Cap. 34. pag. 341. Atque haec pauca ſatis ſint ad dignoſcendam originem Libertatis in Civitatibus Italicis. Si qui ſunt (& ſane non deſunt) qui Florentiam, aut alias Civitates opinentur, longe antea, immo & ſub ipſis prioribus Romanis Auguſtis, Libertate donatas Rempublicam conſtituiſſe: ii ſupine falluntur, nimiumque credulos fallunt. Immo animadvertendum eſt, Tuſciae Civitates ſeriùs, quàm Lombardiae ad plenam Libertatem aſſurrexiſſe. Nam Seculo Chriſti Duodecimo Urbes non paucas in Lombardia numerare poſſumus, quibus nulli Marchiones, nulli Comites praeerant, hoc eſt Imperiales Magiſtratus. Verùm Tuſciae Urbibus ad finem uſque ejuſdem Seculi juſtitiam miniſtrarunt, & legem dixerunt miſſi ab Imperatoribus Comites & Marchiones. Quare ibi ſuprema Libertas eo tantùm tempore invaleſcere coepit, quo in Germania controverſiae de Imperio inter Philippum Suevum & Ottonem IV. Brunſvicenſem, Interregnum in Italia pepererunt. Atque haec pauca ſufficiant in hanc rem, quibuſcum conjungenda ſunt, quae in Diſſertatione XVIII. *de Republica* antea commemoravi.

# DE CIVITATUM ITALICARUM MAGISTRATIBUS,

# DISSERTATIO QUADRAGESIMASEXTA.

# DISSERTATIO

## QUADRAGESIMASEXTA.

Quum primum ſe in Libertatem vindicarunt Italicae Urbes, reique publicae formam aſſumſere, neceſſe fuit Magiſtratus deligere, qui tum pacis, tum belli negotiis praeeſſent, qui juſtitiam Populo miniſtrarent, qui domi potentes, ac ſeditioſos in officio continerent, & cum finitimis Civitatibus pro communi ſalute foedera conſtituerent. Itaque primo, Romanae Reipublicae ad inſtar, *Conſules* adlecti fuere, qui clavum imperii tenerent. Neque praetermiſſum volo, etiam ineunte Seculo Chriſti Decimo occurrere *Conſules* in Urbe Romana, quorum munus etſi longe diſpar a veterum Romanorum Conſulatu, illuſtre tamen fuerit & tunc oportet. A Panegyriſta Berengarii Auguſti Lib. 4. memoratur inter Primates Romanos *Conſulis Natus*: quae verba indicare videntur, tunc unum *Conſulem* fuiſſe Romae. Ad haec apud Rubeum Libro quincto Hiſtor. Ravennatis, ad Annum Chriſti DCCCCLXIII. habentur acta Concilii celebrati *in loco ubi dicitur Martialis, territorio Mutinenſi*, quo convenit praeter Epiſcopos *multitudo Ducum, Comitum &c. Judicum, Conſulum, Caſtaldiorum &c.* Infra memorantur *Aſtelianus & Ge-*
A *rardus germani Conſules, & Mauritius filius quondam Romani Conſulis*. Iſti Ravennae Conſulis dignitate functi videntur. Et ſane eâ in Urbe Anno DCCCCXC. complures Conſules memorantur, ut conſtat e nobili Placito, quod ſupra evulgatum a me fuit in Diſſertatione XXXI. *de Placitis*. Ita ad Annum MXV.
B *Conſules* Ferrarienſi in Urbe nobis exhibuit alterum Placitum, quod in Praefatione ad Leges Langobardicas Part. II. Tomi I. Rer Italicarum dedi. In Chronico quoque Farfenſi occurrunt per ea tempora *Conſules Romani*. Verùm Civitates Italicae, jam Libertatem conſequutae, non levem, ſed ampliſſimam ſuis Conſuli-
C bus auctoritatem tradidere. Audiendus heic Auctor graviſſimus, hoc eſt Otto Friſingenſis Lib. 2. de Geſtis Friderici I. Cap. 13. ubi mores Italicae gentis deſcribit. *In Civitatum* (ita ille ſcribebat circiter Annum MCLVI.) *diſpoſitione, ac Reipublicae conſervatione, antiquorum adhuc Romanorum imitantur ſolertiam. Denique Li-*
D *bertatem tantopere affectant, ut Poteſtatis inſolentiam fugiendo, Conſulum potius quàm imperantium regantur arbitrio*. Quot autem Conſules, & unde eligerentur, prodit idem Auctor, haec alia ſubdens: *Cumque tres inter eos Ordines, id eſt Capitaneorum, Valvaſſorum, & Plebis eſſe noſcantur, ad reprimendam ſuperbiam, non de u-*

*no, ſed de ſingulis praedicti Conſules eliguntur; neve ad dominandi libidinem provumpant, ſingulis paene annis variantur.* Friſingenſi ergo teſte, tres tantùm Conſules conſtituere in more fuit, eoſque ex tribus Populi ordinibus ſelectos. Verùm antiqua monumenta in hujuſmodi ſententiam minime collineant. Nihil enim conſtans certumve hac in re fuit olim Italicis Urbibus: ſed ſingulae, prout ſibi unaquaeque aut utilius aut commodius cenſebat, ideſt pro ſuo arbitrio, Conſules deligebant, modò duos, modò quatuor, modò plures, ita ut in Pace Lucenſi Anno MCXXIV. confectâ (quam Chartam evulgatam habes in Antiquitatib. Eſtenſib. Par. I. Cap. 17. pag. 154.) numerarentur *ſexaginta Conſules* Urbis Lucenſis. In Charta Monaſterii Padolironenſis Anno MCXXVI. ſcripta occurrerunt mihi *Albertus & Azo filii Azonis, Wido filius Ugonis de Bona, Opizo de Çolantono, & Albertus filius Bonacauſae de Pergerio, Conſules Mantuae.* Eodem Saeculo duodecim Conſules praefuiſſe Civitati Bergomenſi, in Praefatione ad Carmen Magiſtri Moyſis oſtendi Tomo V. Rer. Italicarum. Reipublicae Genuenſi primò, hoc eſt circiter Annum Chriſti MCII. praefecti fuere Conſules ſex, aut quatuor. Anno autem MCXLV. ut habetur in Annalibus Caffari, Tomo VI. Rer. Italicarum, numerabantur ibi *Conſules de Communi quatuor, & de Placitis quatuor.* Anno MCLX. fuerunt *Conſules de Communi quatuor, & de Placitis octo.* Subſequenti Anno *Conſules de Communi quinque, Cauſarum verò Conſules fuerunt octo.* Idem ſignificant *Conſules de Placitis*, ſive *Cauſarum Conſules*, atque *Conſules Juſtitiae* alibi memorati, qui nempe jus Populo publice reddebant.

Et profectò non unus erat Conſulum ordo; ſed aliis credebatur ſupremum politicum regimen, aliis verò (Juris videlicet peritis) cura decernendi lites civiles inter Populum exſurgentes. Primi *Conſules Majores* appellantur in Statutis Piſtorienſibus, quae infra in Differt. L. a me edita reperies. Iidem iſti erant, atque *Conſules de Communi* apud Genuenſes. Mutinae Anno MCXLII. ſeptem ſaltem Conſules fuiſſe invenio. quum Epiſcopus Ribaldus una cum Conſulibus Mutinenſibus liberalem ſe exhibuit erga Monachos Benedictinos Sancti Petri, uti ex ſubſequenti Charta conſtabit, quae in Archivo ejuſdem Coenobii habetur.

## Conceſſio canalis aquae, addita facultate conſtituendi Molendinum, facta Monachis Mutinenſibus Sancti Petri a Ribaldo Epiſcopo, & Conſulibus Civitatis, Anno 1142.

I*N nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Anno Domini Milleſimo Centeſimo Quadrageſimo Secundo, de Menſe Madii, Indictione Quinta. Quum adeſſet* Domnus Ribaldus, *Dei gratiâ* Mutinenſis Eccleſiae Epiſcopus, *in Palatio Domnicato, & cum eo aſſidentibus* ſeptem *ſibi* Conſulibus Urbis Mutinae, *Guidone de Azone de Fredo, & Bernardo Medico, & Girardo de Gajo, & Manfredo de Saliceto, & Guntardo & Fredulfo de Macreta, & cum illis Ubaldus Cauſidicus, & Rolandus de Tetelmo, & Geminianum Maſſarium, & Boſcbittum, & Petrum Ganbucium, & Petrum France..... & Guandalinum, &* Gam-

*Gambalonga*, *& ceteri quamplures*, *in eorum praeſentia & teſtimonio ſupradictus Domnus Ribaldus Epiſcopus cum omnibus ſupradictis Conſulibus & vicinis*, *conceſſit atque tradidit Monaſterio Sancti Petri Apoſtolorum Principis ſito juxta praedictam Urbem in manu* Domni Placiti Abbatis, *locum unum cum aquario*, *in quo Molendinum conſtruatur. Et eſt ille locus in tota poteſtate Urbis*, *aut in Foſſa*, *quae currit inter Stradam & Cervaram*, *in qua melius convenit ad proficuum Monaſterii; cum introitu & exitu*, *& cum omni jure & uſu ad Molendinum uſualiter pertinet*, *ut praefatum Monaſterium perpetualiter habeat auctoritate Domni Epiſcopi*, *& Conſulum*, *& vicinium*, *& poſſideat ad uſum & ſumptum praedicti Domni Placiti Abbatis & Fratrum*, *qui in eodem Monaſterio nunc ſunt*, *vel in ſempiternum ſervierint. Et nullum hedificium conſtruatur inter hoc novum Molendinum*, *& alium Molendinum Domni Abbatis*, *quod noceat huic novo Molendino. Et ſi Domnus Epiſcopus*, *vel ejus Succeſſores*, *aut Conſules*, *vel ſi qua perſona magna parvaque hoc datum rumpere voluerit*, *& obſervare noluerit*, *nomine poene componat Libras XX. Denariorum Lucenſium praedicto Monaſterio*, *& Domno Abbati. Poſt penam ſolutam hoc ſcriptum ratum ab omnibus teneatur.*

✠ *Ego* Ribaldus *Dei gratiâ* Mutinae Epiſcopus *manu mea ſubſcripſi.*

*Ego Sigezo Magiſter Scolarum manu mea ſubſcripſi.*

*Ego Presbiter Ugo manu mea ſubſcripſi.*

*Ego Johannes Diaconus manu mea ſubſcripſi.*

*Ego Johannes ſacri Palacii Notarius ſcripſi.*

Attentis oculis Charta haec conſideranda eſt; inde enim eorum temporum mos non levis momenti nobis ſe prodit. Nimirum tam Epiſcopum quàm Conſules in ejuſmodi donationem conſenſiſſe, & potiores quidem partes Epiſcopo tributas fuiſſe. Haec, inquam, nos ad intelligendum perducunt, in nonnullis Italiae Urbibus Cives proculdubio in Libertatem aſſurrexiſſe, atque inter ſe diviſiſſe Reipublicae regendae onus atque honorem: attamen primas regiminis partes delatas fuiſſe Epiſcopo Urbis, tum quod is Civium praeclariſſimus foret, tum etiam quod Populi caput eum conſtituebat Eccleſiaſtica dignitas. Accedebat, quod uti alibi commemoratum eſt, ab Imperatoribus collatus fuerat nonnullis Praeſulibus ipſe etiam Comitatus, ſive regimen temporale Urbis, cui praeerant jam in ſpirituali regimine. Hoſce potiſſimum par erat praeſtantiorem habere locum in nuper inſtituta Republica: ac proinde cum iis auctoritatem ſuam Populus partiebatur, ſinebatque eos primam ſententiam dicere in publicis negotiis. Hiſce ipſis temporibus, hoc eſt Anno MCXLIII. uti conſtat ex Charta a Campio evulgata in Appendice ad Tomum primum Hiſtor. Eccleſiae Placentinae, num. 123. pag. 541. *Arduinus Placentinus Epiſcopus* conceſſit *adminiſtrationem Pontis Trebiae* Monaſterio Trebienſi, *conſentientibus viris Religioſis tam Clericis quàm Laicis*, *quorum nomina ſubtus leguntur.* Infra in eam donationem conſenſerunt *Nicolaus de Caſtello Alquato* (lego *Arquato*) *& Leccacorvus Conſules Civitatis* Placentinae. Nam quod idem Campius alibi ſcribit (atque in eam rem monumentum adfert num. 95.) etiam Anno MLXIII. fuiſſe *Conſules Placentiae*, equidem ei fidem in hoc facile adhibendam non puto, niſi certiora documenta ſuppetant. Nondum enim video,

video, tunc in alias Urbes invectum *Conſulum* nomen & auctoritatem: & ad Placentiam quod attinet, certe ad id perſuadendum nobis informis illa a Campio allata Charta minime ſufficit. Paucis tantummodo Annis ante finem Saeculi a Chriſto nato Undecimi invecti fuiſſe videntur Conſules ad regimen Italicarum Urbium. Adeant heic Lectores velim, quae Tomo V. Rer. Italic. enarrantur de bello inter Mediolanenſes & Comenſes per plures annos producto, cui tandem Anno MCXXVII. cum excidio Comenſis Urbis factus eſt finis. Ibi videas *Anſelmum Mediolanenſem Archiepiſcopum*, quamquam Coadjutor tantùm foret *Jordani Archiepiſcopi*, ingenti auctoritate illud bellum ſuſcepiſſe ac peregiſſe, ita ut ad eum referatur Novocomenſis Civitatis everſio: quam in rem doctiſſimi viri D. Joſephi Stampae Somaſchenſis Ordinis Notas ad Poëma Comenſe pag. 408. conſulere potes. Ex eodem etiam Poëmate conſtat, *Guidoni Epiſcopo Comenſi* in temporali ſuae Urbis regimine praecipuam fuiſſe poteſtatem. Immo, uti in antiqua Scheda ab eodem Stampa edita pag. 407. legitur, Jordanus de Clivio, nuper memoratus Archiepiſcopus Mediolanenſis, *tunc regebat Mediolanum;* & tamen iis temporibus *Conſules Mediolanenſes* paſſim occurrunt, ipſique bella gerunt.

Haec autem dum commemoro, nolim putes, apud eoſdem Mediolanenſes Archiepiſcopos totius auctoritatis culmen fuiſſe. Inluſtri Archiepiſcoporum muneri multum deferebatur in politicis quoque rebus: at penes Populum, & Milites, hoc eſt Nobiles, erat ſupremae ditionis, atque poteſtatis exercitium. Ipſe Jordanus a Comenſi Populo laeſus, teſtante Landulpho de Sancto Paulo in Hiſtor. Mediolanenſi, Tomo V. pag. 504. Rer. Italic. incitavit quidem Mediolanenſem Populum contra Comenſes, ſed imperio minime ad bellum ſuſcipiendum pertraxit. *Obſeratis januis Eccleſiarum, ſuo Populo negavit introitum, niſi materiali gladio vindicaret malitiam Cumanorum*. Ita Landulphus ipſe. Porro etiam ante illa tempora, & circiter Annum Chriſti MCVI. Mediolanenſi Reipublicae Conſules praeerant. Nuper enim memoratus Landulphus junior ad ea circiter tempora auctor eſt, ſe fuiſſe *Conſulibus Mediolanenſibus Epiſtolarum dictatorem*. Contra in Patavina Republica Saeculo ſubſequenti plurimùm potuit Jordanus Prior Sancti Benedicti: iſque erat primum mobile publicorum conſiliorum atque actionum, ut ex Tomo VIII. Rerum Italicarum liquet. Non is tamen Praefectus unquam Urbi fuit. Si ergo Epiſcopi aliquot olim in liberis Urbibus plurimùm poterant, non inde ſemper conſequitur, Urbium Principatum fuiſſe eis delatum, quum acta illorum temporum omnia ſatis oſtendant, Conſules praefuiſſe Reipublicae, & apud Univerſitatem potiora jura dominationis, juſtitiae, bellique ac pacis fuiſſe. Nuper occurrit nobis Epiſcopus Mutinenſis, qui primas partes egit in donatione facienda. Verùm ex quo Fridericus I. Auguſtus Italiam ingreſſus novam rebus faciem adferre, aut antiquam reſtituere, decrevit: exinde video Epiſcoporum auctoritatem in politico regimine aut nimium imminutam, aut omnino extinctam. Iis ipſis Monachis Mutinenſibus uſus alterius aquae, *quae fluit per Pratum de Batalia*. conceſſus eſt Anno MCLXXXVII. *Indictione V. Octavo Kalendas Februarii*, *Regnante invictiſſimo Imperatore Federico*. Quis eam conceſſerit,

rit, e ſubſequentibus diſce: videlicet *Dominus Manfredus Picus, Dei gratiâ Mutinenſis Poteſtas, una cum Conſulibus & Advocatis ſuis &c. voluntate & parabolâ Conſilii greſſi Mutinae cum campanis pullatis &c.* Nihil tamen, quod dixi luculentius confirmabit, quàm altera Charta, ubi poſt paucos annos a Ribaldi Epiſcopi conceſſione ſupra deſcriptâ, foedera a Mutinenſibus inita videas, & nullâ quidem Epiſcopi mentione facta. Illam ego deſcripſi è vetuſtiſſimo MSto Regeſto Communis Mutinenſis.

## Pacta Societatis & Foederis initi inter Parmenſes & Mutinenſes, Anno 1151. & 1182.

*ANno Domini Milleſimo Centeſimo Quinquageſimo Primo in menſe Januarii. Breve recordationis, qualiter Mutinenſes homines, & Parmenſes convenere inter ſe. Juraverunt Parmenſes Mutinenſibus ſalvare perſonas & eorum bona in eorum Epiſcopatu, & ubicunque potuerint. Et juraverunt ſemel per unumquemque annum facere eis hoſtem cum Peditibus & Equitibus; cum diſpendio & perdita Parmenſium quindecim diebus permanebunt. Et hoc totum erit, niſi remanſerit datâ parabolâ majoris partis Mutinenſium Conſulum. Et per duas vices per unumquemque annum adjuvabunt eos cum Equitibus, & cum diſpendio Mutinenſium, & ad perditam Parmenſium, a loco Reni uſque ad Burgum Florenzole, & ab Alpibus uſque ad Flumen Padi; & hoc quod dictum eſt, cum Equitibus ad voluntatem Conſulum Mutinae permanebunt. Et juraverunt adjuvare eos per bonam fidem ad Curiam Domni Pape cum ſuis Clericis & cum ſuis Laicis, diſpendio Parmenſium. Et ſi aliqua offenſio apparuerit facta a Parmenſibus adversùs Mutinenſes, poſtquam requiſitum fuerit per Conſules Mutine, emendabitur infra quadraginta dies, niſi remanſerit pro impedimento Dei, vel parabolâ Conſulum, vel illius, cui offenſio facta fuerit caput tantum. Et de injuriis ad laudamentum Conſulum ambarum Civitatum. Et hoc totum, ut ſuperius dictum eſt, obſervabunt contra omnes homines, ſalva Fidelitate Imperatoris Eccleſie, quouſque in Longobardia erit; poſt deceſſionem Imperatoris Longobardie hoc totum obſervabitur. Et ſi Regienſes homines permanſerint in hac Societate Mutinenſium & Parmenſium ad concordiam Conſulum ambarum Civitatum, Parmenſes ſuſcipient emendationem ad laudacionem Conſulum Mutine de offenſionibus factis, aut de eis, quas in antea facte fuerint. Et ſi Regienſes homines non intraverint in hac Societate uſque ad terminum Octave Paſche Reſurrectionis proximo veniente, & voluerint emendare infra hunc terminum Octave Paſche in laudamento Conſulum Mutine, Parmenſes ſunt obſtricti recipere uſque ad predictam Octavam Paſche & non amplius. Poſtquam Mutinenſes quando inceperint facere guerram Regienſibus, infra terminum viginti annorum Parmenſes faciant guerram ſuam, & faciant guerram Regienſibus ſine fraude, neque pacem, neque treguam, neque guerram recredutam facient ſine concordia Conſulum Mutine. Et hoc jurabit caput per caſam ſine fraude, niſi remanſerit in concordia Conſulum ambarum Civitatum uſque ad viginti annos, ad renovandum in capite decem annorum per centum homines. Et totum hoc obſervabitur, ſicut ſuperius ſcriptum eſt, ſine omni fraude, & omni malo ingenio.*

*In*

*A* *In nomine Domini. Ego juro, quod bona fide ſalvabo & guardabo in habere & perſonis homines Mutine, & ejus diſtrictus, qui per Mutinam ſe diſtringunt, per totam meam terram, & per totam meam aquam, & per meam forciam, & alibi, ubicumque potero ſine fraude. Nec ſtudioſe eos offendam per me, neque cum alio in mea terra & aqua, neque in eorum, nec alibi, niſi* *B* *cum Communitate Societatis Lombardie. Et reverſa Communitate Societatis Lombardie domi, ſemper predicto modo tenear. Et ſi offenſio aliqua alicui ex Mutinenſibus advenerit ab aliquo Parmenſium, infra quadraginta dies, poſtquam mihi requiſitum fuerit a Conſulibus, vel Poteſtate Mutine, vel Literis Sigillo Communis ſigillatis, caput* *C* *tantum, emendare faciam, niſi per parabolam Conſulum, vel Poteſtatis Mutine remanſerit, vel illius, cui offenſio facta fuerit, vel juſto Dei impedimento. Et querimonias mihi factas ab aliquo ex Mutinenſibus, Sigillo ſue Civitatis, bona fide ſuſcipiam, & rationem & juſticiam eis ſecundum jus, & bonum uſum, & mo-* *D* *re mee Civitatis, ſine fraude faciam. Et infra quadraginta dies, poſtquam mihi de lite cognitum fuerit, nec fraude dimittam, quando cognoſcam per me, vel per ordinatas perſonas, ad hoc diffiniam, vel diffinire faciam ſine pena & fructibus, & ſecundum morem mee Civitatis, vel per convenientiam, ſi partibus placuerit. Et illa negocia, que Civitas* *E* *Mutine fecerit ſua, vel per Commune, vel per diviſum, non contrariabo, nec offendam per me, neque cum alio per Commune, neque per diviſum, niſi cum Communitate Societatis Lombardiae, ut dictum eſt ſuperius. Et ſi aliquis mei Diſtrictus de predictis negociis eos contrariabit, aut offendet, ad voluntatem Conſulum, vel Poteſtatis Mutine, & Conſilii, ſuper eum vindictam faciam.*

*Item juro, quod bona fide ſtudebo, & operam dabo per me vel per Rectores, vel Conſules hujus Civitatis Parme ad aquirendam parabolam a Rectoribus Lombardie, ſive a Conſulibus Civitatum Societatis, renovandi ſacramenta Societatis antique Mutine & Parme; & parabolâ aquiſitâ; vel ſi cognovero, quod poſſim renovare abſque parabola predictorum Rectorum & Conſulum, videlicet quod jam ſit data, vel aliter, ſacramentum predicte antique Societatis renovabo. Et ſi Conſules, vel Rectores utriuſque Civitatis Conſcilio aliquid addere, vel diminuere voluerint, idem obſervabo. Et bona fide ſtudebo, quod Cives mee Civitatis hoc idem ſacramentum antique Societatis faciant. Quod ſacramentum ſupradicte antique Societatis faciam infra unum menſem, ex quo requiſitus fuero a Conſulibus vel Rectoribus Mutine, vel ad alium terminum, quem mihi dederint, juxta quod ſuperius legitur. Et bona fide ſtudebo, ut Conſules & Rectores hujus Urbis Parme, qui per tempora fuerint, predictum ſacramentum faciant, dummodo non fecerint. Nec faciam, nec factum habeo ſacramentum per commune, vel per diviſum alicui alii Civitati adjuvandi eam, nec Societatem, nec Conventum Societatis cum aliqua alia Civitate, aliquo ingenio faciam, niſi datâ parabola a Conſulibus vel Rectoribus Mutine in Conſilio facto ad campanam ſonatam, ſine fraude, excepta Cremona, cum qua poſſim facere ſacramenta & ſecuritatem abſque predicta parabola Mutine, ita tamen ut Mutinam excipiam. Et ſi quid additum vel diminutum fuerit a Conſulibus vel Rectoribus utriuſque Civitatis Conſcilio, idem obſervabo. Et hoc totum attendam ab hinc in antea, tamdiu quod antiqua Societas Parme & Mutine renovata fuerit, ut ſupra legitur; renovando hoc ſacramentum in unoquoque Capite decem annorum,*

*rum, donec prefata Societas antiqua, ut dictum eſt, renovata eſſet, infra duos menſes, poſtquam requiſitum mihi fuerit a Rectoribus Mutine, vel per alios terminos, quos mihi dederint. Et hoc idem ſacramentum faciam facere illis Conſulibus vel Rectoribus, qui proximiori anno fuerint in Conſulatu vel regimine mee Civitatis, donec antiqua Societas fuerit renovata, ut ſupra dictum eſt. Et hoc ſacramentum faciam facere univerſo Conſilio mee Civitatis, & centum hominibus per unamquamque portam, & omnes Cataneos, & Vavaſſores, & Caſtellanos Equites mei Epiſcopatus & Diſtrictus ſine fraude per illos terminos, quos mihi Conſules Mutine dederint. Et illos omnes, qui hoc ſacramentum fecerint per ſcriptum Conſulibus Mutine, dabo infra menſem, poſtquam factum fuerit, ſine fraude, vel per alios terminos, quos mibi dederint.*

*Hoc equidem ſacramentum fecerunt Parmenſes Conſules, videlicet Gibertus Lombardi, Conradus Bulzoni, Uldicio Guaſtoni, Rainerius de Sancto Michaële, Albertus Tavernerii, Jacobus de Porta, Gerardus Vicedominus, & Albertus Bravus, & eorum Aſſeſſores, ſcilicet Ubertus Tebaldi, & Albertus Marſilii, in pleno Conſilio Parme, in Palatio Epiſcopi, facto Conſilio ad campanam ſonatam, & univerſi homines de Conſilio ibi preſentes, exceptis Domno Iſaccho Tebaldo Rogerii, & Arpo de Benezeto, quibus Albertus Tonſus Conſul Mutine remiſit hoc ſacramentum. Et hoc fuit coram Alberto Tonſi & Aldoto Judice de Mutina, Petro Notario, & Teuzo Cerevio. MCLXXXII. Quarto Kalendas Marcii, Indictione XV.*

*Ego Ranfredus Notarius inviƈtiſſimi Imperatoris Frederici, & Communis Parme, interfui, & rogatus, & juſſione quorumdam ſupradictorum Conſulum Parme, ſcripſi.*

Qui tunc forent Rectores Mutinenſis Urbis, hinc intelleximus, & nullus Epiſcoporum conſenſus ad acta tanti momenti acceſſit. Idem quoque in Placentina Urbe factum animadverti: quamvis enim, ut ſupra innui, Anno MCXLIII. Epiſcopus *cum conſenſu Conſulum Commendarit* Monaſterio Trebienſi Pontem Trebiae, qui ad Rempublicam ſpectaſſe videtur: attamen Anno MCLVII. Conſules Placentini ſine ulla Epiſcopi commemoratione publica ſuae Urbis negotia peragunt, ita ut apud eos integra, aut praecipua auctoritas fuiſſe dignoſcatur. In hanc rem proferre juvat Chartam concordiae initae eodem Anno inter Abbatiſſam Monaſterii Brixiani Sanctae Juliae, & Conſules Placentinos, cujus antiquum exemplum egomet olim legi inter membranas nobiliſſimi illius Aſceterii.

## Concordia inter Richildam Abbatiſſam Monaſterii Brixiani Sanctae Juliae, & Conſules Civitatis Placentiae de Portu Placentino in flumine Padi, Anno 1157.

*Die Mercurii, qui eſt dies..... menſe Julii, Indictione V. in Caſtro Creme, in domo Gerardi Comitis, preſentia bonorum hominum, quorum nomina ſubtus leguntur: ſtetit atque convenit inter* Domnam Richildam Abbatiſſam Eccleſie Monaſterii Sancte Julie de Brixia, *nec non inter Falconem Strictum, & Boſonem Balbum* Conſules Placentie, *per ſe & per ſuos ſocios,* quod

*quod omnes ille naves, que erunt in Portu Placentino, deberent eſſe in illo Portu per ſupraſcriptam Eccleſiam, & per ſupraſcriptam Abbatiſſam: & quia ſupraſcripti Conſules deberent defendere & guarentare illas naves & Portum, Conſules ſupraſcripti deberent habere medietatem de toto hoc, quod adquiſitum fuerit per illum Portum, & concurſum fluminis Padi; & Domna Abbatiſſa, & ſupraſcripta Abbatiſſa debeat habere aliam medietatem ſine fraude, exceptis illis quatuor, que tolluntur per pethagium, & non per portum. Et debeat eligere & Abbatiſſa & Conſules duos homines, qui colligant per ſacramentum illud, quod veniet ad portum illum, & dividatur inter eos; medietatem debet dare ſupraſcripte Abbatiſſe, & medietatem Conſulibus Placentie, facto diſpendio ipſius Portus in antea. Et illi homines debent eſſe & ſtare in illo Portu per ſupraſcriptam Abbatiſſam: hoc quod ſupra legitur debet attendere & facere ab hodie uſque ad Kalendas Januarii proximas venientes, quia ſic inter eos convenit. Unde duo Brevia uno tenore fieri rogata ſunt. Anni Domini MCLVII. ſupraſcripto Menſe & Indictione.*

*Ibi fuerunt Comes Liutelmus, & Girardus ejus frater; Comes Ardicionus, & Prandus de Brixia, & Obizo de Calchera, & Oprandus de Caravazo, & Albertus Antonii, & Bernardus de Cauralba, & Suzo Berundi, & Paganus de Comitatu, & Gambaxara de Oxo, & Chunradus Boniſenioris, rogati teſtes.*

Eo pluris etiam facienda eſt hujuſmodi Charta, quod ad illuſtranda Acta Pacis Anno 1183. initae Conſtantiae inter Fridericum I. Auguſtum & Civitates Lombardiae, inſervire & iſta aliquantulum poteſt Namque in iis ipſis Actis commemoratum,
A ſimulque confirmatum fuit jus, ad Sanctimoniales ipſas pertinens in Portum, ſive Pontem Placentinum, ita ibi loquente eodem Auguſto: *Pacta Placentinorum, ſcilicet Pactum Pontis Padi, & fictum ejuſdem Pontis & Regalium &c. ipſo Ponte remanente cum omnibus ſuis utilitatibus, Placentinis: ita tamen quod teneantur ſemper ſolvere*
B *fictum Abbatiſſae Sanctae Juliae de Brixia &c.* Sed quando celeberrimae Pacis, inter Imperatorem & Lombardos in Civitate Conſtantia, Anno 1183. ſancitae, memoria recurrit, praetermittendum non eſt, ex ejus Actis etiam elucere, fuiſſe ad ea uſque tempora Civitatem aliquam in Lombardia, cujus regimen ex Impe-
C ratorum largitione ſpectabat ad illius loci Epiſcopum, atque ibi adlectos Conſules in temporalibus ab auctoritate ejuſdem Epiſcopi pependiſſe. Sunt haec Friderici I. verba: *In Civitate illa, in qua Epiſcopus per Privilegium Imperatoris, vel Regis, Comitatum habet, ſi Conſules per ipſum Epiſcopum Conſulatum recipere ſolent, ab*
D *ipſo recipiant, ſicut recipere conſueverunt. Alioquin unaquaeque Civitas a nobis Conſulatum recipiat.* Quare tametſi in publicis Civitatum Langobardicarum Actis non ſolùm Conſules occurrant, ſed iis etiam videatur commendata a Republica totius imperii ſumma: attamen caute contendendum eſt, excluſos ab eo regimine Epiſcopos
E fuiſſe, quum ibi Magiſtratus Seculares Conſulatum atque auctoritatem ſuam ab ipſis Epiſcopis reciperent. Vide Tomo II. Italiae Sacrae in Epiſcopis Parmenſibus Diploma Ottonis IV. Auguſti, datum Anno Chriſti MCCX. in quo praecipit, *ut nullus ſe intromittat de regimine Civitatis Parmenſis, antequam confirmationem & inveſtituram recipiat de manu Epiſcopi,*

qui

*qui eam vice noſtra dare debet. Et Poteſtas ſeu Conſul vel alius Officialis, qui contra fecerit, pro Conſule, Poteſtate, vel alio Officiali non habeatur.* Quo etiam tempore clavum Reipublicae *Conſules* tenebant, *Majores* propterea appellati, numerabantur etiam alii *Conſules Minores*, qui Judiciis quotidianis, & dirimendis controverſiis vacabant. Vide infra in Diſſertatione L. *de Civitatum Libertate*, Statutum Populi Piſtorienſis, ubi *Conſules Majores* commemorantur, apud quos politicum regimen Civitatis fuit. Neque verò *Conſulum* appellatio & uſus intra Urbes ſeſe continuit; nam & in Oppida & Vicos pertranſiit, in quibus etiam *Conſules* reperimus. Atque id non ſero factum: hunc enim ego Magiſtratum vel Anno MCXVI. reperio in Oppido Guardaſtallae ad Padum, cujus alibi facta eſt mentio, & in quod Monaſterio Placentino Sancti Sixti jus dominationis erat a tempore uſque Ludovici II. Auguſti. Quod inſignis illius Coenobii Sanctimoniales extra honeſtatis ſemitam nimium exorbitaſſent, curante celebri Comitiſſa Mathilda Anno MCXII. deturbatae violenter inde fuerunt, & locus Benedictinis Monachis fuit traditus, qui in hunc uſque diem ditiſſimum locum tueri pergunt. Primus ibi Abbas Oddo, ſive Otto, ex Padolironenſi Monaſterio accitus, ut ſibi Guardaſtallenſem Populum * conciliarent, immunitates varias, atque agros incolendos ei conceſſit. Teſtem do Chartam, dignam multis nominibus quae legatur. Complectitur enim varios eorum temporum ritus, non facile alibi occurrentes: mentio quoque ibi fit *Imildae Abbatiſſae* Sancti Sixti, quam minime agnoviſſe videtur Campius ſupra laudatus in Hiſtor. Eccleſ. Placent. uti neque agnovit Bacchinius in Hiſtoria Monaſterii Padolironenſis Lib. 4. ubi Abbatiſſas ejuſdem Coenobii recenſet. Ego Chartam ipſam olim deſcripſi ex pervetuſta membrana adſervata in inſigni Archivo ſecretiori Communis Cremonenſis.

## Oddo Abbas Monaſterii Placentini Sancti Sixti concedit hominibus de Guardaſtalla, ſuo Coenobio ſubjectis, varias immunitates ac libertates cum diverſis conditionibus pro illorum gradu, Anno 1116.

*In nomine Sancte & individue Trinitatis. Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti Milleſimo Centeſimo Decimo Sexto, VII. Kalendas Auguſti, Indictione Nona.* Odo Abas Monaſterii Sanctorum Sixti & Fabiani, *ſitum Placencia, communicato Eccleſie fidelium conſilio Placentinorum & Warſtallenſium, pro multimoda caritatis humanitate, & ſuarum pecuniarum largitate, quam tempore* Imildis Abbatiſſe *ad terre Beati Sixti jamdudum perdite liberacionem exhibuerunt; ad imitationem ejuſdem prenominate Abbatiſſe beate memorie, per actum & convencionem renovavit & confirmavit & inveſtivit Homines de Warſtalla de ripatico Padi, & paludis cum portibus: & omnes Warſtallenſes abſolvit a ripatico, & teloneo, retento uſibus Eccleſie retroſcripto ripatico. Ceterum vero, quod vocatur toloneum & malioletum concedimus Hominibus de Waſtalla in commune habendum. Inſuper ſtatuit, ut nulla inju-*



* conciliaret

*injuria vel violencia a ſe, vel a ſuis Succeſſoribus, vel a ſuis hominibus inferatur alicui Warſtallenſium nec in Caſtro, nec in Burgo, non in ripa, non in Villa. Et Warſtallenſes de tabula Caſtelli annualiter ſolvant unum Ranucinum, pro tabula Burgi Denarium unum currentis Monetae. Et ſi injuria ab altera parte allata fuerit, infra triginta dies conſilio Conſulum Terre emendetur. Si qui Curiales ſunt, ſeu Burgenſes, qui velint retinere equum convenientem armis, & arma, & tenuerit ad Terre Eccleſie, ſuique libertatem tuendam, quicquid poſſidet pro Feudo habeat cum omni bonore. Ruſtici faciant braidam, & vineam, dent porcum, & multonem tercium & quartum, & ſpallam, & amiſere, & plauſtrum lignorum pro unoquoque jugere, pro albergaria unum ſextarium vini, aliud grani, medietas cujus ſit frumenti, alia ſit anona, & ſtramen & lectum; & alia ſuperimpoſita eis non fiat. De navi verò ſi inventa fuerit in ripa, habeat eundi & redeundi Placenciam. Conceſſit inſuper communi utilitati Warſtallenſium omnia publica, & paludem & boſcum & paſcua beſtiarum e Poliſino ſuperiore & inferiore. Caſtrum & Curtem prenominatus Abbas nec ſui ſucceſſores habeant licenciam nec poteſtatem dandi alicui hominum ſine conſilio duodecim hominum, qui* Conſules eligantur a Populo, qui etiam rem Populi, dominique gubernent & regant.

A ✠ *Ego* Abbas Oddo *ſubſcripſi & confirmavi.*

*Ego Gaitardus Presbiter, & Monachus, interfui & ſubſcripſi.*

*Ego Petrus Calvus Presbiter & Monachus ſubſcripſi.*

*Teſtes rogati interfuerunt Birardus de Burgo, Bovo de Porta, Girardus Gaſtaldus, Rizo, item Joannes Bonus,* B *Trufo, Grajulfus, Gideto, Omnibene, Aggo, Gando, Martinus, Bonagiſus, Grimaldus, Sigefredus.*

*Ego Joannes Notarius Scriptor hujus Cartule conceſſionis poſt traditam complevi.*

Vides heic tranſlatam in Guardaſtallenſes Cives portionem ditionis, C quae ad Placentinum Monaſterium ſpectabat: ſimulque habes in eo Caſtro *Conſules*, hoc eſt, Reipublicae, ſeu Communi, & Populo Guardaſtallenſi Praefectos, quorum tamen auctoritas limitibus ſuis conſtringebatur, quum uti dominum Populus idem agnoſceret Abbatem Placentinum. In aliis quoque locis per eadem Secula reperias *Conſules*, & mo- D dò majorem, modò minorem in eis auctoritatis menſuram. Non mediocri functos fuiſſe Anno Chriſti MCXCVIII. Conſules Narnienſes, Charta prodet, quam ex Codice Cencii Camerarii depromſi.

## Conſulum Narnienſium Inſtrumentum, per quod Aliſandae, aliiſque confirmant Arcem Carlei, Anno 1198.

*IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Anno ejuſdem Incarnationis Milleſimo Centeſimo Nonageſimo Octavo, reſidente* Innocentio III. Papa, *ſummo Pontifice in Sedem Apoſtolorum Princi-* E *pis, Menſe Junio, Indictione Prima; Nos quidem* Narnienſes Conſules univerſales Civitatis & Comitatus Narniae, *ſcilicet, Leonardus, Rodulfucius, Rapizo, Blancus, Petrus, Pelegrinus, Mat-*

A *Matthaeus, Creſcentius, Timoſcla, Johannes, Bonaguida, atque Nicola, communi voluntate, & deliberato conſilio, & in Platea ejuſdem Civitatis, nullo inducti dolo vel fraude, ſed ſolita bonitate, damus, tradimus & concedimus vobis Atſandae & Henrico atque Joſeph Carlei, tenimentum Arcis quondam Carlei, & ſervitia hominum proportio-* B *naliter, ſicut el m habuiſtis pro diviſo. Ideſt tibi Atſandae partem, quae fuit filii tui quondam Tanſarici: & tibi Henrico & Joſeph, unicuique partem ſuam, ſicut quondam habuiſtis. Quas partes praedicti tenimenti Arcis & ſervitia hominum ejuſdem Arcis, vobis & veſtris heredibus concedimus perpetuo, ad tenendum, poſſidendum, fruendum: ſal-* C *vo quod nullam poteſtatem habeatis vendendi, pignorandi, alienandi de praedictis poſſeſſionibus ejuſdem Arcis, ſine conſenſu* Conſulum Civitatis Narniae, *qui temporaliter & univerſaliter totius Civitatis erunt. Et ſi* Conſules *non fuerint in Civitate, ſine conſenſu totius Populi Civitatis Narniae, vel majoris partis Populi. Et* nos Conſules *prae-* D *dicti pro nobis, & pro noſtris ſucceſſoribus auctorizare, & obſervare, & perpetuo defendere vobis & veſtris heredibus promittimus, omni exceptione ceſſante, ut ſupra ſcriptum eſt, & non contra venire in Placitum vel extra Placitum, vel aliquo conventu in perpetuum. Et ſi hoc totum, ut ſupra ſcriptum eſt, per omnia & in omnibus exſequutioni* E *mandare, & obſervare noluerimus, promittimus pro nobis & noſtris ſucceſſoribus vobis & veſtris heredibus dare quingentas Libras bonorum Lucenſium nomine poenae. Et ſolutâ poenâ hoc Inſtrumentum, quod non tantùm ad ſolemnitatem, ſed ad hujus rei probationem, ſcribere rogavimus Deuſteadjuvet Notarium & Legiſtam, & Timotheum Notarium, in preſentia ſubſcriptorum teſtium & aliorum plurium, omni tempore in ſua firmitate permaneat. Expenſas verò Turriſano communiter dabitis.*

*Gottifredus Abbatiſſae: Olivarius filius ejus: Pelegrinus Gimundi: Rubeus Altecementis: Caphagettus: Radulfus Johannis Caputtollus: Nicola: Capazanus: Matthaeus frater ejus: Abſalon: vocati teſtes.*

*Ego quidem Deuſteadjuvet, rogatus Tabellio & Legiſta cum Timotheo ſcripſi.*

*Ego Timotheus Notarius rogatus, notariâ meâ propriâ manu ſcripſi.*

*Et ego Ricardus Imperialis Aulae Scriniarius hoc exemplar ex authentico Timothei Notarii fideliter ſumtum, de mandato Domini Benedicti Domni Papae Camerarii tranſcripſi, & in publicam formam redegi, Anno Dominicae Incarnationis Milleſimo Ducenteſimo Trigeſimo Primo, menſe Octobri, die X. Indictione V.*

Quod etiam animadvertendum eſt, etſi locis iis interdum ſui eſſent Domini, nihilominus ibi quoque *Conſules* ſtatuebantur, capita videlicet Communitatis, ejuſdemque loci Domino ſubjecta. Oppido Ateſtino, ſive Eſtenſi, cui ab antiquo dominabantur Marchiones Eſtenſes, ſuberat Villa, ſeu Curia * Pauſi. Attamen ibi Anno MCCXVIII. *Conſules* reperias, uti fidem faciet Charta, quam ex Archivo Principum Eſtenſium deſcripſi.

Inve-

## Inveſtitura bonorum data Livaldo Priori Monaſterii Sanctae Mariae ad Carceres, a Bonifacio Marchione Eſtenſe, Anno 1218.

*DIe Dominico, VI. Calendas Junii, in broilo, qui eſt ante domum Sanctae Mariae ad Carceres, in praeſentia Domini Botonis de Urbana, & Domini Alberici de Rocha, & Domini Lombardi illius fratris, & Conradi de Brunicardis de Verona, rogatis teſtibus: ibique* Dominus Bonifacius Eſtenſis Marchio, *nomine donationis, & pro anima ſua inveſtivit Domnum Livaldum Priorem dictae Eccleſiae, jure & nomine illius Eccleſiae Sanctae Mariae, nominative de ſua portione totius paſculi Curiae Paulſi; ſcilicet de medietate ſuper totum pro indiviſo, ſicuti quondam* Dominus Azo Marchio *ipſum Domnum Priorem olim inveſtivit de ſupraſcripto paſculo illius Curiae Paulſi de Vico de Eſte tali ordine, quod ipſa Eccleſia Sanctae Mariae perpetuo habeat & poſſideat ipſum paſculum ſuis dominicalibus pecoribus, & perpetuo dictum paſculum dicto Domno Priori pro ſua Eccleſia, & illi Eccleſiae ſuis dominicalibus pecoribus conceſſit. Et hoc ſalvis omnibus regulis & bannis & ordinamentis ſine omni fraude factis* per Conſules, *& Commune praedictae Ville Paulſi. Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Decimo Octavo, Indictione VI.*

*Ego Conradus Palatinus & Domni Imperatoris Federici Notarius interfui, & Notarius ſcripſi.*

Et quoniam heic mentio eſt ſimilis Inveſtiturae, factae ab Azone VI. Marchione Eſtenſi, eamdem verbis paribus conceptam accipe, quae mihi ſuppeditata fuit ex Archivo Monaſterii Eſtenſis ad Carceres.

## Donatio ab Azone VI. Marchione Eſtenſi facta Monaſterio Sanctae Mariae ad Carceres in Territorio Eſtenſi, Anno 1197.

*ANno Domini Milleſimo Centeſimo Nonageſimo Septimo, Indictione Decima Quinta, die XV. intrante Menſe Junii, in praeſentia Domini* Piſtoris Vicentini Epiſcopi, *& Magiſtri Dominici Judicis, & Domini Gerardi Praepoſiti Sancti Georgii de Verona, & Vidonis Notarii, & aliorum; in clauſtro Sanctae Mariae ad Carceres. Ibi* Dominus Azo Eſtenſis Marchio *inveſtivit Domnum Livaldum Priorem Sanctae Mariae ad Carceres, in remiſſione peccatorum ſuorum, atque ſuorum praedeceſſorum, de paſculo in Curte Palſi de Vico, quod eſt de ſuis dominicalibus pecudibus, recipientem pro iſta Eccleſia Sanctae Mariae ad Carceres: perpetuo conceſſit praedictum paſculum pecudibus praefatae Eccleſiae, ut dictum eſt habere, ſalvis omnibus regulis & bannis & ordinamentis, quae fuerunt per* Conſules Communis praedictae Villae Palſi *ſine fraude. Firmiter promittens praefatus Dominus Marchio per ſe & ſucceſſores ſuos praefato Priori & ſucceſſoribus perpetuo adverſus omnem perſonam praeſcriptum paſculum defendere & varentare. Actum eſt hoc in iſto loco.*

*Ego Oldericus Imperialis Aulae Notarius interfui, & hanc Cartam juſſu iſtius Marchionis ſcripſi.*

Con-

Conſulum quoque Magiſtratus Anno MCCLXXXI. erat Civibus Beneventanis. Quum verò iſti ultra aequum poteſtatem ſibi in ea Urbe aſ- A ſererent, Martinus IV. Romanus Pontifex eorum munus abolevit, uti palam faciet altera Charta e praelaudati Cencii Codice deſcripta.

## Literae Martini IV. Papae, per quas Conſulum Beneventanorum munus delet, Anno 1281.

*IN nomine Domini: amen. Anno a Nativitate ejus Milleſimo Ducenteſimo Octuageſimo Primo, die IX. menſis Octobris, Decima Indictione. Venerabilis Vir Dominus Petrus, dictus Saracenus, Domini Papae Capellanus & Nuntius, congregato Parlamento in Majori Eccleſia Sanctae Mariae de Benevento, voce praeconia, & ad ſonum campanae convocato de mandato Nobilis viri Domini Uguicionis Marzoli Civis Florentini & Rectoris in Civitate Beneventana per ſummum Pontificem conſtituti, praeſentavit Populo Beneventano ibidem congregato quaſdam Literas Papales bullatas verâ Bullâ Papali plumbeâ in filo canapis pendente, quas per Bonjohannem de Florentia Notarium dicti Rectoris in eodem Parlamento facto in dicta Eccleſia, literaliter & vulgariter legi fecit, & copiam ipſarum obtulit ſe dare paratum omnibus volentibus copiam ex eiſdem. Quarum Literarum tenor per omnia talis eſt.*

Martinus Epiſcopus, *ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Populo Beneventano ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Nuper non abſque plurima turbatione accepimus, quod ad enervationem juriſdictionis & pleni dominii, quod Eccleſia Romana in vobis & Civitate veſtra habere dignoſcitur, indebite aſpirantes, praetextu cujuſdam abuſus, qui dici debet meritò corruptela, quoſdam ex vobis aſſumitis ad* Officium Conſulatus, *qui regimini Terrae ſe imprudenter ingerunt, & quo minus Rector in eadem* B *Civitate a Sede Apoſtolica deputatus commiſſum ſibi regimen libere valeat exercere, multipliciter impediunt & perturbant, non ſine noſtra & Eccleſiae Romanae manifeſta injuria, gravi praejudicio & contemtu. Quum igitur noſtra interſit, ſuper hoc de opportuno remedio providere, nec velimus, ſicut nec debemus circa dominium Civitatis ejuſdem* C *habere participem vel conſortem, Univerſitatem veſtram monemus, vobis ſub poena excommunicationis, quam in ſingulos, qui contra hujuſmodi mandatum noſtrum in hac parte venire praeſumſerint, incurrere volumus ipſo facto, diſtricte praecipiendo mandamus, quatenus hujuſmodi* Conſules, *quorum occaſione plerumque ſeditionis materia ſuſcitatur,* D *vel aliquos alios, quocumque nomine cenſeantur, ad gerendum vel exercendum in Civitate veſtra* Officium Conſulatus, *ſeu alterius juriſdictionis, aſſumere vel creare nullatenus praeſumatis, nec aſſumtis in aliquo obedire, ſed potius Rectori, qui nunc eſt in ipſa Civitate, & pro tempore fuerit a Sede Apoſtolica deputatus, parere ac intendere humiliter ſtu-* E *deatis. Nos autem ex nunc decernimus irritum & inane, ſi ſecus a vobis, vel veſtrûm aliquibus ſuper iis attentatum eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari.*

*Datum apud Urbemveterem, IV. Idus Septembris, Pontificatus noſtri Anno Primo.*

*Acta ſunt praedicta in Majori Eccleſia Sanctae Mariae de Benevento praedicta,*

*-ta, die ſupradicta, praeſentibus venerabilibus patribus Fratre Nicolao Abbate Monaſterii Sanctae Sophiae, Fratre Trojano Abbate Monaſterii Sancti Modeſti, & Fratre Johanne de Cicilia Abbate Monaſterii Sancti Lupi, Fratre Deodato de Altavilla Ordinis Praedicatorum Priore Fratrum Praedicatorum, Fratre Benedicto de Mignano Ordinis Fratrum Minorum, & Guardiano Fratrum Minorum de Benevento, Nobili viro Domino Huguicione Marzoli cive Florentino, Rectore Beneventano praedicto, Domino Petro Abbatis Judice, & Bonjohanne Notario dicti Domini Rectoris, Clucia de Florentia Mercatore, Urſoleone Juvene, Pandulſo Jacbiae, Domino Roberto Maſculo, Milite & Judice, Laurentio Marico Civibus Beneventanis, teſtibus.*

*Et ego Thaddaeus Jacobi de Bettona, Imperiali auctoritate Notarius, & Domini Uguicionis Rectoris praedicti Scriba, praeſentationi praedictarum Literarum, lectioni ipſarum, & omnibus ſupradictis interfui, & ut ſupra legitur, ſcripſi & publicavi de mandato Domini Petri Capellani & Nuntii ſupradicti.*

*Ego Bonjohannes quondam Galgani Boccadebue, Imperiali auctoritate Notarius, & dicti Rectoris Scriba publicus, praedictis interfui, & ſupraſcriptas Apoſtolicas Literas mandato ſupradicti Domini Petri Sarraceni in dicto Parlamento literaliter & vulgariter legi, ideoque ſubſcripſi.*

*Ego Paulus de Reate, Apoſtolica auctoritate, & nunc Camerae Domini Papae Notarius, praedictum Inſtrumentum, prout in originali inveni, de verbo ad verbum tranſcripſi, & auſcultavi fideliter, & in publicam formam redegi, & ſignum feci, apud Montemflaſconem, ſub Anno Domini MCCLXXXII. Indictione XI. menſe Novembri, XXII. die intrante, Pontificatus Domini Martini Papae III. Anno Secundo.*

A Et profectò etiam poſt invectum ampliſſimum munus *Poteſtatum*, hoc eſt, Praetorum, adhuc nomen & officium *Conſulum* perduravit, qui videlicet Magiſtratum gerebant in re maritima, aut mercatoria; ſive judiciis praeerant, aliiſque regiminis publici functionibus. In Republica Genuenſi reperio *Conſules Placitorum*, B *Conſules Communis*, *Conſules Civium*, *& Foritanorum*, & alios. In Republica Lucenſi adhibitos tunc vidi *Conſules Treguanos &c.* Ita *Conſules Mercatorum* Mediolani, Mutinae, Ferrariae, & alibi occurrunt. Quotuplex verò Conſulum genus in Republica Piſana numeraretur Anno MCCXLVIII. quum nempe Piſano Populo facta eſt oblatio partis Corſicae Inſu- C lae, e Charta intelliges, quam in calce ſubſequentis Diſſertationis invenies. Itaque per annos plures ad clavum Liberarum Urbium in Italia adhibiti ſunt hactenus memorati *Conſules*, quos etiam deligere ex ipſo Civium ſinu mos fuit. Sed ante Annum MCLXXX. diverſe invehi con- D ſuetudo coepta eſt. Nam uti uſuvenit, quoties inter Reipublicae proceres diſcordia irrepit, Conſularis hujus regiminis toedere tunc nonnullos coepit. Fortaſſis etiam ne ipſi quidem Conſules concordibus animis & calculis publicae rei negotia expediebant. Sed quod plus etiam ad immutandum priorem ritum Civium a- E nimos accendit, tumultus fuere, quos identidem excitabat Conſularis hujus poteſtatis cupiditas, adnitentibus praecipue potentibus, ut eam adipiſcerentur in patria ſua. Satius itaque viſum eſt, ex Sociis Urbibus prudentem aliquem Virum accerſere, qui Populo praeeſſet, & juſtitiam miniſtraret. Ab ejuſmodi enim Rectore ſtudia partium abeſſe ſolebant; atque

que is aequâ lance judicaturus, ac ſontes plexurus non immerito credebatur, quando ei Civitati legem dicebat, ubi neque conſanguinei, neque affines, neque alii factionum nexus in tranſverſum rapere poterant hujuſmodi Praeſidis mentem atque voluntatem. *Poteſtatis* nomine donati ſunt id genus Rectores Urbium: idque nomen in eorum temporum monumentis modò maſculini, modò feminini generis invenitur. Erunt, opinor, qui appellationem ejuſmodi tunc primùm invectam arbitrabuntur. Verùm a vetuſtis Latinae Linguae Seculis eadem duxiſſe originem dicenda eſt; nam & ab antiquis uſurpabatur ad Magiſtratus Populi deſignandos. Plinius Lib. 29. Cap. 4. inquit, *Mites praeſtare dominos, Poteſtateſque exorabiles*. Apulejus ait: *Sed juſſit Poteſtas Officialem ſuum magna ſeveritate coërceri*. Suetonio teſte in Caeſaris Vitâ Cap. 17. is in carcerem conjecit *Nevium Quaeſtorem, quod compellari apud ſe majorem Poteſtatem paſſus eſſet*. Idem in Claudio Cap. 23. *Juriſdictionem de fideicommiſſis in Urbe delegare Magiſtratibus ſolitam, atque etiam per provincias Poteſtatibus demandavit*. Juvenalis Satyrâ Decima, Verſu 99.

*Hujus, qui trahitur, praetextam ſumere mavis,*
*An Fidenarum, Gabiorumque eſſe Poteſtas?*

A Salvianus Lib. de Providentia, ſcribit: *Itaque tunc illi pauperes Magiſtratus opulentam habebant Rempublicam. Nunc autem dives Poteſtas pauperem facit eſſe Rempublicam*. Concilium Antiochenum Canone V. *Si quis Eccleſiam Dei conturbare & ſolicitare perſiſtit, tamquam ſeditioſus per Poteſtates exteras opprimatur*. Quid verò ſint *exterae Poteſtates*, B Hincmarus Archiepiſcopus Remenſis jamdiu nobis ſignificavit, ſcribens apud Flodoardum Lib. 3. Cap. 22. *Poſtea autem per exteras, ideſt Saeculares, Poteſtates contra Sardicenſes Canones eamdem adminiſtrationem ſine mea conſcientia obtinuiſti*. Ita & in Lege 47. Codic. Theodoſian. de Epiſcop. & Cleric. legitur: C *Fas enim non eſt, ut divini Muneris Miniſtri temporalium Poteſtatum ſubdantur arbitrio*. Apollinaris quoque Sidonius Libro Primo, Epiſt. 8. ad Candidianum ait: *Vigilant fures: dormiunt Poteſtates*. Denique ut cetera omittam, ſaepe in Italicorum Regum Diplomatis occurrit *Judiciaria Poteſtas*. Vide etiam, quae ad hanc vocem Du-Cangius congeſſit: & vide ſubſequens D Diploma, e Tabulario Cavenſis Coenobii eductum, in quo *Guaimarius Salernitanus Princeps*, a Notario in fine memoratur ſub his verbis: *ex juſſione ſupradictae Poteſtatis ſcripſi ego &c.*

## Guaimarii IV. Principis Salernitani donatio facta Monaſterio Sanctae Barbarae ſito in Comitatu Salernitano, Anno 1035.

*IN nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Nos* Guaimarius *divinâ opitulante clementiâ* Langobardorum gentis Princeps, *pro amore omnipotentis Dei, ſalutiſque animae, &* E *Patriae noſtrae ſalvationis, quàm & per poſtulationem* Purpurae Principiſſae *dilectae* Conjugis noſtrae, *concedimus & confirmamus tibi* Lucae Abbati Monaſterii Sanctae Barbarae, *quod dedi-*

*caitum eſt in pertinentia de Novae finibus Salernitanis, cum omnibus rebus pertinentes ipſius Monaſterii, & cum molinum, quod aedificatum eſt in flubio de ipſa Bruca, & cum ipſo caſtanietum, quod eſt in Pede de Monte, qui vocatur de Reborio, & cum ipſa ceſina, quae eſt ultra ipſo flubio, quod roncare fecit* Coſma Abbas *anteceſſore veſtro: Ydeo, ut diximus, inclitum ipſum Monaſterium cum omnibus terris, & vineis, ſeu ſylbis, & jam dictum caſtanietum, & praedictum molinum vobis conceſſimus cum omnibus infra ſe abentibus, omnibuſque ſuis pertinentiis, & cum vice de biis ſuis ſecuriter vos diebus vitae veſtrae illut habendum, dominandum, poſſiden-*
A *dum, & omnia de ipſo frudium faciendum, quae volueritis. Et ha noſtris Judicibus, Comitibus, Caſtaldeis, vel a quibuſcumque Agentibus nullam exinde patiamini moleſtationem, ſed amodo, & omnibus diebus vitae veſtrae per hoc noſtrum roboreum Preceptum predicto Monaſterio cum omnia ſubſtantia, & cum omni ſua pertinentia ſecuro nomine abere*
B *& poſſidere valeatis in jam dicta ratione.*

*Quod verò Preceptum conceſſionis* ex juſſione ſupra dictae Poteſtatis *ſcripſi ego Romoaldus in ſacro Palatio, in Anno Septimo Decimo Principatus ſupra dicti Domini Guaimarii glorioſi Principis, de menſe Julii, Indictione Tertia.*




Sigillum cereum Guaimarii.




Ecce igitur quàm ſaepe ab antiquis *Poteſtas* appellaretur, qui Populo praeerat atque dominabatur. Eodem quoque Saeculo Undecimo floruit Sanctus Johannes Gualbertus, Vallumbroſani Ordinis Inſtitutor. In ejus Vita ab Attone Piſtorienſi Epiſcopo ſcriptâ Anno MLXVIII. exarata legitur Florentinorum Epiſtola ad Alexandrum II. Papam, in qua haec verba occurrunt: *Si quis noſtrûm, his minis territus, de Civitate fugeret, ad dominium Poteſtatis adnumeraretur quidquid poſſediſſet*. ideſt, a Fiſco fortunae ejus caperentur. Dixi, ante Annum Chriſti MCLXXX ejuſmodi Praetoribus uti coepiſſe Italicas Civita-
C tes: nam in foedere Mutinenſium ac Parmenſium inito Anno MCLI. haec ſupra legimus: *Infra quadraginta dies, poſtquam mihi requiſitum fuerit a Conſulibus, vel Poteſtate Mutinae, emendare faciam, niſi per parabolam Conſulum vel Poteſtatis Mutinae remanſerit*. Et ſane antea nonnullae Civitates Lombardicae Poteſtatem ſuſcepiſſe depre-
D henduntur. Fridericus enim I. Imperator, teſte Radevico Lib. 2. cap. 6 de ejus Geſtis, Civitatibus Italicis Magiſtratus deſignans *Poteſtatum* quoque mentionem facit his verbis: *Praeterea & hoc ſibi ab omnibus adjudicatum atque recognitum eſt, in ſingulis Civitatibus Poteſtates, Conſules, cetero-*

*teroſque Magiſtratus aſſenſu Populi per ipſum creari debere &c.* Haec in Comitiis Roncalienſibus Anno MCLVIII. pronuntiata fuere. Proinde intelligas, Triſtano Chalco Hiſtorico Mediolanenſi minime defuiſſe juſtum titulum haec ſcribendi ad Annum MCLIX. nempe Rainaldum Colonienſem Archiepiſcopum, atque Ottonem Comitem Palatii, *vocatis Praeſidibus Conſilii Civitatis Mediolani, ſuadere eis nimium fuiſſe, ut ipſi quoque Poteſtatem Caeſaream, quemadmodum aliae Urbes fecerant, acciperent. Id verò novum erat, & manifeſte contra conventa proximae Pacis apparebat.* Haec ille ab Ottone Morena ſynchrono Scriptore acceperat, cujus Chronicon vide evulgatum Tomo VII. Rerum Italicarum ad Annum MCLIX. Simul etiam intelligimus; cur Fridericus Auguſtus eodem Anno Privilegia Cremonenſibus concedens, *Poteſtates* quoque in iis numeravit. Diploma illud, multa complectens ad Hiſtoriam illorum temporum, dignum eſt, quod e tenebris educatur. Hoc ipſum deſcripſi ego olim ex autographo exſiſtente in Archivo Communitatis Cremonenſis.

## Fridericus I. Imperator Cremonenſibus navibus per Padum diſcurrentibus immunitatem concedit a quorumcumque teloneo, excepto illo, quod Nuntiis Imperialibus ſolvendum eſt, Anno 1159.

IN *nomine Sanctae & individuae Trinitatis.* Fredericus *divina favente clementia* Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus. *Si quolibet fideles noſtros Imperiali clementia vel tuitione dignos aeſtimamus, multo magis fidelioribus noſtris victrice dextera Imperialis potentiae porrigere debemus, de quibus majora fidelitatis argumenta certiſſima rerum exhibitione experti ſumus. Eapropter omnium fidelium tam futura, quàm praeſens noverit aetas, quod Cremonam . . . . . . . . noſtram, tamquam ſpecialem & familiarem Cameram Imperii noſtri, ampliori dilectione amplectimur, quae & magnifica & plurima ſuae devotionis obſequia in oculis noſtris dum fecit clareſcere, maximum gratiae noſtrae favorem prae cunctis Civitatibus Italiae obtinere promeruit. Nos itaque memores devotiſſimi ſervitii Cremonenſium fideliſſimorum noſtrorum, petitionibus eorum benigne annuimus, volentes, & auctoritate noſtra praecipientes, quatenus ipſi Cremonenſes a Cremona decurſum in aqua Padi, & in omnibus locis & Vallibus, in quibus aqua Padi aliquo tempore derivatur uſque ad mare, ſive in Comitatu Regienſi, vel Mutinenſi, vel Bononienſi, vel Ferrarienſi, vel Ravennate, ita ſecure cum omnibus mercationibus, quaſcunque voluerint, vadant & navigent, ut nullus Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes,* vel aliqua Poteſtas, *vel Civitas, vel Caſtrum, vel aliqua perſona aliquod Teloneum, vel ſuperpoſitam, vel angariam, vel aliquam exactionem ab eis exigat, vel invitos eos, vel res eorum detineat, exceptis Nuntiis noſtris, qui in locis determinatis Teloneum infraſcriptum accipiant. Habeant quoque ipſi Cremonenſes in praedictis locis, vallibus, & aquis, vendendi & emendi liberam facultatem. Praedicti verò Nuntii noſtri accipiant in Ferraria de qualibet Navi duodecim Denarios Mediolanenſium veterum. Apud Figarolum de qualibet Soga, pro qua Navis trahitur, quae Maſſeriam portat, octo Solidos Mediolanenſium veterum. Maſſeriam autem dicimus*

 *quam-*

*quamlibet Navem, quaſcumque merces, praeter Salem, portantem. In eodem loco de qualibet Soga, pro qua Navis trahitur, quae Salem portat, triginta Denarios Mediolanenſium veterum. Apud Governulam ſimiliter de qualibet Soga Maſſeriae octo Solidos Mediolanenſium veterum. Pro qualibet Soga illius Navis, quae Salem portat, triginta Denarios Mediolanenſium veterum. Item apud Waſtallam de qualibet Soga Maſſeriae octo Solidos Mediolanenſium veterum, & ibidem de qualibet Soga, quae Salem fert, triginta Denarios Mediolanenſium veterum. Apud Scorzerolum de qualibet Navi duodecim Denarios Mediolanenſium veterum. Apud Luzariam ſimiliter duodecim Denarios Mediolanenſium veterum. Et praeter haec, quae ſcripta ſunt, nec in his locis, nec in aliis in Pado a Cremona deorſum quidquam a Cremonenſibus tolli volumus, ſalvà per omnia Imperiali juſtitià. Quicumque autem hujus noſtri Praecepti violator eſſe in aliquo praeſumpſerit, centum Libras auri componat, medietatem Camerae noſtrae, & medietatem praedictis Cremonenſibus noſtris fidelibus.*

*Signum Domni Frederici*  *Romanorum Imperatoris invictiſſimi.*

*Ego Reinaldus ſacri Imperialis Palatii Cancellarius recognovi.*

*Acta ſunt haec Anno Dominicae Incarnationis MCLVIIII. Indictione VII. Regnante Domno Frederico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, Anno Regni ejus VII. Imperii verò III.*

*Datum apud Maringhum, VIII. Kalendas Martii.*

Locus Sigilli ✠ cerei Imperialis.

Ita ad Annum MCLXIX. Veronenſium Praeſes *Poteſtatis* titulum praeferebat, ut conſtabit e Charta, quam authenticam vidi in Tabulario Monaſterii antiquiſſimi Sancti Zenonis ejuſdem Civitatis.

## Examen teſtium Veronae factum coram Comite Bonifacio ejus Urbis Praetore in cauſa agitata inter Monachos Sancti Zenonis Veronenſis, & filios Spiciani, de Decimis Hoſpitalis Sancti Zenonis, Anno 1169.

D*Ie Veneris, qui fuit X. intrante Menſe Januario, in domo* Comitis Bonifacii Poteſtatis Veronae, *in preſentia Nerothi & Widonis de Runcho, & Alberti de Ripaclara Judicum, & Widothi, & Antiqui, & Petri Notariorum, & Lanfranchi de Domno Abbate Sancti Zenonis, & aliorum. Ibique*

*Bonus*

*Bonus Zeno de Lamberto, Aſſeſſor* Comitis Bonifacii Poteſtatis Veronae, *coram Widone Rubeo, ſimiliter ejus Aſſeſſore, dixit:* Domine Comes; Domnus Ubertus Hoſpitalis Sancti Zenonis eſt conqueſtus apud nos de filiis quondam Spiciani, dicendo, eos velle auferre ſibi Decimam de terris de Hoſpitale Sancti Zenonis de Monte Dracono. Nos miſimus pro illis, ut venirent reſponſuros. Ipſi venire noluerunt. Modo vult dare ſuos teſtes cauſa publicandi, ſi ipſi aliquo tempore aliquid ſuprascripto Hoſpitali dicere voluerint, quod habeat ſuas rationes. *Et Comes dixit*: Mihi bene placet. *Teſtes Martinus de Caſali, Orlandus, Arienta, Marthonus, qui preſente ſuprascripto Comite & predictis Aſſeſſoribus, ſacramento dato a Bono Zenone ad ſancta Dei Euangelia juraverunt cauſa publicandi ſe dicturos totam veritatem, quam ſcirent de illo facto &c. Martinus de Caſali juratus, ut publicetur, in diſtricto ſacramenti a me Notario interrogatus, dixit:* A terremotu majori in za habeo viſum Hoſpitale Sancti Zenonis habere & tenere Decimam ſuarum terrarum, & vinearum, & olivarum de Monte Dracono, abſque ulla contradictione alicujus hominis. Et numquam vidi, illos de Monteclaro habere eam Decimam, nec audivi dici, nec audivi illos petentes; & videbam illos de Monteclaro venientes in Monte Dracono, & colligentes ſuam Decimam: ipſi non petebant Decimam illarum terrarum de Monte Dracono de ſuprascripto Hoſpitali Sancti Zenonis. Nec audivi eos petentes illam Decimam &c.

*Actum eſt hoc Anno Domini Milleſimo Centeſimo Sexageſimo Nono, ſuprascriptis diebus, Indictione Secunda.*

*Ego Amizo ſacri Palatii Notarius has atteſtationes ut publicarentur ſcripſi, & his interfui.*

Praelaudatus quoque Fridericus I. Auguſtus Anno MCLXII. poſt excidium Mediolanenſis Urbis, eodem Ottone Morena ſynchrono teſte, pag. 1109. Tomi VI. Rer. Italicarum, dederat *Brixienſibus ac etiam Pergamenſibus in Poteſtatem* Marcoaldum de Grumbas; *Mediolanenſibus verò Dominum Epiſcopum de Legio; Placentinis autem ab initio Aginulfum, deinde Arnaldum Barbavairam; Comitem Conradum de Bellanuce praepoſuit Ferrariae; Parmae Azonem, qui dicitur....., Comenſi Comitatui Magiſtrum Paganum &c.* Hi Praetores, ſive *Poteſtates*, earumdem Urbium. Ejuſdem quoque Friderici I. Diploma vide Tomo IV. Italiae Sacrae Ughellii in Epiſcopis Aſtenſibus. Is ibi Anno MCLIX. Aſtenſem Civitatem regendam tradit *tribus Rectoribus*, quos etiam *Aſtenſes Poteſtates* appellat. Immo longe antea uſurpatum invenio *Poteſtatis* nomen: hoc eſt, Anno MXXXIII. in Diplomate Conradi I. Auguſti, quod autographum inſpexi in Tabulario Canonicorum Regularium celeberrimi Ticinenſis Monaſterii Sancti Petri in Caelo Aureo. Ibi praecipitur, *ut nullus umquam Poteſtas, Miniſter, vel Miſſus* moleſtiam inferat bonis ejuſdem Coenobii. Verùm Italicae Civitates non omnes eodem tempore, ſed quaedam citius, quaedam ſerius, uſum *Poteſtatum* invexere; neque in iis perpetuo habendis conſtantes primo fuerunt. Ut enim cuique videbatur male publica res procedere ſub *Conſulibus*, tum iis abjectis eligebatur *Poteſtas*. Si verò ſub hujus regimine eadem, aut majora incommoda ac detrimenta ſentiebantur, ad priſtinum Conſulum uſum rurſus convertebantur ſuffra-

fragia Populi. Uti habent Continuatores Caffari Lib. 3. Annal. Genuenſ. quum Rempublicam Genuenſem complures diſcordiae civiles Anno MCXC. dilacerarent, *Sapientes & Conſiliarii Civitatis convenerunt in unum, & de communi conſilio ſtatuerunt, ut Conſulatus Communis in futuro Anno ceſſarent, & de habendo Poteſtate omnes fere fuerunt concordes*. Tum Anno MCXCII. reſtituti ſunt Conſules; ſubſequentibus verò Annis modò Poteſtates, modò Conſules habenas ejuſdem Reipublicae tenuere, & demum ſub Poteſtatum regimine per diuturna tempo- A ra Civitas illa conquievit. Ricordano Malaſpina, & Joanne Villanio teſtibus, Anno tantùm MCCVII. Florentia primum Poteſtatem accepit. Attamen Scipio Admiratus junior in Hiſtor. Florentin. Praetorem ejuſdem Civitatis Gerardum Caponſaccum reperit Anno MCXCIII., & in hanc rem laudat illius temporis monumenta. B Ferrariae itidem adhuc Anno MCXC Conſulum regimen perduraſſe, indicare videtur Charta, quam ex Archivo Eſtenſi eduxi, quum nulla ibi *Poteſtatis* mentio fiat.

## Sententia Conſulum & Judicum Ferrarienſium pro Abbate Pompoſiano contra Obizonem Marchionem Eſtenſem in controverſia de fundo Graniani, Anno 1190.

IN *Dei nomine. Anno Dominice Nativitatis Millesimo Centesimo Nonageſimo, tempore* Clementis Pape, *&* Frederici Imperatoris, *die ultimo exeunte menſe Aprilis, Indictione VIII. Ferrarie in Epiſcopatu. Nos Bonus Joannes, & Donatus, & Sygnorellus*, Conſules, & Judices Communis Ferrariae, *audita querimonia nobis facta a* Donno Gualfredo Abbate Pompoſie *de* MARCHIONE OPIZONE DE ESTE, *de terra, quam Abbas dicit fore de fundo Gragnani: audita confeſſione Domini Marchionis, quod terra, de qua eſt controverſia, ſi eſt de fundo Grajani, non vult eam neque per ſe, neque per alios inquietare: viſis dictis teſtium ab Abbate in hac cauſa productis: viſa etiam deſignatione facta nobis de fundo Graniani ab eiſdem teſtibus, in qua deſignatione dicunt, fundum Graniani fore a termino lapideo, qui eſt poſitus infra nemus Manentis deſcendens in directum uſque ad mediam Foveam de Curſiclis, & per mediam Foveam deſcendendo uſque* C *ad Lacum Donnicum; poſſeſſionem rei, de qua eſt controverſia, Donno Abbati pro Eccleſia Pompoſiana pro fundo Graniani aſſignamus.*

*Ad hec fuerunt teſtes Dominus Joculus, Stephanus Gabiani, Albertus Georgii, Guido Vicedomini, Roſeus Notarius, Egidius Guardinus, Rolandus Ildeprandi, Guizardus Aribertı, Guido de Samblonido*, D *Guarduus teſtis, & bujus rei inveſtitor datus.*

*Ego Berardus Chriſti miſericordiâ ſacri Pallatii, & tunc Communis Ferrarie Notarius interfui, & ut audivi, & intellexi, rogatus ſcripſi.*

Sed haec non omnino certa; nam, ut ſupra innui, diu perrexere Conſulum Magiſtratus adhiberi, quamquam E Reipublicae praeeſſent Poteſtates. Sed & in nonnullis Urbibus ſerius quàm in reliquis eorumdem Praetorum munus invectum eſt, atque invectum cito deſiit, adeo ut ne Anno quidem MCCXXXIV. Lucenſis Populus Conſules prorſus ejuraſſe deprehendatur.

Juvat

A Juvat huc inferre exemplum Chartae ad eamdem Rempublicam ſpectantis, ex qua non ſolùm conſtabit ejuſmodi Conſulum uſus, verùm etiam quae tunc Familiae Conſilium ſive Senatum Civitatis Lucenſis conſtituerent. Harum catalogum cum iis, quae nunc eidem Reipublicae praeſunt, ſi quis componat, facile intelliget, quantam non minus ibi, quàm & in aliis Urbibus, Familiarum perniciem attulerint temporum edacitas, inteſtinae diſcordiae, & bellicus furor. En itaque Chartam ipſam e MSto Codice membranaceo Cencii Camerarii depromtam, ac praeferentem titulum:

## Inſtrumentum Lucenſium de cuſtodia quorumdam Caſtrorum data Magiſtro Petro de Guarzino, nomine Romanae Eccleſiae, Anno 1234.

B *IN nomine Domini Amen. Nos Guido Barletti, Orlandus Forteguerrae, Taliapani Gentilis, Aegidius Fradicionis, atque Raynerius Advocati,* Lucani *Dei gratiâ* Majores Conſules, *habito majori & generali Conſilio Civitatis per praeconem, & ad ſonum campanae more ſolito coadunato in Eccleſia Sancti Michaëlis de Foro Lucano: in quo etiam* C *Conſilio interfuerunt Capitanei Levatorum Sancti Petri Majoris, & Capitanei illorum de Sancto Chriſtophoro, & vigintiquinque Conſiliarii ſpeciales ipſius Civitatis, ſcilicet de unaquaque Porta, & invitati duodecim de Burgo, & viginti de qualibet Porta, & viginti quatuor Conſiliarii ſpeciales ipſius Civitatis, ſcilicet Lazarus Gerardini, Gerardinus* D *Judex Leterii, Orizus Mericonetti, Paſſavante Guidotti, Bonifacius Jacobi, Ricomus Pellani, Orlandus Maſſicionis, Damaſus Rapondi, Adimarus Sciabordici, Bonajunta Tanellae, Soffreducius Ordelaffi, Centius Bernarducii, Albertinus Roſetti, Guarlonus Gudalcii, Azus Gerardi Azi, Jacobus Perucbi, Rainucius Mataſellonis. Brunettus Nominis* E *Caſſole, Jacobus Rapa, Guillelmus Comitis, Taliaconis Pintelli, Rotelleſſus Gualcenus, Bernardus Albinetti. Conſiliarii majoris Conſilii ſunt iſti: Guido Martini, Tancredus Judex, Aldibrandinus Methopanis, Bandinus Barletti, Amicus Boncii, Lambertus Ghintellis, Ugolinus Raſcina, Cecius Morlac, Riccomanus Advocatus, Ubertus Scalacqua, Aldibrandinus Scaduclae, Bonifacius Falſirelli, Guido Arrigi Martini, Fantinellus Aldebrandini, Fantinellus de Burgo, Ubertus Rubeus, Ugo Pinelli, Rainerius Paganelli, Bonaccurſus Lanfredi, Ubertus Alberti, Rainerius Orlanduccii, Bonaventura Guillielmi, Grettus Sarraceni, Rainerius Vulpis, Guido Baldovini, Scortialupus, Guido Gualandi, Novandinus, Orizus de Fontana, Aldebrandinus Macarii, Ubertus Creſci, Orlandinus Corbilanus, Coradus Michaëlis, Aretbeſis Lamfredi, Bonifacius Diſfaciati, Nicolaus Vellii, Ubaldus Guidi Roſſi, Gerarducius Jacobi, Aldebrandinus Mampilii, Boſus Lamberti, Ubaldus Guaſciurae, Tedeigardus, Aldibrandinus Judex, Rugerius Judex, Bonorellus, Albertinus Bandini, Aldebrandinus Albertini, Ubaldus Bonifacii, Forteguerra Catbuclae, Arigettus Comparis, Ventura Falconis, Riccardinus Arrici Roſſi, Deodatus Raucii, Arigettus Accentantis, Bartolottus Panteſae, Hoſtiſcanus, Bonaventura Forticionis, Orlandus Bonacii, Guido Tortiani, Pandolfinus de Puteo, Gerarducius Corbolani, Ardicione Miſcii, Ubaldo de Octavo, Gerardinus Ughi Gibbi. Beneverardus, Ordone Mercati, Boniſacius Laënae, Bonaventura Roſſus,*

*Arman-*

Armannus Portantis, Bonaventura Damiani, Paganus Bandini, Jacobus Overardi, Moretinus Stregi, Datus Cecii, Rochiſcianus, Nicolaus Blavajolus, Bonaccurſus Palliae, Albonerius de Filungo, Bonaventura Batterolo, Bonaventura Macarii, Bonvido Alegraſſe, Gerarducius Vulpelli, Orlanducius de Poſſo, Guindalfus, Francus Mirconis, Ugolinus Guaſcuciae, Ruſticellus Orlanducii, Jacobus Cimacli, Opizanus Caſtilionis, Lazarius Saginae, Fantolinus, Bandinus Boccamajore, Bandetsus, Paganinus Chriſtofori, Albithus Socii, Guillielmus Moſi, Ingberammus, Natalinus Natalis, Baldinottus Bruni, Tegrimus Arnaldi, Lanfrancus Bandini, Uguiccio Broccori, Paganellus de Gallo, Guiſcardus Nermanni, Lambertus Jonillis, Velter Roſotti, Lanfrancus Pratis, Guiſcardus Beotaſani, Ugolinus Guidonis, Vivianus Gualfredi, Guido Vecli, Cecius Bernarnungerni, Lambertus Uberti, Orlandus Civettae, Lambertus Maineri, Bonaventura Tancieri, Lanfrancus Guiducii, Bartholomaeus Melioris, Anterminellus Raynerii, Saracenus Falſinelli, Guido Burelli, Tetaldus Burelli, Caſtellanus Batterolo, Orlandus Bonati, Peſtalleſe Trinciante, Bonifacius Cardie, Aljutus Faleri, Rompelaſta, Paganellus Rapae, Bonconte Bernarducii, Lambertus Bernardi, Saracenus Gualterotti, Arrigus de Fuſo. Tedicius Gallinelli, Jacobus Garbe, Normannus Berarducii, Ruſtichellus Uguicionis, Villanus Maſſa Vitelli, Normaninus Johannis, Manſus Gallitiae, Chriſtophanus Taliapanis, Ardicione Malapreſe, Ferrante Cuſtoris, Curſus Schiaccae, Nicojonta Vancii, Jacobinus Notarius, Bonaccurſus Bolle, Villanus Bucca, Bonaccurſus Provincialis, Jacobus Baccari, Jacobus Laſſus, Saladinus Ronthemi, Aldibrandinus Maurini, Donatus Capoſtranthi, Bonifacius Pieri, Ubaldus Arghetti, Rainucius de

A Colle, Paganus Baccari, Ubertus Ardicionis, Arrigus Capeti, Gerarducius, Lanfrancus Lazari, Rainucius Stranbi, Rainucius Corſi, Roſſus Rainucii, Orlandus Malapreſa, Alcherius Thomaſi, Ugolinus Taliapanis, Arnaldus Guidicionis, Jacobus Suffredi, Aldibrandinus Bullionis, Lambertus Malamdiera, Suffreducius Guantia, Tedicius Raineri, B Orlanducius Mariani, Galganettus de Sancto Juſto, Ottinellus Meliorati, Orlandus Tedeſci, Lambertus Herri, Allebrandinus Maleſronte, Bonaccurſus Azi, Petrus Rogeroni, Bonajutus Campaneſe, Borgonione Bernardi. Ubaldus Rainerii, Jacobus Pontadore, Bonaventura de Liſcia, Truffa Rainerii, Arrighus Parghie, Bovone Notarius, Paganus Bandini, C Marmaldus Perfede, Benvenutus de Cerbaria, Grandone Conciati, Gerardinus Maurini, Ceciarellus Fantinelli, Riccardinus Gherondellus, Malaſpina Jughiſſi, Guillielmus Notarius. Ugolinus Burnelliae, Riccardus Tintor, Orlandus Diverſi, Orlandus Bonberii, Franceſcus Paſſi, Bongranus, Genoveſe Alictti, Ardicione Rofredi.

D Volentes obedire mandatis Domini Papae ſuper exceſſibus, pro quibus eramus nos & Lucani excommunicationis & interdicti ſententiis innodati, ſcilicet tam pro exactionibus, damnis, contumeliis & injuriis Clericis & Eccleſiis Lucanis irrogatis, quàm pro facto Carſangnanae ipſis praeſentibus, & de ipſorum conſilio & voluntate damus, atque concedimus vobis E Domino Petro de Varcino, Dei gratiâ Domini Papae ad hoc Legato, recipienti vice & nomine ipſius Domini Papae & Romanae Eccleſiae, juxta formam mandati Apoſtolici vobis facti, cuſtodiam, poſſeſſionem, & tenutam Arcis, Turris, & Caſtri Caſtelli Novi, & Arcis, Turris, & Caſtri de Aquilata: quae Romana Eccleſia obligata tenebit hinc ad quatuor proximos annos pro quatuor mil-

*millibus Marcarum argenti, pro parendo mandatis Domini Papae pro exceſſibus ſupra dictis. Et promittimus, & convenimus pro Lucano Communi ipſam cuſtodiam & tenutam vobis praedicto Domino Petro ad hoc Legato, & cui dederitis ſeu commiſeritis eam, ut dictum eſt, recipienti pro Domino Papa & Romana Eccleſia, dicta Caſtra manutenere & defendere ab omnibus illis, qui vellent inferre moleſtiam, vel gravamen; & ipſam cuſtodiam & poſſeſſionem dictorum Caſtrorum non inquietare vel moleſtare aliquo modo vel ingenio, nec permittere, ut inquietentur vel moleſtentur, aut auferantur contra mandatum Domini Papae, & voluntatem, vel ejus Nuntii ſuper hoc mandatum habentis, ſeu ad ipſorum Caſtrorum cuſtodiam deputati. Et haec omnia promittimus vobis vice ipſius Domini Papae & Romanae Eccleſiae, tenere & obſervare per nos noſtroſque ſucceſſores, & contra non venire, vel facere aliquo modo vel ingenio hinc ad praedictum terminum quatuor annorum, & non ultra, niſi in quantum antea eſſet nobis & Lucano Communi a Sede Apoſtolica relaxatum. Inſuper Riccus Praeco Lucani Communis, de voluntate & conſenſu & parabola praedictorum* Majorum Conſulum, *& praedictorum Conſiliariorum tunc ibi praeſentium, & parabolam dantium, ad ſancta Dei Evangelia juravit in animabus eorum, praedicta omnia & ſingula firma & rata habere & tenere, & contra non venire vel facere aliquo modo vel ingenio per ſe, vel per alios, ad ſanum & purum intellectum ſupraſcripti Domini Petri. Et ſic Deus adjuvet eos, & ſancta Dei Evangelia, ſuper quibus idem Riccus manum poſuit.*

*Actum eſt in Civitate Lucana in Eccleſia Sancti Michaëlis, in praedicto generali Conſilio, coram Domino Opizo Archidiacono Lucano, Magiſtro Ugone*



A *Archipresbytero Lucano, Fratre Guillielmo de Cordella Poenitentiario Domini Papae, Fratre Johanne, Fratre Benedicto, Fratre Caeſario, Aldebrandino Judice, Jacobo de Morino, Lucani Communis Cancellariis, & Orlando Notario, & hujus rei teſtibus rogatis. In Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Trigeſimo Quarto, Indictione Septima, VII. Kalen-*

B *das Auguſti.*

*Ego Brunacius Peruſinus Civis, & Apoſtolica auctoritate Notarius, iis omnibus interfui, & ut ſupra legitur de mandato praedictorum Conſulum & Conſiliariorum, & eorum parabolâ ſubſcripſi, & in publicam formam redegi.*

C Hujuſmodi *Praetorum* poteſtas ſuprema fuit, qualem Principes exercere ſolent. Proinde ne ab ipſis quoque Principibus reſpuebatur id munus; ad quod gerendum quicunque advocabantur, propterea dicebantur *andare in Signoria*, hoc eſt ire ad dominandum. Ob id Poteſtas in ejus ſacramento dicere conſuevit: *Toto dominii mei tempore*. Neque ultra annum

D protendebatur eorum auctoritas; ipſique jurabant, ſe Praeturam ultra annum non geſturos: a quo ſacramento nemo abſolvebatur, niſi fortè eorum merita, perſpectaeque virtutes ita Civium animos ſibi devinxiſſent, ut, derogando Legibus, in alterum annum eiſdem Praetura confirmaretur. Porro quum non deeſſent, qui inter-

E dum precariâ hac dominatione abuterentur ſuccedentibus temporibus placuit pleriſque, ne dicam omnibus, Civitatibus liberis, binos ſingulis annis deligere *Poteſtates*, quorum alter primis tantùm ſex menſibus ſuum regimen complebat, alter verò ſex poſtremis. Eâ ratione cavebatur, ne Reguli iſti, ſi fortè ſecus atque ſperabatur, ſeſe gererent, diu Reipubli-

cae aut inutiles, aut perniciosi eſſe pergerent. Deligebatur autem id hominum genus ex alienis Urbibus, praecipue ex amicis & ſociis, hoc eſt, ex iis, quae eidem factioni, ſive Guelphae, ſive Gibellinae adhaerebant. Nimirum Guelphi nominis Urbes non alium ſibi praeficiebant Praetorem, quàm qui ejuſdem profeſſionis cultor haberetur. Neque aliter ſe gerebant Gibellini inſtituti Civitates. Quem meliorem quiſque noverat, aut quem enixius exoptabat, hunc in publico Conſilio proponebat; iſque ſtatuebatur, quem plurium vota eligebant. Mos tamen fuit frequentior, paucis ex numero Civium delectis, ac prudentioribus curam & facultatem committere novi Praetoris eligendi. Plerumque verò is a foederatis Civitatibus expoſcebatur, qui videlicet ceterorum praeſtantiſſimus videretur: & praecipue qui Cingulo Militari jam foret accinctus, ideſt jam eſſet *Cavaliere*, ſive honore Militiae decoratus. Si quiſquam deligebatur ejuſmodi ornamento nondum auctus, id Hiſtorici tanquam rem raram adnotant. Immo ii, ſi probe ſe in officio gerebant, a Civitate publicis impenſis *Milites*, ſeu *Cavalieri*, creari conſueverunt. Fuere interdum minus potentes Urbes, quae ex pacto a vicinis Poteſtatem recipere cogebantur. Ceterùm nonniſi ex ſpectata Nobilitate ſeligere Poteſtates iiſdem temporibus mos fuit, quoſque rerum experientia & Prudentia & Fortitudo commendabat. Neque enim eorum tantummodo erat Populum regere, ac civilia pertractare negotia, ſed etiam bello praeeſſe, atque exercitus in hoſtes ducere, quum neceſſitas, aliaeve rationes expoſcerent. Quare quiſquis olim Praetorem, ſive Poteſtatem egiſſe invenitur in Urbibus liberis, ac praecipue in praeſtantioribus, is continuo cenſendus eſt tum egregiâ ſanguinis Nobilitate, tum ingenio virtutibuſque inter Italicos excelluiſſe: idque unum loco elogii eſſe nunc poteſt. Ac propterea qui de illuſtribus Italiae Familiis ſermonem inſtituere volunt, eis praecipue intendendi ſunt oculi in veteres Liberarum Urbium Praetores, quorum Catalogos perutiles ſemper cenſui ad diſtinguendas Italicas Familias, quae ſeſe prae reliquis Nobilitatis gloriâ commendabant. Senenſium Hiſtorias exempli cauſsâ conſule. Poteſtates, qui ex Mutinenſi Civitate ad eam Urbem regendam acciti ſunt, iſti ſe nobis offerunt. Ad Annum Chriſti MCCXXV. *Gerardus Rangonus*. Hic idem fuit, quem Rolandinus Hiſtoricus Patavinus laudat, Lib. 3. Cap. primo ſcribens, partem Veronenſium Civium, ex Urbe illâ unà cum Comite Sancti Bonifacii expulſorum, Anno MCCXXX. *vocaſſe pro ſuo Rectore & Poteſtate Dominum Gerardum Rangonum de Mutina, virum prudentem, & ſtrenuum, ſapientem, providum, & aſtutum*. Tum Anno MCCXXVII. Senae Praetorem egit *Irghiramus de Morreta* Mutinenſis. Anno MCCXXXI. praelaudatus *Gerardus Rangonus*: quippe licuit poſt aliquod tempus eandem rurſus inire Praeturam. Anno MCCXXXV. *Bernardus de Pio de Mutina* Senenſem Praeturam geſſit. Anno MCCXXXVII. *Jacobinus Rangonus*. Anno MCCXL. *Manfredus de Saxolo de Mutina*. Anno MCCXLV. *Leonardus Buccabadata de Mutina*. Anno MCCLXIII. *Gulielmus de Gorzano de Mutina*. Anno MCCLXIX *Rainerius del Teſta de Mutina*. Anno MCCCXL. *Gerardus de Guidonibus de Mutina*. Anno MCCCXLIX. *Albertus Boſchettus de Mutina*. Reliquos omit-

omitto. Omnes iſti e praeclarioribus Mutinenſis Urbis Familiis. Ita Capitanei Senenſis Reipublicae (de quo munere annuo infra aliquid dicam) renuntiati ſunt Anno MCCLVI. *Guilielminus de Rangona* Mutinenſis. Anno MCCLVIII. *Bonifacius de Gorzano*. Anno MCCLXII. *Gherardinus filius Lanfranci Pii de Mutina*. Anno MCCLXV. *Inghiramus de Gorzano* Mutinenſis. Anno MCCLXVIII. *Bonacorſus de Montecuccolo* Mutinenſis. Anno MCCC. *Lanfrancus Rangonus de Mutina*. Alios praetermitto. Haec enim ſatis ſuperque ſunt, ut videas, quot Nobiles viri ab una Civitate Mutinenſi accerſiti olim fuerint ad unam Senenſem regendam atque tuendam.

Rolandinus de Paſſageriis Bononienſis (alter a Patavino, nuper memorato, cui egregium Chronicon debemus in Tomum VIII. Rerum Italicarum a me inlatum) in *Summa Notariae Artis* exemplum Epiſtolarum adfert, quibus invitabantur *Milites*, hoc eſt, Nobiles, ad ſuſcipiendum Praeturae officium. Inter cetera ajebant: *Perſonam veſtram ad Kalendas Februarii proxime venturi ad unum annum nobis & Civitati noſtrae in Poteſtatem, Rectorem, & Dominum* (atque hinc habes, quanti foret ejuſmodi dignitas) *electione concordi & unanimi praefecimus*. Memorantur heic *Februarii Kalendae:* ex communi tamen uſu in reliquis Urbibus, Kalendis Januarii Magiſtratum novi Praetores inire ſolebant. Factâ verò electione novi Praeſidis aliquot Menſes ante Kalendas Januarii, praeter literas, Legati etiam ad eum invitandum mittebantur, atque hi apud Veronenſes ex *Religioſis viris* eſſe conſueverunt, ne Cives Seculares, ut puto, nimium gratiae ſibi mature conquirerent apud futurum Dominum. Audi Statuta Veronenſium Anno MCCXXVIII. promulgata, ac publici juris facta Anno MDCCXXVIII. ab accuratiſſimo, meique amantiſſimo viro Bartholomaeo Campagnola Archipresbytero. Ibi Capite Primo Praetor inter cetera jurejurando haec pollicetur: *Item tenear mittere duos viros Religioſos & ſpiritales communi opinione, in quorum praeſentiâ Poteſtas ventura juret in Civitate ſua, in publico Conſilio, de veniendo, & de ſuſcipiendo regimine Civitatis Veronae. Qui, vel alii duo Religioſi, & communi opinione ſpiritales, ducere ipſum Poteſtatem debeant, quando venturus erit ad regimen praedictum; & alios ad praedicta faciendum non mittam. Item Poteſtas electa debeat reſpondere intra quatuor dies, poſtquam ei dictum & denuntiatum fuerit per Nuntium, ſive per literas Communis Veronae, de recipiendo regimine Civitatis &c.* Hiſce accedant Patavinae Reipublicae Literae de novo Praetore electo, quas mihi ſuppeditavit Codex MStus, Patavii adſervatus penes Nobilem virum Comitem Sertorium Urſatum, nepotem videlicet celebris olim inter Eruditos viri Sertorii Urſati Equitis Patavini.

## Praetoris ac Populi Patavini Literae, quibus Pinum de Vernaca Cremonenſem electum invitant ad ſuſcipiendum munus Praeturae Patavinae, Anno 1308.

*Militi probatae fidei & examinatae virtutis*, Domino Pino de Vernaca de Cremona, Franciſcus de Bitonio *de Epiſcopatu Aſſiſii*, Poteſtas, Ancia-

Anciani, Conſilium & Commune Paduae, *ſalutem & boncrum omnium incrementa. Quoniam de manibus cujuſcumque Rectoris & Ducis, totius ſibi commiſſi Populi pendet ſalus, eo quod univerſa membrorum compago ex diſpoſitione capitis reformatur, meritò infra ceteras ſolicitudines debet hoc eſſe, ſcilicet bonum ſibi praeſ-ere Rectorem, in cujuslibet pectore curâ majori. Hujus igitur deſiderii fervore ſoliciti Viri prudentes, ad electionem deputati, conſideratis virtutibus, quibus celebris nominis veſtri famâ docente affluitis & fulgetis (quod etiam cognovimus experientiá manifeſtá)* perſonam veſtram a Calendis Julii proxime venturis uſque ad ſex menſes in Poteſtatem ſeu Rectorem noſtrum, conſenſu & voluntate unanimi elegerunt, *ipſius electionis factae de vobis approbatione & confirmatione per noſtrum majus Conſilium ſubſequuta. Quapropter cum ex ipſa electione per omnem modum ſit mirabiliter ſatisfactum affectionibus cordis noſtri, eo quod ſcimus, vos adeo Virum doctum, ut ſciatis aequâ librâ ponere judicium in pondere, & juſtitiam in menſura, & in vindictam facinorum juſtitiâ vibrare gladium temporale, Nobilitatem & Prudentiam veſtram precibus, quibus poſſumus, requirimus & rogamus, quatenus vobis placeat in hoc ſatisfacere votis noſtris, ipſumque regimen acceptare. propterea recepturos pro ſalario veſtro de noſtra uſuali Moneta Libras ſex millia Parvorum, ut noſtrorum continet Statutorum forma, pactis, conditionibus, atque familia quibus diſcretus vir Petrus Domini Juſtignani praeſens exhibitor, Syndicus noſtri Communis, ad haec ſpecialiter conſtitutus, vobis oretenus enarrabit, ac etiam per ſcripturas plenarie patefiet. Cui poſt harum praeſentationem infra tertiam diem ſine contradictione aliqua reſponſum per Inſtrumentum publicum certum detis.*

Ad haec ſolemni pompâ, & magnifico Populi concurſu, Urbiſque apparatu, novus Praetor excipiebatur. Oratio quoque publica in ejus laudem haberi conſuevit. Praeterea eidem Praetori facultas erat (immo eidem mandabatur) ſecum ducendi *Judices*, & duos *Milites* nobiles viros, quorum primi lites & cauſſas dirimerent; alteri verò tum Praetorium cuſtodirent, tum armatam vim Poteſtati, ac Judicibus ad juſtitiam exercendam, ac reorum poenam miniſtrarent. His omnibus de aerario publico ſalarium conſtituebatur. Peracto autem Officio, cogebatur Expraetor Syndicatui ſeſe exponere, ac tandiu in Urbe morari, quoaduſque congruum tempus praeberetur volentibus adverſùs eum querelas producere. Fidejuſſores is eam ob cauſſam dare cogebatur. Sed praeſtat accipere haec a vetuſtiſſimo Statutorum MSStorum Libro, quem in Archivo ſuo adſervat Mutinenſis Communitas, ubi haec leguntur Lib. I. Rubric. I. & VII. *Poteſtas recipiet pro ſuo feudo & ſalario ſex Menſium, MCC. Libras Mutinenſium a Communi Mutinae. Tenebit quatuor bonos Judices; & duos Milites, ſive Socios, quorum unus ſit bene Literatus; & octo Servientes Domicellos veſtitos de eodem panno* (nunc Italice *la Livrea*) *& octo equos, quatuor ſint de armis, omni ejus periculo & fortunâ. Item decem Beroarios armigeros, veſtitos de eodem panno, diſſimili a veſtibus Domicellorum; & quatuor Ragatios a ſtalla. Et quod Poteſtas, nec aliquis de ſua Familia non poſſit, nec debeat ducere vel tenere in Civitate Mutinae vel diſtrictu. Uxorem, Fratrem, nec Filium, toto tempore ſui regiminis. Et quod non habeat aliquam parentelam, ſive affinitatem, vel conſanguinitatem in Civitate Muti-*

*nae*

*nae vel diſtrictu. Nec commorare vel vivere cum aliquo Cive, vel Comitatino Civitatis Mutinae, nec ipſe, nec aliquis de ſua Familia in aliqua domo vel loco alicujus ſingularis perſonae vel Collegii Civitatis Mutinae, vel Burgorum &c.* Vide, quantâ circumſpectio- A ne ageretur, ne quiſquam temporanei iſtius Domini animum corrumpere poſſet. Quae verò de ejuſdem Poteſtatis officio habeantur in altero itidem antiquiſſimo membranaceo Libro Statutorum Reipublicae Mutinenſis, addere juvat.

## Populi ſeu Reipublicae Mutinenſis decretum de Officio Poteſtatis, efformatum longe ante Annum 1281.

POteſtas Mutinae *ſecum debeat ducere & tenere toto tempore ſui regiminis duos bonos Judices peritos, & duos bonos Milites, quolibet ipſorum Judicum & Militum, annis triginta majores, & octo Servientes, & octo Equos ad minus, quorum tres ſint de armis. Qui Judices & Milites, & omnes alii de ſua Familia ſane ſint & fuerint de parte Eccleſiae. Et non aliquem, qui ſit vel fuerit, vel eſſe conſueverit de altera parte: ſub poena centum Librarum Mutinae pro quolibet. Et venire debeat, & eſſe in Civitate Mutinae dictus Poteſtas cum tota dicta ſua Familia, per octo dies ante introitum dicti ſui regiminis. In quibus octo diebus habeat ipſe Poteſtas plenam juriſdictionem punire omnes & ſingulos Officiales electos, & alios loco eorum, qui renunciaverint, vel eſſe non potuerint, eligere & jurare facere ſecundùm formam Statuti Communis Mutinae. Et ſi de ipſis Officialibus, vel de aliquo eorum, vel ipſorum electione aliqua controverſia, vel quaeſtio moveretur, quod poſſit cognoſcere ipſe & quilibet de ſuis Judicibus, & terminare & diffinire, ac ſi revera eſſet in Regimine Civitatis Mutinae. Et inſuper Poteſtas ......... in Kalendis Januarii infra dictos octo dies eligat, ſeu eligi faciat ſecundùm formam Statuti Conſilium Generale novum Communis Mutinae, & locare* B *ditus Communis ac Conſilii Generalis ad incantum plus offerenti, ſecundùm formam Statuti Communis & Populi. Et ſtare debeat ipſe Poteſtas, Judices, & Milites ad Regimen Poteſtariae Civitatis Mutinae faciendum in Civitate Mutinae & diſtrictu uſque ad tempus ſui Regiminis completum. Nec alios poſſit loco eorum ſubrogare, vel ponere,* C *vel cambiare &c.*

*Et ego Johannes de Curtellinis Notarius Poteſtatis, praedictum Statutum de Libro Statutorum Communis Mutinae extraxi & exemplavi in Milleſimo Ducenteſimo Octuageſimo Primo, Indictione Nona, die Dominico X. intrante Auguſto.*

D Parum diverſa ſunt, quae Populus Ferrarienſis Anno MCCLXVIII. de electione ſui Praetoris decrevit. En ejus verba excerpta e Statutis MStis antiquis, in Eſtenſi Bibliotheca adſervatis, Lib. 2. Rubricâ 7. *Poteſtas teneatur habere quatuor Judices, & duos Milites; unus quorum Judicum ſemper debeat eſſe deputatus aggeribus, ſcurſuriis,* E *pontibus, & viis Civitatis Ferrariae & diſtrictus &c. Qui Judex Aggerum eligatur per Dominum Marchionem: & habeat pro ſuo ſalario de Feudo Poteſtatis in ſex menſibus quinquaginta Libras Ferrarinorum veterum.* Secundus Judex praeerat mulctis, & redi-

reditibus Communis Ferrariae, navibus, portis, ac pontibus Civitatis. Tertius maleficiis. Quartus Aſſeſſor erat Poteſtatis. Perpetuo habere jubebatur Praetor duodecim Servientes, & equos decem, e quibus tres forent ad arma idonei. Sex tantùm Menſes perdurabat ejus munus, ac *pro ſuo ſalario percipiebat a Communi Ferrariae Mille quingentas Libras Venetorum parvorum*. Functus officio, per quindecim adhuc dies Ferrariae permanere

A cogebatur, rationem omnibus redditurus, ſi quidquam deliquiſſet. Nullam cauſſam ei licebat cognoſcere, aut judicare *alicujus Civis, vel habitatoris Civitatis vel loci, unde Poteſtas erat, vel Diſtrictus ejus*. Juvat etiam addere, quae in hanc rem olim Senenſis Reſpublica ſtatuit: teneo enim Populi illius decretum ex munere B doctiſſimi olim viri Huberti Benvoglienti, qui ex Archivo Noſocomii Scalenſis illud depromſit.

## Reipublicae Senenſis conſtitutio de electione Poteſtatis promulgata ante Annum 1288.

*IN nomine Domini. Amen. Infraſcripta ſunt certa Capitula Conſtituti Comunis Senenſis, que reperiuntur ſcripta in Conſtituto Novo Comunis Senenſis, publicata manu Orlandi Guillielmi Notarii.*

*Rubrica de Electione Poteſtatis Senenſis, & ejus officio.*

*STatutum & ordinatum eſt, quod per Dominos novem Gubernatores & Defenſores Comunis & Populi Senenſis & Camerarium & quatuor Proviſores dicti Comunis, & Conſules Mercatorum, & Conſules Militum Civitatis Senenſis, cum adjuncta ſapientum Virorum, quos dicti Novem ſecum habere voluerint: ſi quos habere voluerint, eligantur, & eligi debeant & nominari* Poteſtates Communis & Populi Senenſis, *unus vel plures, ſicut eis videbitur. Et dicti Ordines & Sapientes dictam electionem faciant, & facere teneantur & debeant de illis hominibus & perſonis, que ſint fideles ſancte Romane Eccleſie, & amatores Comunis & Populi Senenſis; cum illis conditionibus & ſalario, & cum Sotiis & Familia & Equis,* C *& extimatione ipſorum equorum, ſicut & qualiter ipſis Dominis Novem pro Comuni Senenſi melius videbitur convenire. Inter que pacta contineatur, quod Poteſtas, qui pro tempore fuerit, teneatur & debeat pro ſalario Poteſtariae ordinando ducere ſecum ad regimen Civitatis Senenſis quinque bono & legales Judices Juriſperito. Qui quinque Judices per dictum Poteſtatem ponantur &* D *ordinentur ad officium iſto modo, ſcilicet. Quod unus illorum ſtet, & ſtare debeat cum Domino Poteſtate, & legere ſibi Statuta, & intereſſe Conſiliis Campane Comunis Senenſis; & dicta Statuta & Conſilia facere mandare executioni; & procurare, quod Dominus Poteſtas ea mandet executioni; & civi-* E *les queſtiones cognoſcere & diffinire ſecundum formam juris & Statutorum Comunis Senenſis. Et duo ex dictis quinque Judicibus debeant ſtare ad Diſchum Maleficiorum, ſuper maleficiis cognoſcendis & examinandis hoc modo, ſcilicet; quod unus dictorum Judicum cognoſcat & examinet omnia maleficia & exceſſus, que committerentur in Civitate, & Burgis, & Maſſa & infra Maſſam Civitatis Senenſis. Alius verò*

verò Judex cognoſcat & examinet omnia maleficia & exceſſus, qui commicterentur in Comitatu & Terris Comitatus & diſtrictus & juriſdictionis Senenſis. Et dicti duo Judices debeant mutari per Dominum Poteſtatem de Civitate in Comitatu, & de Comitatu in Civitate de tribus in tribus menſibus. Qui duo Judices Maleficiorum non debeant ſe intromittere de civilibus queſtionibus cognoſcendis. Quartus verò Judex ſit & eſſe debeat ad colligendum condempnationes, datia, banna, & decimas, & pecuniam, que deberetur Comuni Senenſi, ſecundum formam Statutorum, & ordinamentorum Comunis Senenſis. Quintus verò Judex ſit & eſſe debeat ad Officium Conſulum Placiti Comunis Senenſis. Et habeat illud Officium, quod habet Judex Conſulum Placiti Comunis Senenſis: & ſit, & vocetur Judex Conſulum Placiti Comunis Senenſis, qui eſt & eſſe conſuevit de Civitate Senenſi. Et poſſit & debeat & teneatur cognoſcere & diffinire de civilibus queſtionibus ſecundùm formam juris & Conſtituti Comunis Senenſis, ſicut tenetur Poteſtas, & Judex, & Aſſeſſor Comunis Senenſis. Qui quinque Judices debeant intereſſe condempnationibus & examinationibus condempnationum. Et teneat & debeat Poteſtas habere ſecum duos Judices, & Judicem, & Aſſeſſorem Comunis Senenſis, quando facit condempnationes & abſolutiones, & eorum conſilio facere condempnationes & abſolutiones; & nulli alii Judices debeant intereſſe ad illas condempnationes & abſolutiones faciendas. Et dicti Judices jurent & teneantur obſervare omnia Statuta Comunis Senenſis; & predicti quinque Judices teneantur gerere & exercere omnia & ſingula Officia, que eis & alicui eorum commicterentur exercenda & facienda per Dominos Novem, & Camerarium, & quatuor (Proviſores). Et pro predictis faciendis nullum ſalarium vel remunerationem aliquam habere vel petere debeant a Comuni Senenſi, ipſi vel aliquis eorum cauſâ remunerationis vel alio modo quocumque, nec per Conſilium Novem, vel aliquod alīud Conſilium, nec per Conſules Mercatorum, nec per Conſules Militum. Et ſi quid Conſilium inde fieret, non valeat nec teneat ipſo jure. Et Conſiliarius, qui conſiliaverit, vel arrengaverit contra praedicta, puniatur & condempnetur Comuni Senenſi in centum Libris denariorum Senenſium.

Et ſic electus ſit, & eſſe debeat Poteſtas Comunis Senenſis & Populi Comitatus ejuſdem, ſi dictam electionem receperit, & perſonaliter venerit, & continue ſteterit in Civitate Senenſi ad Officium Poteſtariae exercendum toto tempore ſui officii. Et dicta electio Poteſtatis fiat & fieri debeat eo tempore, quo predicti Novem duxerint ordinandum, & eis videbitur convenire. Et hec obſerventur & fiant & teneant & valeant non obſtante aliquo Capitulo Conſtituti generali vel ſpeciali, per quod poſſit huic Capitulo in aliquo derogari. Et ſalarium, quod per predictos Novem fuerit ſtabilitum, non poſſit cauſâ neceſſitatis, vel alio modo vel ingenio augeri vel augmentari. Et quicumque conſuleret vel arrengaret, quod dictum ſalarium augmentaretur vel augeretur, vel majus ſalarium daretur, puniatur pro qualibet vice in centum Libris denariorum Senenſium Comuni Senenſi: & ejus conſilium non valeat, nec teneat, non obſtante aliquo Capitulo Conſtituti. Et qui fuerit Poteſtas electus, ut ſupra dictum eſt, ſit & ſtet contentus ſalario ſupradicto, & feudo ſibi per dictos Novem ordinato. Quod ſalarium predictum Domini Novem teneantur & debeant ordinare, antequam faciant electionem Poteſtatis; & plus dicto feudo & ſalario

lario dictus Poteſtas non poſſit petere & recipere vel habere per ſe, vel per interpoſitam perſonam a Comuni Senenſi, vel alio pro Comuni, nec causâ feudi, nec causâ donamenti ſive remunerationis, ſive aliâ qualibet causâ. Et ſi Poteſtas contrafaceret, perdat centum Libras Denariorum Senenſium. Et Camerarius Comunis Senenſis tantum de ſuo ſalario teneatur & debeat retinere, & poſtea non reddere vel reddi facere ullo modo. Et quod ordinatum fuerit ſibi dari, excepto ſupradicto ſalario, non valeat nec teneat ipſo jure. Et Camerarius, & Quatuor, & Domini Novem teneantur & debeant, quod ſicut ordinatum fuerit, omnino non dare vel dari facere aut concedi ſibi Poteſtati, vel alii pro eo. Et qui contrafecerit, condempnetur & puniatur Comuni Senenſi in duplum illius quantitatis pecunie vel rei, que ſic daretur vel concederetur. Qui Poteſtas recipiat & recipere poſſit pro quolibet Menſe, pro rata temporis, feudum ſibi ſtatutum, exceptis quingentis Libris Denariorum, qui remanere debeant penes Camerarium Senenſem ſecundùm formam Capituli Conſtituti, quod loquitur de Sindicamento Poteſtatis, & ſuae Familiae, quod ſic incipit: Et teneantur & debeant Poteſtas & Sotii & Judices, quos ſecum duxerit &c. Et per predictos Dominos Novem non poſſit nec debeat provideri, quod Poteſtas licentietur ante tempus ſui regiminis: nec ipſum poſſint a Sindicatu abſolvere aliquâ ratione vel modo. Et quicumque fuerit Poteſtas, vel Capitaneus in Civitate Senenſi, non poſſit eſſe Poteſtas vel Capitaneus in ipſa Civitate ipſe vel alius de domo ſua, nec eligi vel nominari pro Poteſtate vel Capitaneo Senenſi in Anno ſequenti, nec etiam aliquis alius de Terra ſua. Et hoc idem fiat & obſervetur de Judicibus forenſibus. Et Poteſtas electus modo predicto teneatur venire perſonaliter & eſſe in Civitate Senenſi in Kalendis Decembris. Qui Poteſtas jurare teneatur, nullo modo vel ingenio recipere vel acceptare electionem de ſe factam, ſi accideret, quod Senenſes ipſum eligerent in Poteſtatem, Dominum, vel Rectorem pro Anno futuro; nec recipere, vel eſſe permittere aliquem in Poteſtatem vel Dominum, qui eſſet electus ad clamorem. Et teneatur Poteſtas facere jurare omnes homines de Conſilio Campane, qui jurabunt ad Conſilium, quod ſic Poteſtatem vel alium Dominum vel Rectorem, qui pro tempore fuerit, non refermabunt pro alio futuro Anno, nec aliquem eligent, vel levabunt ad clamorem. Et hoc Capitulum, & omnia & ſingula ſupradicta, que in dicto Capitulo continentur, valeant & teneant, & debeant executioni mandari, non obſtante aliquo Capitulo Conſtituti. Et quod de predictis vel aliquo predictorum non poſſit fieri Conſilium Campane Comunis vel Populi, nec approbari neceſſitas, vel fieri Parlamentum. Et ſi quis contra predicta fecerit vel dixerit, ſi fuerit Camerarius, vel Quatuor, puniatur quilibet eorum in centum Libris: & ſi fuerit Conſiliarius, vel alius quilibet, qui contra predicta arrengharet vel diceret, puniatur & condempnetur in centum Libris Denariorum. Et Notarius, qui ſcriberet impoſita, vel conſilium, condempnetur in quinquaginta Libris Denariorum; & quod factum fuerit non valeat nec teneat ipſo jure, nec executioni mandetur. Et predicti Officiales, & quilibet eorum, qui contra predicta facerent, removeantur ab Officiis.

*Rubrica de illis, quos Poteſtas poteſt ſecum ducere.*

ET teneatur Poteſtas jurare, & juret, non ducere aliquem Militem

vel

vel Judicem vel familiarem, qui non ſit de amicis Comunis Senenſis, & de fidelibus & amatoribus ſanctæ Matris Eccleſie; & nullum, qui ſit famoſus Ghibellinus: & non permittere, Judicem, vel Militem, vel familiares aliquos ſtare vel intereſſe in Civitate vel extra alicui Conſilio Comunis Senenſis. Et ſi Poteſtas contrafecerit, perdat pro qualibet vice de ſuo ſalario viginti quinque Libras Denariorum, & apud Camerarium Comunis Senenſis remaneant pro Comuni Senenſi. Et Sindicus Judex Comunis teneatur & debeat facere diligentem inquiſitionem de predictis. Et ſi invenerit aliquem de familia Poteſtatis, qui non ſit de amicis Comunis Senenſis, & de fidelibus & amatoribus ſanctæ Matris Eccleſie, vel quod ſit famoſus Ghibellinus, debeat ipſum de Civitate Senenſi expellere facere & compellere. Camerarius & Quatuor retinere de feudo Poteſtatis viginti quinque Libras Denariorum, & poſtea non reddere.

*Rubrica, quod Poteſtas debeat venire & recedere ſuis expenſis, & ad ſuum riſchium & fortunam.*

Et teneatur & debeat Poteſtas, venire ad Civitatem Senenſem, & recedere ſuis propriis expenſis, & ſuum riſchium & fortunam in perſonis, equis, vel rebus aliis quibuſcumque; & non poſſit vel debeat petere, vel recipere aliquod medium reſtauramentum, vel refacimentum, vel aliquod aliud loco eorum, quocumque nomine cenſeatur.

*Rubrica de vacatione Officialium Senenſium.*

Item quod nullus poſſit nominari vel recipi in Poteſtatem Senenſem, vel Judicem Comunis Senenſis, vel Populi Senenſis, vel Judicem, quem Poteſtas ſecum duxerit pro Conſtituto legendo, vel Judicem Malefitii, vel Judicem Cabelle, vel Judicem, qui debet recolligere pecuniam Comuni Senenſi debitam, ſeu avere Comunis, vel pro Engravatore, vel aliquod aliud Officium Comunis Senenſis, qui ſit, vel actenus fuerit in aliquo alio Officio Comunis Senenſis vel Populi a tribus annis citra. Et ſi facta fuerit aliqua nominatio vel electio de predictis contra dictam formam non teneat nec valeat ipſo jure. Et talis electio non recipiatur vel approbetur ullo modo per Conſilium Campane, neceſſitatis cauſa vel aliquo alio modo, nec per Conſules Mercantie. Et Novem non poſſint aliquem eligere vel facere in Judicem vel Officialem contra ſupradictam formam, nec etiam Tredecim Emendatores Conſtituti Senenſis. Et ſi dicti Tredecim Emendatores Conſtituti facerent aliquod Capitulum Conſtituti, vel aliquam emendationem vel aliquam novitatem de eligendo aliquem in Poteſtatem, vel Judicem, vel Officialem contra predictam formam, Poteſtas teneatur & debeat quemlibet ex dictis condempnare in decem Libris Denariorum Senenſium, & dictam condempnationem exigere, & poſtea non reddere. Et ſi quis Judex vel Officialis fuerit inventus recepiſſe aliquid ex dictis Officiis contra dictam formam, perdat feudum ſuum, & nichilominus ab Officio removeatur. Et quicquid ageretur contra ea, ſit caſſum & nullius valoris.

*Rubrica de arbitrio non petendo a Poteſtate.*

Et teneatur & debeat Poteſtas non petere vel recipere aliquod arbitrium per ſe vel alium, vel permittere peti ab aliquo, in ſui preſentia vel abſentia, in concione vel conſilio, vel alio modo vel

*vel loco, a Comuni vel Populo Senenſi, vel a Dominis Novem, vel a Conſulibus Militum, vel a Conſulibus Mercatorum, vel a quacumque perſona, cujuſcumque dignitatis vel conditionis exiſtat. Et ſi quis, vel ſui, dicerent vel arrengarent, vel aliquo modo attentarent dare arbitrium Poteſtati, quilibet eorum condempnetur Comuni Senenſi in centum Libris Denariorum Senenſium, & in carcerem Comunis Senenſis perſonaliter detineatur, donec debitam penam ſolverit. Et ſi dictum arbitrium dicte Poteſtatis, vel alicujus pro eo datum fuerit aut factum fuerit in aliquo contra predicta, ipſo jure ſit nullum, & non valeat, nec teneat aliqua ratione vel cauſa, & ſit pro non habito, & ipſo arbitrio Poteſtas preciſe teneatur & debeat non uti. Et ſi contra predicta vel aliquod predictorum, Poteſtas vel alius pro eo faceret, abinde in antea non ſit habitus pro Poteſtate vel Rectore, & deſinat eſſe Poteſtas vel Rector ipſo jure. Et teneatur & debeat Poteſtas facere jurare Camerarium, & Quatuor, quod poſtquam habuerit vel exceperit ipſum arbitrium, non dabunt ſibi Poteſtati vel alicui pro eo aliquem denarium pro ſuo ſalario, vel aliquid aliud ullo modo, aliqua ratione vel cauſa. Et teneatur Poteſtas facere jurare Succeſſorem ſuum, quod predicta omnia & ſingula obſervabit ſine aliqua diminutione. Et de predictis vel aliquo predictorum non poſſit Poteſtas abſolvi, vel aliquis alius Officialis Comunis Senenſis cauſâ neceſſitatis, vel aliqua evidenti utilitate per Conſilium Generale Campane Comunis Senenſis vel Populi, vel per Conſilium Dominorum Novem, vel per ipſos Novem, vel per aliquod ordinamentum, quod fieri vel excogitari poſſit, vel per Conſilium ſecretum, vel aliquos alios Officiales Comunis vel Populi Senenſis. Et hoc Capitulum ſit preciſum, ita quod mutari vel cancellari vel interpretari non poſſit in aliqua parte ſui. Et teneatur & debeat Poteſtas, & Domini Novem, & Camerarius, & Quatuor, hoc Capitulum, ſicut ſupra ſcriptum eſt, per totum mittere * Poteſtatis futuro, qui fuerit electus ad regimen Civitatis Senenſis pro Anno futuro per illum, qui venerit pro eo, taliter quod ipſe Poteſtas futurus, antequam veniat ad regimen Civitatis Senenſis, juret in preſentia Sindici, qui venerit pro eo, dictum Capitulum per omnia & ſingula obſervare.*

### *Rubrica, quod Poteſtas juret ad Statutum clauſum.*

*ET teneatur & debeat Poteſtas, quando venerit ad Civitatem Senenſem pro ſuo regimine faciendo jurare ad Statutum clauſum, & omnia & ſingula, que ad ſuum Officium Poteſtarie pertinent, & Capitulis Conſtituti loquentibus de ſuo Officio, continentur.*

### *Rubrica, quod Poteſtas continue moretur in Civitate Senenſi pro ſuo Officio exercendo.*

*ET juret, & teneatur & debeat Poteſtas, quod, poſtquam fuerit in Civitate Senenſi, & ipſius regimen Civitatis, inde non diſcedet, nec ad Terram vel domum ſuam revertetur aliquo modo, ingenio vel cauſa, niſi diſcederet vel iret pro factis Comunis Senenſis cum conſilio, licentia, & concordia quatuor partium Conſilii Campane Comunis Senenſis. Et licentiam recedendi non poſſit nec debeat petere ab aliqua vel aliquibus perſonis nec a Conſilio Comunis Campane Comunis Senenſis, nec in diviſo per ſe vel aliam perſonam peti faciat ullo modo vel ingenio, nec a Conſilio vel parlamento, nec aliquo alio modo. Et teneatur Poteſtas facere jurare*

*omnes*

omnes homines de Conſilio Campane, quod exinde licentiam vel parabolam ei, vel alicui pro eo non dabunt. Et hec facere teneatur & debeat in Brevi Conſilii Communis Senenſis apponi, & nullam interpretationem ſuper predictis admittat vel petat, vel peti faciat ab aliqua perſona Eccleſiaſtica vel Seculari. Et Novem non poſſint aliquo modo vel ingenio facere contra predicta vel aliquod predictorum. Et ſi dictus Poteſtas predicta non ſervaret, & ultra quàm dictum ſit, diſcederet, abinde in antea non ſit habitus pro Poteſtate ipſo jure, & perdat totum ſuum ſalarium, quod apud Camerarium, & Quatuor pro Comuni Senenſi debeat remanere, non obſtante aliquo Capitulo Conſtituti. Et Judex Sindicus Comunis Senenſis teneatur & debeat compellere, dictos Camerarium & Quatuor dictum Salarium pro Comuni retinere, & ipſos cogere, ut non ſolvant Poteſtati dictum ſalarium. Et ſi ſolverent, compellantur per ipſum Judicem predictum ſalarium reſtituere Comuni Senenſi de eorum pecunia. Et de predictis dictus Judex non poſſit abſolvi per Conſilium Campane, vel Conſilium Novem, vel aliquos alios Officiales Comunis Senenſis causâ neceſſitatis, vel alia qualibet, non obſtante aliquo Capitulo Conſtituti. Et ſi contigerit, quod dicti Novem, Conſules Militum, & Conſules Mercantie, & Camerarius, & Quatuor ſtatuerent, quod Miles Poteſtatis vadat in aliquam ambaſciatam vel Cavalcatam Senenſium, Poteſtas pro factis Comunis tantùm tunc teneatur & debeat ire, ſicut per predictos fuerit ſtabilitum, & pro eo ſalario, quod ordinaverint: quod ſalarium debeat ordinari in abſentia Poteſtatis.

*Rubrica de Sindicamento Poteſtatis & Officialium.*

ET teneatur & debeat Poteſtas, & Sotii, & Judices, quos ſecum duxerit, & omnes de ſua Familia, finito tempore eorum officii morari in Civitate Senenſi per octo dies, nec de Civitate ipſa diſcedere, ſed ſtare ad Sindicatum, & reddere rationem adminiſtrationis ſue, & jurare ſuper facto ipſius Sindicatus in manibus Judicis Sindici ipſius Comunis, qui electus fuerit pro Anno ſequenti; qui coram dicto Sindico reſpondebunt, & jurare parebunt Comuni Senenſi, & omnibus de ſe conquerentibus, & ſolvent & facient totum id, in quo eſſent convicti ſive confeſſi vel condempnati, Comuni Senenſi, vel illis, quibus eſſent condempnati. Quibus octo diebus elapſis poſſit diſcedere de Civitate Senenſi, datis prius ydoneis fidejuſſoribus de ſtando juri, & judicato ſolvendo. Et tunc teneatur dimittere in Civitate Senenſi Procuratorem, ſive Procuratores ad proſequendum cauſam inceptam, & ſententiam audiendam, & apud Camerarium & Quatuor Proviſores Comunis Senenſis quingente Libre denariorum de ſeudo dicte Poteſtatis debeant remanere. Qui Camerarius & Quatuor Proviſores Comunis Senenſis quingentas Libras denariorum de ſeudo dicte Poteſtatis debeant retinere. Qui Camerarius & Quatuor ipſas quingentas Libras denariorum teneantur & debeant aſſignare Quatuor novis ad eorum requiſitionem, vel duorum ex eis. Et Poteſtas novus teneatur compellere dictos Camerarium & Quatuor veteres dictas quingentas Libras denariorum dare & aſſignare dictis Quatuor novis, ut dictum eſt, & eos compellere ad ſolvendum, ac ſi eſſent per Inſtrumentum guar .... obligati. Et ſi predicta non facerent dicti Quatuor veteres, quilibet eorum condem-

*pnetur Comuni Senenſi in quinquaginta Libris denariorum. Et Poteſtas teneatur dictam condempnationem exigere pro Comuni. Et Poteſtas novus teneatur dictis Quatuor novi. & Sindico pro predictis omnibus complendis & faciendis, dare ſuam fortiam, auxilium, & favorem, ſicut melius fieri poterit, quod ſi non faceret, perdat de ſuo ſalario quingentas Libras denariorum Senenſium, quos Camerarius & Quatuor teneantur & debeant de ſuo ſalario retinere pro Comuni. De quibus quingentis Libris denariorum poſſint & debeant dicti Quatuor ſolvere & ſatisfacere Comuni Senenſi, ſeu illis perſonis, quibus eſſent condempnati. Et poſſint dicti Quatuor & Sindicus ab ipſis & a fidejuſſoribus ab eis datis, & quolibet eorum exigere, & quemlibet eorum compellere ad ſolvendum totum in quo ipſi vel aliquis eorum eſſent condempnati Comuni Senenſi vel alicui Univerſitati vel loco de juriſdictione Senenſi vel ſingulari perſone, ac ſi eſſent per Inſtrumentum guar..... obligati. Et Novem Gubernatores & Defenſores Comunis & Populi Senenſis teneantur & debeant facere & curare ita quod Poteſtas & omnes predicti ſtent ad Sindicatum, ut ſupra dictum eſt infra dictum tempus octo dierum. Et quod nec per Conſilium Campane, nec per ipſos Novem, nec per Quatuor Proviſores Comunis Senenſis, nec per Conſules Militum, nec Conſules Mercatorum, vel aliquem alium Officialem Comunis Senenſis, nec aliquo alio modo poſſit dictus Poteſtas, vel aliquis predictorum Sociorum ſuorum & Judicum, vel aliquis de ipſius Poteſtatis familia abſolvi, quin ſtet ad Sindicatum, ut dictum eſt, vel quod de Civitate recedant ipſi vel ullus eorum. Et ſi quid Conſilium inde fieret, vel aliqua licentia de recedendo, vel de non ſtando ad Sindicatum concederetur eiſdem, ſeu alicui eorum per Dominos Novem,*

A *vel alios Officiales Comunis Senenſis, illud Conſilium & licentia non teneat, nec valeat ipſo jure. Et ſi Camerarius, vel Quatuor, vel Novem, vel aliqui alii Officiales Comunis Senenſis mitterent ad Conſilium, quod predicta non fierent, vel aliquis arrengaret contra predicta, quilibet eorum condempnetur Comuni Senenſi in centum Libris denariorum, &* B *nichilominus predicta ſerventur per ſingula. Et Poteſtas teneatur inquirere contra illum, qui contra predicta faceret, & ipſum in centum Libris denariorum condēpnare, & ipſam condempnationem exigere pro Comuni Senenſi. Et ſi Poteſtas eſſet negligens in predictis faciendis, perdat de ſuo ſalario ducentas Libras denariorum, quos Camerarius, & Quatuor* C *de ſuo ſalario debeant retinere. Et per Conſilium Campane, vel aliquod aliud Conſilium, vel per Novem, vel aliquos alios Ordines, vel Officiales Comunis non poſſit, vel debeat......., vel fingi aliqua ambaſciata, vel alia cauſa, per quam ipſe, vel aliquis eorum poſſint de Civitate Senenſi recedere, vel non ſtare ad Sindicatum, ut ſupra dictum eſt. Et* D *de predictis non poſſint dicti Poteſtas, & Quatuor, & Judex Sindicus Comunis abſolvi, nec ſuper hiis poſſit aliqua licentia impetrari, vel dari a Conſilio Campane causâ neceſſitatis, vel alio modo quocumque, quin predicta omnia & ſingula fiant & obſerventur. Et dicti Novem, & omnes Ordines Civitatis Senenſis dare teneantur & debeant ipſis* E *Quatuor, & Sindico auxilium & favorem, ut predicta omnia & ſingula melius fiant & obſerventur, & ut predicta omnia executioni mandentur, non obſtantibus aliquo Capitulo Conſtituti generali vel ſpeciali, precedenti vel ſubſequenti, per quod poſſit huic Capitulo in aliquo derogari. Item quod fidejuſſores, quos dederit Dominus Poteſtas pro ſe & ſuis Judicibus, ſotiis, & familia, non*

*poſſint*

*poſſit abſolvi per Dominos Novem, vel Curiam, Conſules Mercatorum, vel Militum, vel per Conſilium Campane Comunis; nec poſſit, nec debeat aliqua neceſſitas approbari, vel aliqua cauſa vel ingenio quae dici vel excogitari poſſit, abſolvi. Et ſi quis arrengaret vel conſuleret, quod dicti fidejuſſores abſolverentur, dictus Sindicus teneatur & debeat, & ſibi liceat condepnare tales, qui predicta arrengarent vel conſulerent, in ducentis Libris denariorum Comuni Senenſi. Et Notarium, qui impoſitam inde ſcriberet, in centum Libris denariorum. Et ſi dictus Sindicus eſſet negligens vel obmitteret aliquod de predictis, videlicet quod dicti Poteſtas & Judex & Socii, & Familiares ejus non ſtarent ad Sindicatum, vel abſolverentur ipſi vel eorum fidejuſſores, condepnetur & puniatur Comuni Senenſi in ducentis Libris denariorum, & ab ipſo Officio removeatur, & abinde in antea pro Sindico non habeatur.*

*Ego Orlandus Notarius, filius Dieludie, & nunc Scriba Comunis Senenſis, predicta Capitula Conſtituti, & Rubricas eorum ſcripta inveni in Conſtituto Novo Comunis Senenſis, ad quod jurare debet novus Poteſtas venturus pro anno venienti. Et ea exinde fideliter ſumpſi, & facta de predictis inſinuatione diligenti una cum Bindo Bruni Notario, fideliter & diligenter auſcultavi. Et nullo addito vel diminuto, de mandato Magnifici & Illuſtris viri* Domini Guidonis Salvatici, *Dei gratiâ Comitis in Tuſcia Palatini, & nunc ſecunda vice* Senenſis Poteſtatis, *in Palatio dicti Comunis mihi facto Senis in Anno Domini MCCLXXXVIII. Indictione Prima, die Sabbati XVII. Julii, a dicto Domino Comite Poteſtate, coram Domino Garandaccio Milite Domini Comitis Poteſtatis, & Domino Ugone Judice Maleficiorum, & Guerra Tancredi, & Cinello Guidonis, & Ruſſo Caccie, teſtibus preſentibus ſcripſi, & in publicam formam redegi.*

Vigentibus autem factionibus Guelphâ & Gibellinâ, interdum binis uno tempore Poteſtatibus Civitas regenda tradebatur. Quod Mutinae factum fuit, Anno MCCLIV. adlectis a Populo *Domino Caſtellano Domini Andaloi, & Domino Rambertino Domini Matthaei*. Verùm hiſce acriter inter ſe diffidentibus, *Conſilium de Credentia* eos enixe rogavit, ut aut concorditer procederent, aut Magiſtratui renuntiarent. Poſtremum eis placuit. Interdum etiam accidebat, ut hujuſmodi Praetores ſive ex eorum vitio, ſive ex impotentia factionum, in cunctis fere Urbibus tunc vigentium in indignationem Populi, aut potentum incurrerent, atque adeo nondum termino ſui regiminis completò ſolum vertere congerentur. Tunc in uſu plerumque fuit ſalarium iis ita ſecedentibus integrum perſolvere, niſi ea eſſet illorum culpa, quae indulgentiam iis adhibendam minime ſineret. Exempla proferam, quae mihi exhibuit ejuſdem Mutinenſis Reipublicae Regeſtum membranaceum. Anno MCCXVIII. dejectus e regimine hujus Urbis fuit Lanterius de Adelaſiis Civis Bergomas, atque in ejus locum ſubſtitutus Rambertinus de Rambertis Bononienſis. Is igitur injuſte ſe depulſum contendens, querelas ſuas detulit Ticinum ad Judices, ejus controverſiae gratia a Friderico II. tunc Romanorum Rege delectos. En quae ejus petitio fuerit.

Petitio

## Petitio Lanterii de Adelaſiis e Mutinenſis Urbis Praetura exturbati, coram Judicibus Imperialibus contra Rempublicam Mutinenſem, Anno 1219.

*IN Chriſti nomine. Anno a Nativitate ejuſdem Milleſimo Ducenteſimo Nono Decimo, Indictione VII. die Mercurii XIII. intrante Novembri. Cum* Dominus Fulcus Papienſis Epiſcopus, *praeſentibus Domino Guilielmo Mazono, & Domino Raynerio, filio Domini Aſſaliti de Sancto Nazario, cui pater vicem ſuam commiſerat, ut per publicum inſtrumentum oſtendebat, cum Judicibus ſuis, & eorum voluntate & concordia, ut aſſerebant, interlocutus fuiſſet, non obſtantibus exceptionibus per Raymundinum Notarium appoſitis pro Comuni Mutinae in cauſa, quae vertebatur coram eis ex delegatione* Sereniſſimi Regis Frederici *eis facta, inter ipſum Commune &* Dominum Lanterium Bergamenſem, *quod idem Raymundinus libellum eis oblatum a praedicto Domino Lanterio Bergamenſi recipere deberet, idem Raymundinus dixit, & proteſtatus fuit coram eis, quod ſalvis, omnibus exceptionibus dilatoriis, peremtoriis, tam in ſcripto, quàm in perſonis Judicum & adverſarii tantùm pro Communi libellum, qui contra ipſum Commune per Dominum Lanterium offerebatur, reciperet. Et ipſi Judices libellum ſibi oblatum ab eodem Lanterio, in mei & infraſcriptorum teſtium praeſentiâ, poſt oblationem de eo ſibi factam, ſtatim ita dederunt eidem Raymundino. In quo quidem libello ita continebatur:*

*In nomine Domini. Vobis* Domino Fulco, *Dei gratiâ* Papienſi Epiſcopo, *& Guilielmo Mazono, atque Aſſalito de Sancto Nazario, delegatis a Regia Majeſtate, conqueror ego* Lanterius de Adelaſiis, Civis Pergamenſis, *de Univerſitate & Communi Mutinae, a quo & a qua peto,* ut me recipiant & admittant, atque reſtituant in poſſeſſionem, vel quaſi Poteſtatiae Mutinae, & ejus diſtrictus. *Et inſuper, ut mihi debitum obſequium, reverentiam & honorem, atque fidelitatem praeſtent & obſervent per tantum tempus, per quantum praeſtare juraverunt, detracto tanto tempore, quanto in ipſa Poteſtatia ſteti. Et inſuper mihi ſeptingentas quinquaginta Libras Bonon., quae remanſerunt ad ſolvendum de feudo ipſius Poteſtatie ſolvant eâ ratione,* quia dico praedictum Commune me elegiſſe & electum recepiſſe in ſuam Poteſtatem & Rectorem. *Et ſub me juraſſe Cives Mutinae, & homines ſui diſtrictus ſequimentum regiminis & Poteſtatiae, ſecundum quod conſuetum eſt jurari ab ipſis Mutinenſibus, ſub ſuis Rectoribus.* Et in cujus Poteſtatiae & regiminis poſſeſſione vel quaſi fui & ſteti per duos Menſes & plus, quouſque turpiter, & malo modo & ordine & injurioſe ab Hominibus & Communi Mutinae de ipſa Poteſtatia expulſus fui. *Et quia dico, mihi conceſſum fuiſſe & conſtitutum ab ipſo Communi, ut habere deberem* pro ſalario dictae Poteſtatiae Libras Mille Bonon. *Inſuper peto ab eis de Communi & Univerſitate, mille Marchas argenti pro injuriis & contumeliis, quas mihi praedictum Commune & Univerſitas, ſive homines illius Communis & Univerſitatis mihi dictis & factis intulerunt & fecerunt, & ad hoc opem & conſilium dederunt, & facientibus conceſſerunt, & factas ratas habuerunt, videlicet veniendo pluries armatâ*

*manu*

*ma[illegible] & tu[illegible] ad Palatium, in quo ſtabam cum Familia mea pro regimine illius Civitatis, ſtrepitu vocum & equorum & armorum, & ſonitu campanarum adhibitis, oſtia illius Palatii frangendo, & Cameram illius Palatii & ſcrinea & vaſa in ipſo Palatio frangendo, & mihi res meas & Familiae auferendo, & me ac Familiam meam de ipſo Palatio expellendo; & me expulſo, cuſtodes ibi habendo & tenendo, qui me illuc revertentem probibuerunt, & clamando verſus me clamore maximo:* Mora; mora: fog; fog. *Et me per vim in concione ducendo, & ipſa concione me licentiando; dicendo, ut deberem de ipſa Civitate recedere, nec deberem in ipſa Poteſtatia de cetero reverti.* Et Rambertinum de Ramberto de Bononia in Poteſtatem recipiendo & eligendo & habendo, *& ſub eo infra tempus mei regiminis, ſpretis ſacramentis mihi factis, jurando. Peto inſuper ne debeant habere, nec tenere, nec obedire dictum Rambertinum tamquam Poteſtatem.*

*Actum in Civitate Papiae in Palatio Domini Epiſcopi Papienſis ſolemniter, & praeſentibus teſtibus, ſcilicet Johanne, Domino Stanchario, Lantellino Notario, & aliis.*

*Ego Petrusbonus Notarius interfui & ſcripſi.*

Itidem Anno MCCLXXII. per poſtremos ſex Anni Menſes *Saracenus Lambertinus* Bononienſis (e cujus nobili Familia deſcendit ampliſſimus & doctiſſimus ſanctae Romanae Eccleſiae Cardinalis & Archiepiſcopus Bononienſis, *Proſper Lambertinus*, nuper ad Summi Pontificatus apicem evectus ſub nomine Benedicti XIV.) Saracenus inquam, Mutinenſem Praeturam agens, Novembri menſe, videlicet incompleto regimine, ſponte, minimeque pulſus, abiit, fortaſſe quod inhiantibus eo tempore Bononienſibus ad vorandum Mutinenſem agrum, ſuſpicatus eſt, ſe inopportuno tempore Mutinenſibus praefuturum. Coactum eſt eam ob cauſſam Mutinae *Conſilium Credentiae* cum viginti quatuor Defenſoribus Populi: decretique Legati ex parte Militum & Populi, quos inter Veneticus filius Alberti de Caccianemicis Capitaneus Populi ejuſdem, ut Caſtrum Francum adeuntes profugum Poteſtatem ad ſuum munus reſumendum hortarentur, tum ob ſuum erga Mutinenſes amorem, tum ob honorem ſuum ſuaeque Familiae. Eaque ſententia probata eſt *in Conſilio Generali Communis Mutinae de Capitibus Artium*, (Capita haec a Joanne Villanio appellantur *le Capitudini*) *Conſulibus Societatum, & de aliis, qui ex forma Statuti tenentur Conſiliis intereſſe.* Sed fruſtra rationibus ac precibus egere Legati. Saracenus enim conſilii ſui tenax regredi negavit, ac deinde ob inrogatam ſibi, ut is contendebat, injuriam, & ob negatum ſibi reliquum ſalarii, ita in Mutinenſes incendit Bononienſium animos, alioqui tunc omnem cauſſam nocendi finitimo Populo captantes, ut multae turbae, & *Repreſaliae*, (ita enim appellantur) ſint hinc inde per aliquot annos ſequutae. Anno demum MCCLXXVIII. dirimenda duobus Arbitris utrinque electis commendata eſt ejuſmodi controverſia. Qua occaſione quum utraque pars petitiones rationeſque ſuas exeruerit, earum fragmentum huc inferre mihi quoque liceat, ex Archivo Communis Mutinenſis decerptum, ut luculentius inde conſtet, qui ritus in aſſumendis Poteſtatibus olim ſervarentur.

Poſ-

## Poſitiones in controverſia agitata inter Commune Mutinae, & Saracenum de Lambertinis Ex-Praetorem, Anno 1279.

ANno MCCLXXIX. die X. *Auguſti. Antonius de Policino Curator Capricini, filii & heredis* Domini Saraxini de Lambertinis declarat, *quod dictus* Dominus Saracenus fuit electus per Commune Mutinae Poteſtas ipſius Civitatis Mutinae, ad terminum ſex Menſium: *& quod ipſe Dominus Saracenus venit ad dictum regimen honorabili comitivâ Militum, Judicum, Domicellorum, & Scutiferorum, & honorabiliter cum armis & equis, & cum dicta comitiva cepit Regimen facere &c. Quare petit, ipſum Commune & Homines Mutinae condempnari per vos Arbitros Civitatis Bononiae & Mutinae in Septingentis quinquaginta Libris Mutin. pro ſallario ſex Menſium ipſius Domini Saraceni, ſibi conceſſo per Commune Mutinae, & etiam in quatuor millibus Marchis argenti pro ſuo dampno, injuria, & intereſſe &c.*

*Contra Mutinenſis Fratris Valentini Syndicario nomine pro Communi Mutinae petiit tria millia Marchas argenti pro dampno & intereſſe & injuria Communis Mutinae, quod & quam paſſus fuit & ſubſtinuit Commune Mutinae, eo quia Dominus Saraxinus Poteſtas Mutinae non fecit, nec complevit Regimen ſuum, ſecundùm quod juravit &c.*

*Ponit Antonius de Policino, quod Dominus Saracenus de Lambertinis electus fuit Poteſtas Communis Mutinae a termino ſex Menſium. Item quod ad dictum Regimen duxit duos Judices, duos Milites, ſex Domicellos, octo inter Scutiferos & Cogos, octo Equos, inter quos erant duo ab armis. Item quod ipſe Dominus Saracenus erat de majoribus & potentioribus Civitatis Bononiae. Item* A *quod ipſe expendit in adventum, quem fecit ad dictum Regimen Civitatis Mutinae, quingentas Libras Bononienſium. Item quod ipſe expendit in litteris & Ambaxiatoribus miſſis Communi Mutinae centum Libras. Item quod per Commune Mutinae pro ſervitio dicti Poteſtatis conventae fuerunt dicto Domino Saraxino ſeptingentae quinquaginta Librae Bonon.* B *Item quod per Commune Mutinae data fuit electio* Domino Marchioni Eſtenſi *vocandi unam Poteſtatem dictae Terrae pro ſex Menſibus. Item quod dictus* Dominus Marchio *dictam Poteſtatem conceſſit Domino Saraceno pro tempore ſex Menſium.*

*Ponit Johannes Pauli Syndicus Communis Mutinae, quod quilibet, qui fuit* C *Poteſtas Mutinae a duodecim annis citra, debebat & debet toto tempore ſui Regiminis ſecum ducere & tenere duos bonos & peritos Judices, duos bonos & probos Milites, octo Servientes, ſex Domicellos, octo equos, tres quorum de armis &c.*

Atque haec pauca congeſſiſſe ſufficiat, ut dignoſcatur, quale olim foret, & quàm honorificum in Italia D Poteſtatum munus. Corollarii autem loco, additum heic volo Opuſculum non omnino, ut ſpero, inutile, ad eamdem materiam, quam prae manibus habeo. Uti Lectorem monui in Praefatione ad Boncompagni Opuſculum *de obſidione Anconae* Tom. VII. Rerum Italicarum, deſcripſeram ego illud ex MSto Codice ſpectante ad E *Philippum Angelatum* Caeſaris à Secretis, cujus labores ac merita in eâ Collectione non ſemel a me commemorata & commendata fuere. Complectebatur autem idem Codex al-

terum

terum Opuſculum, ſed mutilum, cui titulus *Oculus Paſtoralis*. Auctoris nullum ibi occurrebat nomen. Ego Eccleſiaſticae militiae, & alicui Regulari clauſtro addictum audire mihi videbar. Sonant enim ejus verba hominem in Scripturis ſacris verſatum ac religioſum. Suſpicari tamen liceat *Boncompagnum* ipſum iſtius quoque Libelli Auctorem. Fortaſſis adoleſcentem quempiam nobilem erudiendum ille ſuſceperat, rationem ei oſtenſurus alios regendi, munuſque Praeturae ſubeundi ac ſuſtinendi cum dignitate ac decore, aut etiam effulgendi in Conſiliis liberarum Urbium. Itaque in ejus aliorumque Nobilium uſum hunc Libellum concinnavit,

A ubi concionum exempla, aliaque documenta ad Reipublicae negotia gerenda congeſſit. Scripſiſſe autem videtur circiter Annum Chriſti MCCXXII. Nam Cap. 4. primae diviſionis haec habet: *ad reverentiam & timorem Eccleſiae ſanctae Dei, & glorioſiſſimi Domini noſtri F. Romanorum Imperatoris Auguſti*. Si quid video, B memoratur heic *Fridericus Secundus* Auguſtus. Ceterum ex hoc Opuſculo multa exciderunt; & quae pauca etiam ſuperſunt, ab imperito Librario tam male habita ſunt, ut aut erroribus, aut tenebris non raro deturpentur. Sed qualiſcumque ſit merces, conſilium meum Lector aequi bonique faciat.

# OCULUS PASTORALIS,

*SIVE*

# LIBELLUS

ERUDIENS

FUTURUM RECTOREM POPULORUM,

## ANONYMO AUCTORE

Conſcriptus circiter Annum 1222.

EX MANUSCRIPTO CODICE

## PHILIPPI ARGELATI

BONONIENSIS

S. C. C. M. A SECRETIS.

# OCULUS PASTORALIS, PASCENS OFFICIA, ET CONTINENS RADIUM DULCIBUS POMIS SUIS.

*Incipit Prologus hujus Opuſculi.*

IN hoc Opuſculo, quod rogatus quaſi invitus aggredior, ſtilo clariori & ſimplici dictamine fungar; quoniam ſimplicitas eſt amica Laicis rudibus & modice literatis, ad utilitatem quorum, ſi qui quandoque ad locorum Regimina ſint aſſumti, ſequentia componuntur, ut ex eis aliqua ſubtili ingenio & ſagaci praelibare valeant, quibus Rectorizent in ſubjectos & alios, cum occurrerit utilitas vel neceſſitas proponendi.

## PRIMA DIVISIO.

*De Poteſtaria, & ejus adminiculis.* I.
*De Pactis ſuper Salariis, & aliis.* II.
*Quid quum primo Civitatem ingreditur.* III.
*De prima Concione, quum Terra fuerit in pace.* IV.
*Si civilis diſcordia fuerit inter Cives.* V.
*Si guerram habuerit Civitas vel Locus cum extraneis.* VI.
*De Ambaxatoribus, qui cum Poteſtate venerint.* VII.
A *De reſponſione Poteſtatis veteris.* VIII.
*De comeatu, quum recedit ad propria finito officio.* IX.

## CAP. I.

*De Poteſtaria, & ejus adminiculis.*

OMnis Poteſtas a Domino Deo B eſt: & illa Rectoralis, pro qua natura provide cetera diſponens Locorum Regimina protulit, tribus eſt praecipuis vallata praeſidiis, quibus feliciter adjuvatur, Juſtitiâ videlicet, Reverentiâ, & Amore. Juſtitia in Rectore, Reverentia in ſubjectis, Amor requiritur in utriſque. De Rectore vel Poteſtate dicitur: *Si Rex* C *juſtus ſederit ſuper ſedem, non adverſabitur ei quidquam maligni.* De ſubditis ait vas electionis Apoſtolus, exhortans omnes ad reverentiam cum fidei ſinceritate praeſtandam illis Rectoribus ſuis, quoſque ſibi per tempora canonicâ electione praeficiunt. Illa enim ſola eſt, quae fidei meritum poſſidet, & cenſetur etiam in D victimis praeponenda. Amor in utriſque reciprocus affectatur, ut Civitatem vel Locum, cui Poteſtas praeficitur, & habitantes in ea & adjacentiis

centiis ſuis majores, mediocres, & minores cum omni diligentia, ſummo ſtudio, recto corde, & candore debet paternitatis amare, promovens ſtatus ſuos in omni, quo poterit, gloria & honore operibus ſtudioſis. Gens verò ſuo ſubjecta Regimini viciſſim eidem omnem reverentiam, laudes, honorem, gratiam, purum amorem, ſalubre conſilium, rectum adjutorium debet efficaciter exhibere, ut gubernatio Civitatis & Loci per ſic copulatos affectus pacatâ quiete procedat, & ſalutare ſuſcipiat incrementum. Sumam ex praedictis exordium, quod fieri debeat, quum quis ad alicujus Civitatis vel Terrae Regimen poſtulatur.

## CAP. II.

*De Pactis ſuper Salariis, & aliis.*

CAutus in primis exiſtat, quum ſibi electio ſit porrecta, ut tam de Salario, quàm de conditionibus, quae aliquando a petitoribus offeruntur Electis, ita dilucide & aperte per ſcripturam etiam publicam ſtudeat componere cum eiſdem, ne inter eos aliquod dubium exinde inſurgere poſſit in poſterum, ut avaritiae ceſſet ſuſpicio, & hinc inde materia malignandi.

## CAP. III.

*Quid quum primo Civitatem ingreditur.*

INgreſſus autem Civitatem regendam ſibi decretam, praenotet mores ejuſdem. Et ſi conſuetudo habitantium hoc expoſcat, ut in praeelectorum generali Conſilio, aut in publico ubi more ipſorum congregatur Populus univerſus, ut ex aliqua cauſa

A eumdem concionari inter ipſos oporteat, invocatâ Trinitate & Unitate Deitatis ab ipſo Patre coeleſti, qui replet ſperantes in ſe abundanti facundiâ affluenter, cum gratiarum actione ſecurus ſumat exordium in hunc modum.

## CAP. IV.

B *De prima Concione, quum Terra fuerit in pace.*

AD primum principium eloquii mei, quod erit in conſpectu virorum adſtantium tam pro ſe quàm pro Communitate ſua, omni laude dignorum, invoco coeleſtem Patrem
C omnipotentem, a quo cuncta bona procedunt, ut pro miſericordia ſua ſanctiſſima dignetur mihi gratiam elargiri, proponendi hodie, & toto tempore mei Regiminis inter vos ea, quae ſpectare debent ad glorioſum nomen majeſtatis ipſius, *& ad reverentiam & timorem Eccleſiae ſanctae Dei, & glorioſiſſimi Domini noſtri F.*
D *Romanorum Imperatoris Auguſti*, & ad laudem & honorem Domini veſtrae Poteſtatis pro anno praeſenti, & ad incrementum & gloriam ac honorem hujus nobiliſſimae Civitatis, & omnium ad ſe ſpectantium tam ſubjectionis quàm amicitiae vinculo, quicumque vobis gratulantur de veſtris profectibus & honore. Si vellem for-
E mare materiam dicendorum meorum, & extendere circa laudes hujus magnificae Civitatis, fulgentis Militiae, & pretioſi Populi multitudinem decorare, & circa commendationem Domini Poteſtatis, de laudandis operibus & circumſpecto Regimine ſuo, quo functus eſt hoc Anno ad maxima commoda Civitatis iſtius, exponens genus Nobilitatis ipſius, virtutem

tem facundiae, fidei, diſcretionis, & omnium virtutum, probitatum, & potentatus ejuſdem, nec dies ſufficeret, nec animus in dicendis terminum inveniret. Ceſſabo igitur ab iis, quoniam ea ſine dictu meo patenter refulgent, ſicut Sol in conſpectu cunctorum: & breviter ad ea me transferam, quae videntur praeſentialiter proponenda. Verum eſt quod deliberantibus vobis placuit me habere in Poteſtatem & Rectorem veſtrum pro Anno futuro. Quam electionem, cum ipſa, ſicut moris eſt, mihi fuit oblata, ſuſcepi animo diligenti, & habeo in firmo propoſito mentis meae, quantum mihi gratia divina permiſerit, portare Regimen mihi commiſſum non recuſato labore, cum omni diligentia, pura fide, continuato ſtudio, & recto opere, ad honorem, profectum, & omne commodum Terrae veſtrae, ſervando juſtitiam, cuique ſine perſonarum acceptione tribuendo jus ſuum, non declinans ad dexteram vel ſiniſtram. Vos autem, quantum poſſum, exoro, moneo pariter & exhortor, ut ſicut ab initio me propoſuiſtis curialiter honorare, cum ad Regimen veſtrum me liberaliter elegiſtis, ita conſtanter perſeveretis in eo, quod quidem tunc eſtis verè facturi, quum moribus vivetis urbanis, portantes inter vos pacem tranquillam & amorem perfectum, ceſſantes ab injuriis & malignitatibus cunctis, non inferentes offenſam majoribus, paribus, vel minoribus ullis. Quoniam tunc profecto turbaretur amor inter me & talia committentes. Non ſum illa perſona, quae vellem ſuſtinere pudorem in vultu. Nec praetermittere volo nec debeo, quia non eſſet boni Poteſtatis, crimina impunita relinquere. Imo habeatis hoc firmum in cordibus veſtris, quod tali caſtigatione puniam delinquentem, quod poena unius plurimorum metus exiſtet, ſicut quum expedierit (quod Deus avertat) delictorum opera declarabunt. Habeat unuſquiſque aures ad audiendum, & animum ad obſervandum, quod praemonetur eidem, ne incidat in id, de quo poſtea tardo tempore poeniteret. Spero de vobis, quod fiet quidquid debet ab urbanis Civibus cuſtodiri. Volens imponere finem praeſenti eloquio, & non modò plura proponere coram vobis, rogito Jeſum Chriſtum Filium Dei vivi, & beatam Mariam Virginem glorioſam Matrem ipſius, & illa beata Sanctorum merita, quae in hac Civitate celebrantur veneranter, quod ea, quae dicta ſunt & dicentur in poſterum pro utilitate Communitatis iſtius, ſint ad ſanctum ſervitium & gloriam eorumdem, & ad honorem, exaltationem, & commodum ac felicem ſtatum Civitatis hujus, & omnium veracium amicorum, qui vobis participant, & reputant tamquam propria gaudia veſtrae proſperitatis & gratiae.

## C A P. V.

*Si civilis diſcordia fuerit inter Cives.*

Si civilem diſcordiam bellandi, vel aliam invenerit Rector novus inter Cives, retento principio ſuperioris eloquii, & concluſione ſervatâ, poterit inſerere, ubi competentius ſibi videbitur, quae inferius continentur contra concitantes & fauctores eorum:

Si obſervaſſetis hucuſque, quod decet homines obſervare prudentes, & memoriâ veſtrâ retinuiſſetis in mente, quod Chriſtus in Cantico voluit, cunctos videlicet homines inter ſe pacem habe-

habere bonae voluntatis in terra, inveniſſem vos utique tam univerſos quàm homines ſingulares in tranquilla quiete & pace laudabili commorantes; unde meus gauderet animus in immenſum. Et meritò, quia congruit bono Rectori, pacatam & quietam habere, vel efficere non inventam Civitatem, quam regit, ſuo Regimini commendatam. Per quietam autem tranquillitatem & pacem ipſius excreſcit Civitas populari multitudine confluente, augmentantur divitiae, afferuntur honores, amicitiae circumſtantium duplicantur, ut non poſſit facile ex his proveniens computari profectus. Sed diſcordiâ perdurante poterit unico verbo ſcilicet deſtructionis, quae exinde contingeret, enumerari defectus. Per illam verò, quae aliquando inter Cives, domeſticos, & vicinos ex cauſa leviſſima, inſtigante Diabolo convaleſcit, multa ſaepe diſcrimina & damna graviſſima contigerunt, utpote incendia, patrimoniorum diminutio, letalia vulnera, mutilationes, truncationes membrorum, ſtrages corporum, & quod deterius eſt, multarum pericula animarum. Propter quae omnia Civitas olim fulgida ad nihilum fere deducta facilius enervatur, & quaſi deſolata oppreſſiones ingemit filiorum. Nec eſt, qui conſoletur eamdem, niſi illa benigna forte pars Populi, quae nequitiis partium operam non praeſtitit, vel favorem remiſerit pariter cum Rectore, ut vel Civitas in quiete reſideat, vel ſtrepitantes, & commoventes eamdem poenis graviſſimis puniantur, ad ultimum expellendi de tecto, ſi non deſtiterint a vexationibus pravis juxta mandata Rectoris. Iis modò contentus, quae ſuper hanc praelibavi materiam, ſtabo tempore ſuo cum viris communibus & diligentibus ſanum ſtatum Civitatis iſtius; & annuente Domino ſtatuetur, quod Civitas iſta ſolatio pacifico potietur, & ceſſabit iniquitas de cordibus malignorum, loco cujus pacata benignitas redundabit veſtro, quod ſuppliciter poſtulamus gratiâ illius veſtrae Communitatis & noſtri ſibi praeſtandum in Regimine nunc aſſumto, parendo eidem in mandatis, quae fecerit pro veſtris agendis; ut poſſit taliter cum exaltatione veſtrâ gubernare negotia, quae ſibi ad laudem, vobis ad profectum, & utrique Terrae pariter & noſtrae ad honorem redundet & gratiam, & indiſſolubilis amicitiae pariat incrementum.

. . . . . . . . . . . (*)

. . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Quamvis mens, ſatiata pluralitate verborum, ſit conſueta recuſare poſteriorum affatus, ſicut ait ſapientiſſimus Salomon, dicens: *Mens ſatiata faſtidit favum mellis;* de urbanitate veſtra ſecure confiſus, vos ſuppliciter deprecari non deſino, quod intuitu gratiae veſtrae, mihi quietam audientiam praebeatis. Nec ſit intentionis veſtrae, quod ego ſurrexerim correcturus, quae dicta ſunt vobis in tanta perfectione narrandi per Dominum N. N. prudentiſſimum Virum, nobilitate & omni virtute decorum. Sed aſſurrexi potius ſecuturus eumdem, & praeſertim in veſtigiis laudum, quas veraciter protulit de Domino N. N. Poteſtate veſtra, & de hac magnifica Civitate: quas teſtificor & aſſero firmiter eſſe veras; & ſic

(*) Heic titulus, exordium, & materies Cap. VI. deſunt in Codice MSto.

ſic breviter me exonero a commendationibus ſuis, quia non ſum ſufficiens ad eaſdem. Surrexi inſuper praeterea, quoniam ſi centum eſſent Ambaxiatores ad vos de illa noſtra Terra venturi, placerent remanentibus domi, quia quique proteſtarentur in Populo dulcibus eloquiis & facundis, quantus amor, quantaque devotio inter utramque Civitatem ſine ullo ſcrupulo vigere dignoſcitur, & viguit ab antiquo. Oportuit inſuper ſurgere ex mandato, quo tenemur adſtricti, commendare vobis in publico perſonam Domini N. N. futurae Poteſtatis, & excitare quamplurimùm, ut taliter vos portetis circa honores ipſius, & proſperos noſtros eventus, ſupportantes eum, & reverentes in obſequiis mandatorum ipſius. Et ipſe vobis ſe talem exhibeat in omnibus, quae imminent peragenda pro officio ſui Regiminis, quod ipſis vobis pariter laudes accreſcant & commoda, & utraque Civitas per opera hinc inde congeſta firmitatis robore concatenentur ad idem velle & idem nolle, quod demum eſt ſumma amicitia, quae non poteſt ulla tergiverſatione convelli, & fiat utrique unum in omni genere conjungendi amoris, honoris & gratiae ſempiternae. (*)

## C A P. VIII.

*De reſponſione Poteſtatis veteris.*

GRatias ago Deo meo, per quem dies deſideratus nobis illuxit exſpectantibus videre, & cum gaudio ſuſcipere Dominum N. N. in Poteſtatem Civitatis iſtius pro Anno futuro: potentia probitatis & ſcientia cujus eſt talis & tanta, quod Civitas & Populus iſte regetur & gubernabitur per eumdem ad laudem & gloriam Jeſu Chriſti, & ad honorabilem & proſperum ſtatum hujus Communitatis, & exſpectantiam ad eamdem, cum felici jucunditate omnium & ſingulorum majorum, mediocrium pariter & minorum. Intelleximus animo diligenti, quae ſapientiſſime dicta ſunt tam per ipſum, quàm per Magnificos Ambaxiatores ſecum miſſos a Cummunitate ſuâ, causâ honoris & commendationis ipſius. Qui tam ornate, prudenter, & facunde, quiſquis in dictis ſuis cum tanta diſcretione, temperantia, & moderata curialitate propoſuerunt, quae duxerunt proponenda, quod maximo redundarunt ſuarum perſonarum honori & Communitatis ſuae, quae direxit eoſdem. Nec mirum: ipſi enim ſunt de majoribus, nobilioribus & prudentioribus, vel quaſi praeexcellentiores in omnibus, qui in Civitate ſua poterant inveniri; quorum laudibus non inſiſtam, quae poſtquam multae prolatae fuiſſent, pauciſſimae viderentur a cunctis reſpectu multitudinum earum, quas mea prolixitas reticeret. Placuit eis admonere nos ipſos verbis gratiarum promerentibus actiones, ut ſubjecti ſimus & obnoxii Poteſtati in omni reverentia & timore, adjuvantes & conſulentes eidem in iis, quae ſpectare ad ſuum poſſint honorem & bonum regimen conſervandum, & ad generalia & ſpecialia commoda Terrae noſtrae, ut exinde grati poſſimus exiſtere ſibi & Communitati, quae ipſum nobis praeſtitit in Rectorem. Ad quae ſic poſſum fiducialiter reſpondere, quod iſte Populus benedictus omnem a ſe abdicat libertatem, & ſe cum tanta devotione ſuae ſubjicit



(*) Fragmentum hujuſce Concionis videtur pars eſſe Capituli VII. cujus titulum, initium, & materiem fruſtra quaeras, deperdita in Codice MSto.

bjicit poteſtati, nihil ſibi reſervans, quantam umquam haberet ſubditus ſuo vero Domino principali. Et ſi alicui ſe perfecte ſubjecit, eſt ſe huic perfectiſſime ſubjecturus ad omnia mandata dominatus ipſius; quoniam plus confidit, per ipſum extolli, quàm umquam eos aliquis ſublimaſſet. Quod erit, dante Domino, qui dat plenitudinem gaudiorum. Convenit circa finem mei Regiminis, ut quaedam proponere debeam in praeſentia gentis Communitatis iſtius, cui laudes & grates poſſum reddere valde dignas, quod me omnifariam honorarunt, & non ut temporalem Rectorem, ſed ut verum & perpetuum Dominum reputarunt. Et ego, teſte Domino, cum omni diligentia & fide ſincerâ ſtudui cuncta peragere, quae ſibi crederem fructuoſa. Officiales aſſociati mihi, in Officiis ſuis omnem fidem & reverentiam & timorem ac purum adjutorium praeſtiterunt. ita quod ſibi & mihi pro bonis actibus ſuis honorem maximum paraverunt. Unde, omnibus in mente digne retentis, *factus ſum Miles* eorum, & me *ſuum Militem*, & ſpecialem reputo Servitorem, ubicumque degam, toto tempore vitae meae, exponendo me ipſis ad omnia mandata & obſequia Civitatis & Civium omnium & ſingulorum, tamquam quilibet ex Civibus iſtis. quorum, Socius & Civis ero, quouſque vita mea eſt in hoc Seculo duratura. Me vobis commendo, tribuo, & expono per omnia, tamquam veraciſſimis Dominis, & amicis prae ceteris peramandis.

## C A P. I X.

*De comeatu, quum recedit ad propria, finito Officio.*

QUum finito Officio receſſerit olim Poteſtas ad propria, comitatus itinere competenti a Poteſtate nova & Militibus Civitatis exordiatur, & in deceſſu Poteſtas in hunc modum ſequentem & licentiatus revertatur cum comeatibus ſuis.

*Reſponſio Poteſtatis novi.*

EX debito glorioſi Regiminis, & meritis operum foecundorum, quae hoc Anno praeterito exercuit in hac Civitate gubernatione fructiferâ veſtra laudanda probitas, Civitatem iſtam vobis exponimus omni tempore commendatam: magnitudini veſtrae grates referentes immenſas pro toto Populo Communitatis ejuſdem tam generoſis factis, quae contuliſtis eidem cum ſuo magno profectu, & redundantiâ noſtrae commendationis & gratiae. Rogamus dominationem veſtram, quanto efficacius poſſumus, precibus ſubjectivis, quod licèt ſeparatio corporum fiat ad loca remota propter remeationem, indemnitas tamen inſeparata remaneat animorum & cordium, deferendo ad invicem incunctanter in omnibus & ſingulis, quae conſtiterint, beneplacita requirenti, & praeveniendo etiam liberaliter noſmetipſos, ut gratius habeatur

-- -- -- -- *Quod venit ante preces.*

Veſtra inſuper dominatio fuit hactenus temporalis, ſed erit perpetua in futurum; quia de Civitate & Civibus & bonis ipſorum per vos, & conſan-

ſanguineos, & amicos veſtros poteritis quoquo tempore omnem veſtram facere voluntatem. Quum deſideremus intuitu veſtri & Communitatem illam, de qua vos aſſumſimus in Rectorem, & omnes, quos ſuos & veſtros ſperabimus eſſe fideles, reputare dilectiſſimos & Dominos ſpeciales, parati ſemper erimus ad omnia, quae ſibi cognoverimus gratiora. Recedetis vos cum omnimoda gratiarum actione, & nos remanebimus ad omne obſequium veſtrum, attendentes, quod veſtrum ſit praecipere, & noſtrum fideliter obedire.

## SECUNDA DIVISIO.


*De principio Regiminis ipſius.* I.
*De Officialibus & Officiis eorumdem.* II.
*De Conſiliariis praeeligendis.* III.
*De Obſervantia Conſilii.* IV.
*De Obſervantia judicii, & ordine judiciorum.* V.
*De Bannis ſuper maleficiis, vel quaſi.* VI.
*De praemonendis Officialibus.* VII.
*De providentia ſuper Redditibus.* VIII.
*De Expenſis communibus.* IX.
*De requirenda ſaepe ratione ab Officialibus.* X.
*De publica concione circa principium dominatus.* XI.


### CAP. I.

*De principio Regiminis ipſius.*

SIt principium ſui Regiminis in omni timore Domini, quia *oculi Domini ſuper timentes eum, & aures ejus in preces eorum;* qui eſt protector potentiae, firmamentum virtutis, regimen verè credentium, & oppreſſorum adjutorium opportunum. Fidem ſervet Catholicam, quam ſancta docet Eccleſia. Revereatur & Praeſulem: veneretur & Clerum Civitatis, vel Terrae, quam regit; & omnes juſtas petitiones eorum admittat cum devotione benignus. Ipſorum querelas, ſi quas ullas attulerint, attentius audiat, & ſecundùm quod neceſſitas expetierit, abſque negligentia examinet, & diligenti & potenti feſtinatione dijudicet, ut eis & beatitudinis honor debitus reſervetur, & oratori affluens in defenſionibus copia largire praeſtetur. Immunitatem & Libertatem pro viribus defendat Eccleſiae, proviſurus ne incidat in laqueos, quos ſancta primum & ſecundum Lateranenſia Eccleſiaſtica, & quaedam alia poſuere Concilia, quibus temere innodantur praeſumtuoſi violatores eorum graviſſimâ, prout in ipſis exprimitur, ultione plectendi.

### CAP. II.

*De Officialibus, & officiis eorum.*

OFficiales curet habere Catholicos, fide dignos, facundos, nitidos, in exercitiis ſtudioſos, amatores proſperi ſtatus ſuae Communitatis, & cunctis in ſua juſtitia tunc aequales.

*De Judice Camerae, & de Aſſeſſore, & Exequutoribus.*

CAmerarium praecipue, qui eſt Quaeſtor & Cuſtos reddituum & ſumtuum, quos percipit & facit Communitas, quae ſuper iis confidit in eum: & Aſſeſſorem, qui eſt quaſi praevius oculus Poteſtatis, cujus conſilio gerenda fere ſunt omnia, quae in voluntaria & contentioſa juriſdictione conſiſtunt, ſtudeat habere praecipuos. Ab eo enim valde magis exigitur, cui officium praeſtantius aſſigna-

ſignatur. Nequitiae & malignitatis Exequutorum, qui ſecundùm Terrarùm conſuetudinem cuffiis coloratis pileati diſtinguuntur ab aliis, non obliviſcatur mens experta, nec etiam formidet inveniri pro poſſe remedia, quibus eorum poſſimus aſtutiis obviare. Hoc genus hominum eſt flagellum maximum inter gentes. Ipſi namque ſicut diverſis in Jure Civili vocabulis nuncupantur, ſic diverſis verſutiis adverſantur. Hi ſunt enim, qui exactionibus graviſſimis citatos affligunt, ſpolia diripiunt egenorum, innocentes accuſant, ut debacchentur in eos, nocentes per voracitatem ſuam a poenis liberant, & praemia ſuſcipiunt de manibus damnandorum. Quum perveniunt ad domum ruſtici, vel alicujus pauperculae mulieris, ajunt: *feſtina, quia ſumus itinere fatigati, & ſubito affer de optimo vino cauponae, ſi vis non carere ligone.* Hos tales eligat provida diſcretio Poteſtatis, quales jura praecipiunt eligendos, videlicet locupletes, & vitae probatae, ut ab his non peccetur, aut prodatur, vel maligne quidquam agatur. Non eligat pauperes & egenos, quia egeſtate compulſi juxta verbum Sapientis faciles ſunt ad furandum, & perjurandum nomen Salvatoris aeterni.

## CAP. III.

*De Conſiliariis praeeligendis.*

COnſilium ſuum ſtatuat ex Sapientibus praecipue Senioribus, quorum ſapientia eſt ſpecioſa & glorioſus intellectus & ſanum conſilium. De quibus ſuaſit Sapiens, dicens: *Non te praetereat narratio Seniorum, quoniam ab ipſis plenum capies intellectum. Vir enim ſapiens liberat Urbem per ſapientiam ſuam: & eſt melior ſapientia,*
A *quàm fortitudo & arma bellica.* Nam ſapientis oculi in capite ejus, qui ſpeculatur ſubtiliter providenda; & eripit a praecipitio ſermo ſenſati. Ab his ſecernat tyrones nimis juvenes, quia qui non eſt expertus, pauca cognoſcit, quorum viam Salomon ignoraſſe teſtatur. Non enim diligere potuerunt, niſi quod placeret eiſdem.
B Eſt enim gravius maſſam ferream hominem portare jam lapſum, quàm veri & gravis ſenſus intellectum deducere hominem imperitum. Utrum autem paucos an multos Conſiliarios ſtatuat, conſuetudini patriae reſervetur. Facilius tamen quod a pluribus quaeritur, invenitur, & veritas per ampliores homines manifeſtiſſima re-
C velatur, ſicut dicta civilis ſapientiae apertiſſime proteſtantur.

## CAP. IV.

*De obſervantia Conſilii.*

COnſilio utique ſic ſtatuto, Communitatis agenda cum Conſilio
D faciat, & poſt factum non facile poenitebit: & difficilia maxime cum Conſiliis multis expediat, quia ubi multa conſilia, ibi ſalus, & quod cum maturitate repetitur & deliberatione firmatur, conſilium firmum dicetur & ſtabile. Provideat inſuper Rector, admittere temporibus aptis exhibitum ſibi ſervare conſilium, ut
E non prae feſtinatione praenimia nec praemoratâ deſidiâ Populi clamoribus increpetur. Caveat etiam Rector, quandocumque proponet thema conſilii, ut verbis rudibus & non coloratis utatur, ne fortè videatur informando Conſiliarios, in aliqua parte velle declinare conſilium, ſi vult fugere mordaces detrahentium invectivas.

CAP.

## CAP. V.

### *De Obſervantia judicii, & ordine judiciorum.*

POteſtatem judicantem oportet ſe cunctis praebere benivolum auditorem, cuncta rimari, & ordinem rerum plenâ inquiſitione diſcutere, ut actio partium illuminata ſit plenitudine. Merita namque cauſarum partium aſſertione panduntur. Nec litigantibus prius velit obviare ſententiâ ſuâ, niſi quando peractis omnibus in quaeſtione nil remanet proponendum. Nihil ex arbitrio ſuo & domeſticae proprietate voluntatis, ſed juxta Leges & Jura pronunciet. Et ſummatim ita jus reddere curet, ut auctoritatem dignitatis ſuo augmentet ingenio. Et ſe facilè praebeat in eundo. Contemni tamen nullatenus patiatur, nec nimiam familiaritatem admittat, nec in ſupervacuam extollentiam exardeſcat, ſed viâ regiâ incedens medio tutiſſimus eat.

## CAP. VI.

### *De Bannis ſuper maleficiis, vel quaſi.*

EDuxerunt in conſuetudinem gentes quaeque in Provinciis & Terris ſuis ſtatuere per Rectores ſuos ac alios poenas praeſertim in levioribus temporibus pro maleficiis coërcendis; & Statuta promulgantur ac praeconizantur frequenter in publico, ut earum metu humana coërceatur audacia, tutaque ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis formidetur, ſupplicio refraenetur audacia & nocendi facultas. Reſpicere autem debent Statutores & Judican-
A tes, ne quid aut deterius, aut remiſſius conſtituant, quàm cauſa depoſcit; & in levioribus quidem cauſis promtiores ad lenitatem, & in gravioribus poenis ad Legum ſeveritatem cum aliquo temperamento benignitatis Judices eſſe debent. Plane in ipſa conſtitutione Bannorum & poenarum eſt propenſius obſervandum, ut con-
B tineant honeſtatem & juſtitiam cum manſuetudine valde diſcreta, quia hodie fragilis eſt humana natura, & ideo mitius inferendum. Sed quia ſuper hujuſmodi ſtatuendis Terrarum Rectores conſueverunt in ſuis ſenſibus abundare, haec ſibi relinquo. Et utinam meliora reſpiciant, & quae Deo fuerint magis accepta ſortiantur con-
C ſilio ſaniori. Statutarii verò, quorum majus eſt officium olim Electi conſtitutiones & jura minori pallio quibus Poteſtas habet regere Civitatem & Populum ſibi commiſſum a cunctis, excogitare tenentur, ut Lex & Conſtitutio ſua fiat honeſta, juſta, & poſſibilis, quia aliter non ligarent neceſſaria & utilia, vel ſecundùm
D conſuetudinem patriae locoque conveniens nullo privato ſermone, ſed pro communi Civium utilitate conſcripta, ut in his attendatur dictum Platonis ſapientiſſimi dicentis: *Illa Civitas rectiſſime ordinata traditur, in qua unuſquiſque proprios non praeponit affectus.* Ideo autem in ipſa Conſtitutione iſta ſunt conſideranda, quia
E quum Leges fuerint, non erit liberum judicari de ipſis, ſed oportebit judicare ſecundùm eam. Unde Sapiens quidem ait: *In iſtis temporalibus Legibus, quamquam de iſtis judicent homines, quum ab eis conſtituuntur, tunc quum fuerint conſtitutae & firmatae, non licebit Judici de illis, ſed ſecundùm ipſas poſtea judicare.* Si contingat interdum, Poteſtatem debere condemna-

na-

nare nocentes, condemnatio prius examinata legitime fiat in publico coram multis de ſingulis partibus Civitatis vel Loci undique convocatis, ut ſciatur a cunctis, quod maleficia puniuntur, & innocentes non inventi culpabiles abſolvuntur. Perlectis namque condemnationum & abſolutionum ſententiis, Poteſtas antequam diſcedat, admoneat convocatos, ut debeant ab illicitis abſtinere: quoniam etſi multum diligat Cives & Civitatem, quam regit, & quaſi invitus extorquet ab eis propter culpam commiſſam de facultatibus eorumdem, tamen ſi non poterit aliter compeſcere nequitias malignorum, non ſervabit de cetero in condemnationibus ſuis modum praeſentem, in quo voluit parcere condemnatis; ſed ita exardeſcet adversùs ceteros delinquentes in poſterum, quod poena unius metus plurimorum exiſtet, & timorem incutiet in cordibus etiam innocentium. Et haec, & quaecumque viderit magis congrua minetur eiſdem, ut punitorum poena ſit ceteris non delinquentibus doctrina.

## C A P. V I I.

*De praemonendis Officialibus.*

Antequam incipiat Poteſtas pro tribunali ſedere & audire juris ordine litigantes, Officiales ſuos congreget in ſecreto, & praemoneat ſingulos, ut in officiis ſibi commiſſis ſeduli ſint, ſtudioſi & intenti, habentes ſemper corde tenus beatiſſimum illud praeconium: *Juſte judicate filii hominum; & diligite juſtitiam, qui judicatis terram*. Cum benignitate cunctos audiant proclamantes. Ceſſet acceptio perſonarum. In judiciis trutinandis venalitatem effugiant. Nullo pretio vel munere depraventur. Nec gratiâ aut ſorde ſint auſi perperam judicare, ut legalem effugiant ultionem. Sed de vultu, qui omnia conſpicit, judicium prodeat eorumdem, & oculi ſui videant aequitatem, non declinantes omnino ad dexteram vel ad ſiniſtram, ſed ita magnum judicantes ut & parvum; quos, ut irreprehenſibiles fiant, curam in judicando habere conſpicuam, & formidare, ſi comperti fuerint aliquando transgreſſores, ne cum aeſtimatione diſpendii ab Officiis abſcindantur.

## C A P. V I I I.

*De providentia ſuper redditibus.*

Res Communitatum ſemper ſegniter congregantur, & prodigaliter diſperguntur. Quare Rectores Locorum eſſe convenit diligentes in requirendis & exigendis redditibus & proventibus ſingulis Terrarum, quas regunt; & circa ea tanto ſtudioſius debent intendere, quanto propenſius conſpicere, quae per Communia quaſi generaliter negliguntur. Ordinent itaque curioſos Quaeſtores, qui omni ſtudio inveniant & perquirant quoſque redditus ſua debet habere Communitas, & exactos reponant ſub ficâ cuſtodiâ conſuetâ ſervare quaeſita, & quae Communitati ſuae fideliter theſaurizet.

## C A P. I X.

*De Expenſis communibus.*

Si neceſſarii quandoque ſumtus occurrant, illos faciat generali deliberante Conſilio, ne fortè quum expenſarum ratio poſtulata reddetur, reprehenſione poſſit, una cum diſpenſato-

ſatoribus notari condigna, quod tales ſumtus ſint eis ignorantibus in tanta quantitate profuſi, quos non praemoniti facere tentaſſent, ſi in tam gravi magnitudine ſtipendium excreſcere cognoviſſent.

## C A P. X.

*De requirenda ſaepe ratione ab Officialibus.*

Requirantur prius & praemoneantur tam Cives, quàm ceteri de territorio Civitatis per Praecones & Nuntios, ut tali die in loco conſueto conveniant audituri, quae publice proponentur eiſdem.

## C A P. XI.

*De prima concione circa principium dominatus.*

Rogo & mando, audientiam mihi praeſtari benignam, & ut Regem Regum a quo cuncta procedunt, unanimiter exoremus, ut haec convocatio fiat ad honorem glorioſiſſimae Majeſtatis ejuſdem, & Sereniſſimi Domini noſtri Imperatoris Auguſti, & ad proſpera commoda Communitatis iſtius, & jucundum ſtatum ſuorum omnium amicorum. Cauſa propoſiti mei, propter quod vos hodie aggregari mandavimus, verſatur ſpecialiter circa tria. Primum eſt, quod vos cupio affectuoſis ſuadere conatibus, ut amicitias, quas habetis in provincia ſpeciales, *taliter & taliter &c.* conſervare velitis, qui (*). Et ideo, Domine Poteſtas, audacter poſſum dicere coram Sapientibus iſtis & Auditoribus cunctis, quod vos eſtis homo cariſſimus, magnis virtutibus
A inſignitus, nobilitate clarus, ſapientiâ decoratus, largitate probus, facultatibus praeabundans, facundus, & aptus ad omnia virtutum genera, quibus inter gentes divina pariter & humana gratia promeretur nec poſſet de vobis tantam commendationem veraciter os loquentis exprimere quantam in vobis tota provincia recogno-
B ſcit. Et ſic omittam, quae non creſcerent undique jam completa. Magnificentiam Communitatis iſtius quilibet pertimeſcit attingere, quoniam odoris ſui copia, qua redolet in nationibus per opera gratioſa, quorum nullus eſt finis, reddit inopem commendantem, pavidumque, a quo gradu incipiat, & in quem praetermiſ-
C ſum maioribus finiat ſermo ſuus. Et ideo ſufficiens eſt laus iſta, quod nullus hanc Terram magnificam ſufficiat collaudare. Revertar ad materiam, pro qua venimus Dominus N. Socius meus, & ego cum eo: vir egregius, & omni probitate conſpicuus, quo nullus in Terra noſtra ſublimior, & parilitate pauciſſimi
D reperientur aequales. Et afferimus vobis pro Communitate noſtra ſalutem, quam vobis tribuat Jeſus Chriſtus, qui eſt diſpenſator ipſius, ad omnia vota veſtra gratiſſima, cum vitae gaudiis utriuſque. Quum Terra noſtra conſpicit, quantâ prudentiâ, fide, & cuſtodiâ vivitur in hoc aevo, affectat magnanimiter & proponit quan-
E tum vobis placeat hîc ubique terrarum circa mercimonia & ſecularia cuncta negotia conſervationem habere vobiſcum, aditum ſecurum deprecans & receſſum. Et ne ſcrupulus aliquis poſſet oriri, per quem converſatio ullo tempore turbaretur, alter pro altero de cetero non exigant, ſed ſolus debitor impetatur. Quaecumque in-

(*) Heic plura certe deſunt in Codice.

inſuper poſſent hinc inde tractari ſubtiliter, utrique Communitati fructifera, quae ſtrictius utrorumque animos alligarent, veſtrum ſit oſtendere, & noſtrum perpeti curâ perficere, ſicut umquam pro emolumento communi videbitur convenire. Quae autem utilitas proveniat ex praemiſſis, ſi ſortiatur effectum, manifeſte perpendent, qui fortitudinem, potentiam, & ſtatum proſperum utriuſque viderint geminare. Ille enim, qui eſt principium & finis omnium gratiarum ſuper iis, quae breviter praelibavi, ſuam effundat gratiam & vigorem, ac pro honore utriuſque Terrae tribuat complementum, ut ſemper ſimus unanimes ad noſtra commoda communiter promovenda, & obſequium ejus ſanctiſſimi nominis glorioſi.

*De eodem per ſecundum Socium.*

Civitas illa commendari poteſt ordinata juſtitiae, quae tam praeclaros habet Populum & Milites habitantes, ſicut habet haec Civitas benedicta, pretioſis moribus inſignitos, & ad omnia & ſingula naturaliter eruditos, quae Terrae ſuae redundare queant ad gloriam & honorem. Multum confortat animum meum ad proponendum coram vobis ſecure auditus ille pacificus, quem benivolâ patientiâ dependiſtis Domino N. Socio meo, viro prudentiſſimo, quo potentiâ, naturâ, & moribus ſpecioſis nullus in Civitate noſtra praeſtantior invenitur: cujus eloquentia non ſolùm ſe ipſum, ſed etiam condignanter Poteſtatem, Conſilium, & Populum univerſum hujus nobiliſſimae Civitatis laudibus veraciſſimis commendavit: quae commendatio convenientiâ & approbatâ fictione tamquam a me quaſi iterum repetita & roborata credatur, quum inſufficientia ſenſus mei, quae omiſſa fuerunt, non eſſet apta ſupplere decenter, propter infinitatem longiſſimam laudatorum. Ipſe verò, ſicut facere ſaepe ſolent viri periti, non tangendo medullam negotii, ſub quodam velamine pertractati ſunt, exſpectans fortè veſtram detegere voluntatem, antequam intentionis veſtrae ſecreta relevaret omnino, vel quod verius eſſe credo, mihi reſervare curavit, ut exinde ſumerem materiam..... meae. Ecce enim legationis noſtrae cauſa praecipua. Miſſi ſumus, ut depoſcamus amicitiae junctionem inter nos invicem indiſſolubili foederis vinculo colligandae. Hoc Sapientes non poterunt inverecunde negare. Nihil enim peti poteſt amicitiâ dulcius, nihilque beatius ipsâ praeſtari. Ex ea namque communiter amantibus innumerabilia bona proveniunt. Suadent nobis modernis Sapientes antiqui, ut ipſam rebus omnibus anteponamus humanis: afferentes nihil eſſe tam aptum naturae, tamque conveniens ad res proſperas, vel adverſas. Sed perſpicaciter videamus, qualiter ad res proſperas, & qualiter ad adverſas.

In primis quis poteſt eſſe mortalis in hoc Mundo, qui non in amici mutuâ benivolentiâ conquieſcat? Quid hoc dulcius, quàm aliquem habere praecipuum, cui loqui audeat omnia tamquam cum ſe ipſo ſecuriter? Quis tantus fructus in proſperis rebus, niſi haberes, qui illis aeque tecum ipſe gauderet? Maximas commoditates amicitia continet, & opportunitates tantas, quantas nullus ſermo poſſet exprimere. Quocumque vadis, te ſequitur, & eſt praeſto. Nullo loco excluditur. Numquam intempeſtiva: numquam moleſta comperi-

peritur. Res tibi ſecundas facit magis ſplendidiores & gratas. Quum pariter ambo congaudetis eiſdem. Adverſas verò ferre tibi difficilius videretur, ſi non inveniſſes amicum, qui illas gravius ferret, quàm tuus animus toleraret. Quum res adverſas compatienti communicamus amico, communio illa efficit leviores, & conſolatio amici fideliſſimi debilitari non patitur animum patientis: verùm amicum egentem ac imbecillem abundanter ſuſtinet & confortat. Talis enim amicitia totis viribus eſt petenda, & obſequiis amicabilibus ampleƈtenda. Vultis apertiùs intelligere quanta ſit utilitas verae amicitiae atque perfeƈtae? Utamur diƈtis Tullii Philoſophi glorioſi, qui ait: *Si exemerint homines de rerum natura benevolentiae junƈtionem, nec domus ulla, nec urbs ſtare poterit, nec ager quidem cultus permanebit. Quae enim domus tam ſtabilis, tamque firma Civitas eſt in Orbe, quae non ex diſſenſionibus, atque diſcordiis poſſit everti, niſi amicorum virtutibus defendatur?* Ex hoc ſolùm quantum boni ſit in amicitia, poteſt probabiliter judicari. Sed quoniam res humanae fragiles, atque caducae dicuntur, ſemper ſunt aliqui acquirendi, quos vere diligamus, & a quibus iidem diligamur. Habemus enim, ut noſtis, vicinos perfidos & auſteros, qui non verentur propter imminentem, quam credunt habere, potentiam, velle ſe nedum inferioribus, ſed etiam paribus dominari. Non eſt urbanum dicere, nec veſtra vellet fortè ſuſtinere benignitas, quae poſſent de ipſorum ſuperbia recenſeri. Scitur enim publice, qualiter frequenter fremunt in alios, & confuſioni invigilant ſaepiſſime vicinorum; qui ſi fortitudinem, Domino conſulente, invenirent, congregatione ex multis, & brachio rebellis furor compeſceretur ipſorum, & eriperetur provincia ab oppreſſionibus eorum iniquis, ad quam plurimi deſideranter anhelant. Niſi velitis intendere conjurationi, quam vobis offerimus, contrahendae, per quam fortitudo noſtra non ſolùm parificabit adverſis, verùm etiam efficiet fortiores. Attendat ad ultimum prudentia veſtra, ne requiſiti, ſicut jam multi fecere, decepti, acceptare dignemini, quae offeruntur, reputantes ob id hos, qui conferunt, viliores. Multa namque aliquando recuſantur, quae poſtmodum affeƈtata non ſortiuntur effeƈtum. Satis, ut mihi videtur, praeſentem materiam perſequutus, & fortè nimium protelata cum ſint haec omnia, vobis notiora prae ceteris, veſtrae deliberationi relinquo, & omnipotentem Deum deprecor, cujus gratiâ cunƈta bona perfeƈtum recipiunt incrementum, ut ſenſum veſtrum dirigat ad ea ſolùm, quae nobis & vobis in hoc caſu potiora cognoſcit.

(*) *De reſponſione Reƈtoris Terrae ſuper hoc requiſitae.*

Lingua Sapientum ornat ſcientiam, velut pretioſae veſtes indutae formam exornant humanam; quantumcumque primitus ſpecioſam reddunt magis acceptam quibuslibet inſpeƈturis per prolationem veſtram dulciſſimam & ornatum verborum ordinatiſſime porreƈtorum, ut ſingula teneant locum quaeque ſortita decenter, eminentiſſimam in vobis foris ſapientiam oſtendiſtis. Unde tam patriam,



(*) Capitula, quae ſequuntur, ſpeƈtare puto ad Tertiam & Quartam Opuſculi hujus Diviſionem. Nulla ambarum Synopſis in MSto apparet.

patriam, quae ſplendidiſſima eſt inter alias, quàm vos ipſos, conſanguineos pariter & amicos vehementiſſime decoraſtis. Nec mirum, quoniam ſapientiâ, nobilitate, moribus, & eloquentiâ prae ceteris conterraneis refulgetis, & laudis veſtrae praeconia ſunt in omne aevum ſplendide duratura. Gratiſſimum ſalutationis alloquium per vos pretioſos Ambaxiatores & Cives nobis veſtra Communitas amantiſſima deſtinavit: quam ſalvet, protegat, & ſublimet in omni genere gratiarum Jeſus Salvator, qui eam generoſam omni virtutum genere procreavit. Propoſuiſtis inſuper urbanitate conſpicuâ, quod Terra veſtra deſiderat, mercimoniis & ſecularibus negotiis cum noſtratibus implicari, & depoſcit tantae benivolentiae junctionem, ut ambarum ſit unita pluralitas, per conjunctionis foedera colligata, & iſtud Sapientes dicerent, evitare non poterunt, quum ex amicitiâ innumerabilia bona proveniunt & commoditates & opportunitates tantae, & in proſperis & in adverſis, & in defenſionibus & expugnationibus opponendis, quantas nequiret Orator explicare facundus. Admonuiſtis praeterea, ne amicitia paenes nos vileſcat oblata, quod amantiſſimum reputamus: & ex eo perpendimus, quod ex motu proprio animi & amoris cupitis nos eſſe ſenſatos ad praemeditandum ſubtiliter, quid in inopinatis caſibus eligere debeamus. Et in hoc eligimus & reſpondemus audacter, quod tanto carior nobis exiſtit haec amicitia ſic porrecta, quanto apud quemcumque prudentem

„ Gratius eſt donum, quod venit
ante preces.

Virtutes ipſius in veſtris praenotatas eloquiis mente tenus perſcrutamur, & A effectus ſuos opinamur fore venturos, ſicut umquam veſtra prudentia declaravit; quia ſi magnitudo benivolentiae veſtrae huic, vel alteri Communitati ſtabilitate fidiſſima jungeretur, tanta eſt fortitudo ejuſdem, & creſceret ex adjuncto, quod non formidaret adverſos, ſed potius formidaretur ab ipſis, & ſic firmata conjunctio ſuis juribus viriliter potiretur. B

Sed quoniam in dictis veſtris ſaepius feciſtis de amicitia mentionem, rogo ut gratanter & non moleſte feratis, ſi quid addendum putavero. Haec profectò ſubtili ſtudio quaerit animos ſimul invenire, quos ſimul applicet & adjungat, quia nulla res eſt, quae tam alliciat & attrahat ad C amicitiam, quàm grata ſimilitudo. Ipſa namque pariter & fides ſunt firmamentum conſtantiae & ſtabilitatis ipſius: quoniam nihil eſt ſtabile, quod infidum; & qui multiplex habet ingenium & tortuoſum, nec fidele nec ſtabile eſſe poteſt. Non de vulgari vel de mediocri amicitia, quae quamvis delectet ad tempus & D proſit, eſt tamen inſtabilis; ſed de vera & perfecta vos alloquor, in qua nobis fictum nihil eſt ſimulatum: & quidquid eſt idem unum & voluntarium, & ita commiſcet animos plurimorum, ut ex pluribus paene unum efficiat. Talem amicitiam eſt haec Civitas conſueta praeſtare his, quas ſibi vinculo ſocietatis & beni- E volentiâ unitatis aſſociat. Et deinde de Civitate veſtra ſpero pro firmo contingere, ut inter tales fidiſſima amicitia rectiſſime copuletur. Verùm hujuſmodi conjurationes, quas aliquando volunt facere aliquae Communitates ad invicem, habent certos modos ſuos articulis multis implicitos, ut ſaepiſſime ſum expertus. In quibus ſigillatim ordinandis & ponen-

nendis neceſſarie habent deliberare, A & diligenter attendere quidam ex partibus Sapientes electi, prout ordinandorum forma requirit. Unde ſi vobis videbitur, haec eſt via, ut huic materiae ſuperſedeamus ad praeſens, & reſtringamus nos cum paucis idoneis in ſecretiori tractatu. Et ibi taliter provideri poterit, quod utraque Communitas ſucceſſus ſortietur, ope- B rante Domino, proſperos, & ſalutem. Vel ſi Poteſtas Communitatis requiſitae perpenderit, & aliter fore concludendum putaverit, ſecundùm temporum qualitates, ſicut vir ſapiens & diſcretus, quod utilius ſenſerit, eligat & ſequatur. Sed utinam patria mea cauta ſemper exiſtat in talibus Societatibus contrahendis, quoniam C pluries gravibus damnis, laboribus, & expenſis immenſis fructus uberes non reſpondent. Scio tamen, quod Conſiliarii Civitatum multum diverſificant, quum ſibi talia proponuntur, aliis approbantibus, aliis reprobantibus conjurationes hujuſmodi: ſed vota hominum prona ſunt ad diſſentiendum.

*De quibuſdam Conſiliariis, qui appetunt hanc contentionem.*

TRiplex conſideratio eſt attendenda circa Conſiliarios eligendos, ut qui de multis eligitur, cognoſcens, ingenioſus, & gratioſus propenſius eligatur. Cognoſcentem oportet eſſe, E qui conſulit, ut quae ipſe vel alii dixerint, unde, & quem motum habeant, & quis poterit eſſe finis, prudenter, quantùm humana natura permiſerit, intelligat & cognoſcat; nam ſine intellectu diffuſa per quoſlibet facile negliguntur. Ingenioſum, ut ſubtilitate ſui ingenii inter dubia & obſcura diſcutiat, & excogitata ratione dijudicet, ut capacitate ſui, quod honeſtius, quod fuerit utilius capiatur. Gratioſum eſſe oportet, ut gratia Creatoris, quem nullum latet ſecretum, inſpiratione ſuâ revelet eidem, quod Communitati ſuae poſſit eſſe ſalubrius. Item ut ſibi conſulenti diligens audientia praebeatur, & ſi meliora dixerit, ſine haeſitatione credantur. Si haec noſtra Communitas tales hodie Conſultores habuerit, procul dubio de propoſitis meliora ſumentur circa quae propoſita cujuſque conſulentis animus, ut conſilium praeſtet uberius, ſi gliſcit prudentum amplecti doctrinas, tribus temporibus diſpenſetur, praeterita recordetur, praeſentia ordinet, futura caute provideat. Nam qui nihil de praeteritis cogitat, oblivioſus cenſetur & fatuus. Qui praeſentia non diſponit, inordinatam dicitur ducere vitam. Qui nil de futuris praemeditatur, *in omnia incidit incautus*, ut bene moratus Seneca refert. Propono igitur in animo meo coram vobis de praeteritis referre pauciſſima. Scitis enim D quod Argolici Duces & Proceres, ineffabili multitudine congregata gentium diverſarum Trojam, urbem nobiliſſimam obſederunt, & telis inſtructâ cruentis multitudine nimiâ pugnante, ipſa dirupta Troja jacet; & hoſtium aratro inducta deſiit * eſſet Carthago.

*Cur refero Thebas, & mutua vulnera fratrum?*

Et quae propter multitudines praevalentes concidere munitiſſimae Civitates? cur Romanas Hiſtorias? nonne Urbs illa, domina gentium, plena quaſi ſine numero multitudine bellicoſâ, legionibus, & cohortibus a ſe miſſis, cunctas Romano ſubjugavit imperio? quis fecit haec omnia?

nia? An Alexander totius malleus Orbis? non utique, ſed ſolâ vis major, cui minor acies reſiſtere ſuperata nequit. Heic competenter adaptatur proverbium ruſticanum, quo dicitur: *Inter unum & duos noxia pugna fuit*. His & aliis plurimis, quae ſimilitudinarie poſſent rationibus asſignari, puritate fidei & diligenti circumſpectione motus, breviter conſulo, quoniam tam fructuoſum munus, quod nobis offertur, verbis non indiget inductivis, ut Societatem hujus potentiſſimae Civitatis, quam nobis foederaliter adjungi depoſcimus, ineamus animo gratulanti, articulis conjurationis, abundantique cautelâ nobis ſagaciter primitus ordinatis. Et ſic erunt praeſentia bene diſpoſita, & futura providâ meditatione proviſa. Supplico ad ultimum altiſſimo Creatori, a quo cuncta bona procedunt, ut alliget mentes noſtras ad ea ſolùm, quae meliora nobis & utiliora fore ſolus ipſe cognoſcit.

*De aliis, qui differendo recuſant.*

Ponderet unuſquiſque ſermones ſuos. Tempore enim indigemus, ut aliquid maturius agamus, ne praecipitemus conſilia noſtra & opera. Et non ſolùm ponderare, verùm etiam & limare conſilia jam petita monemur, antequam deducantur ad linguam, ne ſubitò prolabamur in ſententias celeri feſtinatione nocivas. Prudentis enim eſt examinare conſilia, & non facile diffinire de dubiis, ſed ſuſpenſam tenere ſententiam, donec exquiſitâ ratione quid ſit agendum, vel minime, conferendo veritas inquiratur. Et hic eſt ordo Conſilii. Nam Conſilium nihil aliud eſt, quàm aliquid faciendi, vel non faciendi, verè excogitata ratio. Conferamus igitur inter nos ſuper praemiſſo negotio, quid agere debeamus. Ecce enim qui ante me dixerunt, niſi ſunt oſtendere magnas commoditates & opportunitates tantas, quantas ſermo nullus poſſet exprimere, quae ex conjurationibus ſaepe proveniunt, & amicitiis praetaxatis: gaudium videlicet magnum in proſperis, & in adverſis ſolatium opportunum; fortitudo & potentia grandis promittitur ex adjunctione vicini, & fiet utique. Sed nonne aemuli noſtri hoc idem facere poterunt, & ex adjunctione fieri majores? Quum aliena vita aliis poſſit eſſe magiſtra; & ſic artes noſtras arte conſilii deludere poterunt, utique non obſtemus experti. Non ergo eſt iſtud promiſſum parilitatis perfectae remedium, ſed eſt longe validius expetendum. Praeterea ſi conjurationem inierimus ullam, magnam incurrimus ſervitutem: nam quum multum conflictum, ſtrages, & vulnera, & guerram longe productam voluerimus, pacem non permittemur ſine conſenſu conjuratorum habere. Item ſi poſt nactam fortè quietem intenderimus reparationi damnorum & diſpendii, quae ſemper pariunt diſſenſiones & guerrae: & ſubitò vel Socii noſtri movebunt, vel guerra moveatur eiſdem, oportebit nos arma reſumere feſtinanter; & tunc quum irremiſſus labor erit in damno, quod frequenter guerrae parturiunt, periculoſa creſcet egeſtas, & multi ex noſtris debiles toleratae guerrae ſumtus & diſpendia diſpergentur. Unde, dilectiſſimi, redeamus ad ea, quae in primordio dicti mei, quum ſurrexi, propoſui. Tempore videlicet indigemus, quo maturius deliberemus & cautius, ne praefeſtinati praecipitemur in eum laqueum, quem

quem forte diſſolvere, quando opus fuerit, nequiverimus inconſulte ligati. Verùm conſulo & rogo ut amicabilem valde tractatum habeamus cum Ambaxiatoribus iſtis, dando ſibi plenam fiduciam perficiendi, quae poſtulant, animo diligenti. Sed ut praeveniamus nos, & nos non primitus praeveniamur a noſtris ſagaciſſimis aemulis, qui quotidie non ceſſant inſidias ponere convicinis, viciſſim properemus, nos in partibus noſtris, & ipſi pariter in ſuis feſtinatione celeri conjunctionem iſtam accreſcere cum ſecreti tamen victoria cautione per tales & tales, & alios quoſcumque poterimus competentes: & inquiſitores poſtmodum congruo tempore ſimul conveniant in ſecreto collaturi. Et quum viderint congruentius concedere Conſiliarios Terrae ſuae, quique certificent, ut deliberetur utrimque, quid ſuper intentis expediat ab utriſque. Et ſic annuente Eo, qui genus ſecum univit humanum, gradatim opus perficient optatum. Ille verò, qui illuminavit abſcondita tenebrarum, & revelavit conſilia potiora, adaperiat nobis rectitudinis viam, qua in hoc dubio, & multis aliis, quae ſaepe nobis inopinata concurrunt, ad melioris, & ſanioris partis gaudia gradiamur. Judicio meo ſi tanta eſſet virtus & multitudo conjurandorum, ut cum ipſis poſſemus quaſi parificari rebellibus in..... aliter ſubſiſto.

### *De naufragium paſſis, & ſpoliis eorumdem.*

Miſeremini. Venimus non allaturi ſalutem, qua nos & tota patria noſtra caret. Singultus & lacrymae genas madentes & ora noſtra triſtes praepediunt, naufragium

A promere noſtrum. Sed pietas veſtra, quod nequit exprimere lingua, penſet, obrutas inſanis eſſe carinas aquis. Devotio pia, Terrae Sanctae ſuccurrere volentes, accinxerat armis Milites quingentos & ultra, totidemque Plebejos: quos ardua puppis educta navalibus undis ordinibus geminis accepit in ſedibus aptos. At
B juvenes remigare ſueti ſubito reducunt ad fortia pectora remos, & currens ſaltu veloci ſecabat aequora navis. Quum fere per menſem navigaſſemus aurâ felici, jam mare ſub nocte quadam tumidius albeſcere coepit, & ventus ſpirare validius quàm fecerit umquam. Tunc nauta voce ſonora clamat: *Velum deponite totum*. Sed
C adverſae procellae & fragor aequoris alti remigantium impediebant aures, & nullus patebat auditus. Sponte tamen noſtra properavimus omnes, alii ventis vela negare, alii ſubducere remos. Creſcit in immenſum Eurus, & ex omni parte carinae bella gerunt venti feroces, & aquae ſonant clamore. Viri currunt defen-
D dere puppim. Ut Miles egregius accenſus laudis amore expugnatae Urbis murum occupat unus, aliis fodientibus extra, aliis trepidantibus intus: ſed ſuperavit reſolutis nubibus imber virorum vires. Viſum eſt in fretum totum deſcendere coelum. Et aequore miſcebantur aquae cum coeleſtibus undis. Nox coeca tene-
E bris patebat lumine coelum, ni quod plerumque praebebanr fulmina lumen. Dant ſaltus fluctus in concava tecta carinae. Deficit auxilium, animique fortia cadunt. Stupent tunc Magiſtri, fatentes in tanta mole mali ſe neſcire ferre juvamen carinae fragili. Arbor rumpitur ex toto regimen, & fluctus procellarum mergunt in mare ratem, cum qua pars magna

gna virorum fato eſt functa ſuo gurgite preſſa profundo. Evaſimus ter deni fortunâ praebente regreſſum. Qui dum ſtaremus in litore feſſi admirantes cadavera mortuorum, quae expuit unda foras, incidimus in latrones, quos poſtmodum didicimus veſtros fuiſſe Cives, qui diripuerunt gazas & ſpolia cuncta: & quod horribilius eſſe videtur, plagas impoſuere defunctis innumeras, credentes quod viverent, quum ſpoliabant eoſdem. Pro dolor! avarior fuit homo undâ. Evomuit illa. Dilaniavit homo. Quare nos devii triſteſque gementes ſecuti ſumus quae rapuere fures: & deprecamur Poteſtatem hujus floridae Civitatis, ut prave direpta reſtituantur in totum reddenda per nos quaſi mortis inſignia ſuis non ſpectaturis ultra intumulata cadavera ſtantium in litore maris, eſca relicta feris. Nec proſit exceptio, quin ſimus qui petere poſſint, quos nova Conſtitutio juvat. Vidimus heic fures, qui in nos quaſi proverbialiter verſificantes invectivantur, non profuturis litora bobus aratris.

*De excuſatione, & promiſſione ſervitii.*

INopinata & diſtincta in partibus iſtis querela celeriter impulit aures noſtras, & res reddit unanimiter condolentes de naufragio, quod tam nefando de relatione veſtra nuper audivimus in aequore contigiſſe. O magna facilitas hominis non titubantis ſe totum potius committere ventis! Audacia nulla fuit ſimilis illi, qui ligneis primitus ſecuit aequora remis, & inter lethum & vitam poſuit non medium ſolum concavum inſtabile navigium. Poterat iſte lata terreri triſtis imagine Ponti, & trepidare ventos, quos reor valde timendos; A qui poſtquam evolant emiſſi latebrarum carceribus, ubi tenentur incluſi, mare tanta qua & coeli nubila vexant, cunctis negantes parcere rebus. Sed fortè divina Majeſtas hoc voluit, ut limina ſancta Sepulcri per mare per terras viſitent devoti Chriſto fideles, qui poteſt imperare ventis & aquis, fretumque navigantibus B praeſtare quietum. Quod utinam praebuiſſet illis agminibus ſanctis, quae noviter periere mari, jacentque in litore turpiter denudata per quoſdam, quos juriſdictioni noſtrae ſubjectos eſſe proponitis, & aſſeritis firmiter eſſe verum. Quod ullatenus credere non valemus: quoniam Civitas iſta tales tolerare nequiret. Uno ſuſpenC deret in patibulo, ſi quos inveniret, tam dira perpetrare delicta, quin & leviora. Verùm, ut reſponſum congruum accipiatis, ſic breviter haec concludo: quod Conſiliariis omnino dimiſſis, quos non eſt neceſſe fatigare (omitto enim quod ſuper iis feſtinari deſiderent) & remanebitis mecum, & cum noſtris Officialibus in D ſecreto ſagaciterque inquiremus, & quantumcumque poterimus cautius, ſi quae de illis ſpoliatoribus peſſimis poterunt inveniri, ut direpta reſtituant, & poenas luant, quas tanta decenter requirit offenſa. Deſideramus inſuper calamitates & afflictiones veſtras, quibus triſte compatimur, affectuoſe minuere, & ſolatium qualeE cumque poſſumus, gratioſius impertiri.

*De rapinis & debitis inique detentis.*

SEcuturus veſtigia, quae magni nominis & excelſae famae Sapientes ubique fere terrarum in proteſtationibus ſuis frequenter attendunt, laudum praeconia Poteſtatis, & hujus

jus ſpecioſi Conſilii Generalis omittam. Nam quantumcumque prudentiores exiſtant, tanto facilius profitentur, ſe ſufficientem non habere ſcientiam ad proferendas laudes, quibus promerentur magnificari laudandi. Verumtamen ſatis in brevi videtur laudaſſe publice faſſus ſe ſe non eſſe dignum tantam deferre molem, pro ut ego, cui curialitas veſtra parcat tamquam inſufficienti, maxime quum non expediat, me laudes exſolvere veſtras. Ni ſicut expedit oſtendere digito Solem, & quia gaudent brevitate noſtri temporis auditores. Iis exploſis expedite decurro ad ea narranda, quae Poteſtas & Communitas noſtra in conſpectu veſtro ſeriatim proponenda mandavit. Salutat primitus & exoptat, vos ſemper & ubique ſalvari in cunctis proſperitatibus, & gratis ſolatiis gaudiorum. Adjicit conſequenter, quod iis diebus proximis ſibi gravamina maxima ſunt illata; unde non modicum admiratur, neſciens cogitare cauſam, ex qua tantam & tam deformem patiatur offenſam. Nam quidam Cives veſtri in ſilentio noctis non quaſi hoſtiliter, ſed furtive ingreſſi paſcua noſtra, omnes oves, & ut dicam, pecora campi rapide adduxerunt, & paſtores plagis impoſitis in paſcuis dimiſere ligatos. Quod tanto moleſtius eſt ferendum, quanto fiducialiter ſperabamus non offendi, ſed defendi potius tamquam ea, quae hucuſque poteratis quaſi propria reputare. Occurrit alia cauſa dicendi, quam decet prudentiam veſtram abſque morae diſpendio efficaciter exaudire. Ecce conſuetudo reperitur antiqua, quod Cives veſtri pariter & noſtri, quoties opportunitas exigit, ſe multum exhibent invicem libera-

A les tam in creditis faciendis, quum ſimul mercantur & diſtrahunt, quàm aliis in mutuis contrahendis. Sed multi ex veſtris, quos ad ſolutionem ſuo tempore faciendam interpellare deberet ſola liberalitas Creditorum, inurbane ceſſant exſolvere quod debent, & vos ipſi ſaepius requiſiti negligitis ſibi juſtitiam exhibere, qua-
B re videmini litem facere veſtram, & dare materiam impetendi in quocumque quum vel judicare negligitis quod a veſtris improbe factum ſubditis, vel reddere quod per injurias eſt detentum. Et haec etiam uſus approbat diutius jam obtentus. Unde noſtra Poteſtas interpellat aſſidue, praebere licentiam recolligendi, ne
C videatur ſine ſpe rehabendi deperdita, quae tempore tam longe decurſo tardantur exſolvi. Quare in utroque caſu tam doloſae rapinae, quàm nimis moratae ſolutionis, diſcretio veſtra, quae valde diligere juſtitiam commendatur. . . . . . . . . . . . . .

(*) . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

D ad mandatum noſtrae Serenitatis Populus univerſus proſtratus, ut profert, & ſtetit, quaeque de iis, quae geſſerunt contra decus Imperii ante noſtrum rationem reddituri tribunal. Et examinatione factâ condignâ tunc vos opera veſtra ſequentur, & retribuetur vobis, prout inventi fueritis eſſe digni. Et ſic erit, ut ſupplica-
E ſtis, veſtra par poena delicto, ut forte melior, ſi hoc honor Imperii non negabit, & exemplum pernicioſum non relinquatur in poſteros.

*De reſponſione facta eiſdem ab alio mandato Imperatoris.*

ET ſi dedignatur eis reſpondere Imperator, & vult judicium, & non

(*) Heic plura deſiderantur.

& non miſericordiam exercere, reſpondeat aliquis ab eo paratus ſic: Ut reſponſum ſecundùm praecedentia merita veſtra per me congruum accipiatis, mandavit juſtiſſimus Imperator, dicens, vos eſſe repertos in crimine laeſae Majeſtatis apertiſſime commiſiſſe molientes, & arma ſumentes contra Romanum Imperium, hoſteſque ſuos publice juvantes armis, conſilio, & theſauris, & nitentes, utque ſubiecti, & Italia maxime, multis Privilegiis decorati fierent rebelles, ſeditionem & conjurationem facerent facinoroſam contra proſperum ſtatum ſublimis ſuae Majeſtatis. Unde, ſicut ſcire debetis, eſtis morte digni, & bona cujuſque ſunt publicanda Fiſco: & propter ſcelera nefanda parentum filii poenas debent pati graviſſimas, & quia propter tantum ſcelus efficiuntur infames, & quia Lege prohibente nulli ſuccedere poſſunt; & reputabitur eis in praemium, quod poenas non ſubeant capitales. Si vultis igitur, ſicut vos ipſi petiſtis, poenam reportare condignam, veniant univerſi ad preces inclytae Majeſtatis, recepturi, prout Leges ſeculi judicabunt.

## QUINTA DIVISIO.

*De Poteſtate extera mortuo in regimine.* I.
*De Milite indigena mortuo.* II.
*De Populari mortuo.* III.
*De mortuo in partibus remotis.* IV.

## CAP. I.

### *De Poteſtate extera mortuo in regimine.*

VIſitavit nos hodie Dominus viſitatione terribili & amara valde, multipliciter contriſtantes de obitu tam glorioſi Militis, qui Civitatem iſtam recto juſtitiae tramite non declinans ad dexteram vel ſiniſtram feliciter gubernabat. In adventu ſiquidem & principio ſui regiminis haec noſtra Communitas in brevi coepit multimoda proſperitate potiri, confeſtim pravis pacata rumoribus & purgata malis hominibus. Effugêre namque latrones & fures & fractores locorum, raptoreſque rerum, & alii nequiter malignantes abſtinuerunt ab operibus ſuis iniquis. Receptatores talium, ſine quibus ipſi diutius latere non poſſent, exterriti in abditis ſuis eoſdem recipere non audebant. Ipſe ſedens ſuper ſedem judicandi, & in audiendo ſe cunctis facilem praebens, jus omni petenti ſine perſonarum acceptione ſervabat, jus ſuum cuique tribuens, prout poſtulat ordo juris. Cuncta haec Terrae noſtrae, quam regebat, agenda curâ vigili promovebat, & ſtudebat extollere quantumcumque poterat ad ipſius Communitatis commodum & honorem. O utraque Civitas & quae miſit, & quae cum gaudio recepit eumdem, flete triſtes ambae, & deplorate dolentes, tanto Milite deſolatae, qui reddebat utrimque gentibus decoratam aliam natione, & aliam gubernatione laudabili! Cujus modis & moribus alii paterentur informari Rectores. Erat enim pleniſſime Regiminis officio doctus: modos & mores ibi geſtabat, quae conveniunt praeſidenti. Nec mirum. Erat enim nobilitate clarus; etenim nobilitas tam res quàm animum moribus honorat. Scientiâ praeditus, conſilio providus, aetate maturus, diſponens ſingulà, prout loci & temporis qualitas exigebat. Unde immenſiſſime commoti ſumus ad iram & lacrymas de amiſſione tam pretioſi Rectoris. Fecimus, quod noſtrum eſt, & quod nos

nos feciſſe decebat. Sed ſi ſtaremus heic, ſicut modò ſumus morâ longiſſimâ unanimiter congregati omnes, ſine fructu ſedulitas noſtra morandi fructum reverſurum exſpectans, qui hodie nos dimiſit omni tempore doloroſos. Recedat ergo quiſque, quum ſibi placuerit ad propria. Et licèt perſonam amiſerimus jam ſepultam, memoriam tamen viventem retineamus ipſius, quae numquam a mentibus noſtris diſcedat, donec vixerimus ulla vice. Familiam ſuam, quam ſecum habebat bene morigeratam fidam, donec nobiſcum ſteterit, honoremus & in receſſu ſuo ſibi complaceamus, ut decet. Et ſi quando Concives ſui, amici vel proximi, ad partes noſtras advenerint, & ubique reperiemus eoſdem, recipiantur intuitu ſui, & Communitatis ipſius, cum omni honore & gratia, ſicut amici & domini ſpeciales: & quicumque noſtrum plus poterit, & magis opportunus extiterit, exponat ſe ad omnia, quae ſibi cognoverit gratioſa, & ſit tamquam noſtra conſolatio eorum frequentia & honorificentia, quam praeſtare cunctis nos viderimus animo cupienti.

## C A P. I I.

*De Milite indigena & mortuo.*

M*Ilitia eſt vita hominis ſuper terram.* Quiſquis vult ſubtiliter intueri, poterit incunctanter attendere, verbum iſtud eſſe verum, ſcilicet quod vita hominis eſt militia ſuper terram. Ipſa enim a ſecularibus, qui eam primitus invenerunt, his armata fuit aculeis, cuſtodiâ videlicet & pugnâ, atque victoriâ. Cuſtodiâ, ut ſagaciter ab inſidiis cuſtodiret: pugnâ & victoriâ, ut triumpharet in hoſtes. Hoſtes vitae hominis inter multiplices alios, qui inceſſanter inſidiantur eidem, ſunt praecipue ſuperbia, inanis gloria, avaritia, & invidia. Iſta crudeliſſima vitia inſidiantur vitae hominis, ut ad ſe attrahant ut capiant, perſequuntur ut perimant. Cum iſtis pugnavit viriliter, donec vixit, hic fortis Athleta, cujus memoriam modò facimus cum triſtitia & dolore. Si enim ſuperbia inſtigabat eumdem, dicens: *multos vite deſpicere potes, multis temetipſum ſuperiorem oſtendere, quum habeas paucos vel nullos aequales verbo, ſcientiâ, divitiis, & honore*, hanc expugnabat humilitate benignâ, cogitans in corde ſuo, quanto homo melior eſt, tanto debet ſe in omnibus humiliare devotius. Si inanis gloria, ut opera, quae faceret, laude digna fierent in publico, ut extolleretur & laudaretur a cunctis, erat in animo ſuo occultandi voluntas, ne de oſtenſione inſurgeret maligna temeritas. Dicitur enim de hypocrytis: *Opera ſua in aperto faciunt, ut ab hominibus glorificentur in eis.* Si avaritia, ut congregaret, undecumque poſſet, & multiplicaret, ne egeret in poſterum, ſed ſplendide, quando vellet, vivere poſſet, reſiſtebat in mente dicens: *quanto quiſque amplius habere coepit, tanto plus egebit; tamquam egenus malo quietè modico contentus exiſtere, quàm inſatiabilis inveniri.* Si invidia, dicens: *dolere debes, ſi quis Civis temeritate ſua ſe facere tibi credat aequalem*, hanc iſta ratione vincebat: *qui alios virtutibus antecellit, tutius in loco infimo quàm in ſummo ſemetipſum conſervat. Semper enim pejor fit & gravior de alto ruina.* Dixi virtutes animi, quibus praetaxatae vitae peſſima ſuperavit. Ecce virtutes corporis, quibus inter homines coha-

cohabitando reſulſit. Fuit enim nobilitate clarus, armis probus, voce facundus, manu largus, fide pudicus. Haec geminavit cum nobilitate genus, & fuit ſplendor gloriae domus ſuae. Facta amicorum rogatus, & ultroneus fideliter geſſit ut propria, intentus cunctis eorum profectibus, ne rebus flecterentur adverſis, ſed propriis extollerentur in altum. Ardua Communitatis ſuae conſilio ſaniori promovit & opere, & ubi nimis difficilia germinabant, ad exitus pronos & faciles eâ providentiâ qua poterat, reducere properavit, affectans, patriam ſuam habere ſtatum proſperum & jucundum, ut augmentaretur perſonis, facultatibus & honore, ad quae ſine quiete pacifica non facile pervenitur. Si vellem inſiſtere ſingulis laudibus, quibus poſſet meritò commendari, jam nimis veſtram audientiam fatigarem, ſciens vos gravi moerore depreſſos propter mortem hujus Militis gratioſi, quia a noſtra participatione ſubreptus eſt hodie, viam univerſae carnis ingreſſus, & a ſeculo migravit ad Dominum. Verumtamen debet nos ab iſto relevare dolore communis noſtra conditio, quia cinis eſſe dicimur, & in cinerem convertemur: imitaturi antiquorum noſtrorum parentum tam veſtigia, quàm ſepulcra. Et erimus quandoque quod hic eſt, ſi tali neceſſitate tranſimus, ſicut manifeſto viſu quotidie fieri videmus, & certi ſumus, nos mori debere, quia diſpoſitione divinâ ſubiere aliis praecedentibus, & aliis ſequentibus praecedentes, & ſic erit uſque ad ultimum. Non debemus nimiâ triſtitiâ praegravari, quum iſta non valeamus aliquatenus evitare. Sed oportet nos in patientia ſuſtinere. Quodcumque naſcitur, moritur, & numquam in ſtatu permanet eodem. Omnes mortem quaerimus. Si fugit illa, proſequimur: & quanto plus vivimus, ad ipſam tanto feſtinantius properamus. Recurramus ergo ad mentem rectam, & non addamus damnum damno, & afflictionem afflictis. Non laboremus in eo, in quo poſſumus perdere, & lucrum non invenire. Vivamus. Reconſolemur praeſertim in memoria probitatum ipſius, quae nomen ejus vivere facient in aeternum. Commendata ſint ſpecialiter amicis & proximis ſuae poſteritatis agenda. Et ſicut ipſe frequenter portabat onera propinquorum, ita & ipſi retribuant ſuis, quoties cognoverint expedire. Vos autem, qui veniſtis honorifice ad obſequium ſepulturae, recedetis amodo cum gratiarum actione, quas vobis exſolvunt propinqui pariter & vicini, exponentes ſeſe ad omne ſervitium, quod vobis crederetur opportunum, tamquam dominis & amicis amicabiliter ſervituros.

## CAP. III.

*De Populari mortuo.*

ATtendite omnes patienter & ſinguli meritò collaudandi, qui veniſtis in multitudine copioſa, reddituri huic doloroſo funeri beneficii debitum, quod homo debet homini ſecundùm curſum naturae divinitus ordinatum. Inter plurima namque beneficia, quae vult ipſa natura, ut homo viciſſim conferat ipſi in terra, ſunt conſideranda potiſſima, ſcilicet flere cum flentibus, dolere cum dolentibus, & gaudere pariter cum gaudentibus. Primum inducunt humanitatis pietas & carnalitatis affectus. Secundum amor carorum & patriae, ac

ac mutuae compenſatio ſervitutis. Tertium caritativa dilectio, ut de proſperis & commodis aliorum, ſicut & de propriis invicem gratulemur. In praeſenti myſterio digne ad plorandum nos pietas commovit humana, & ad lamentandum cum defuncti propinquis carnalitatis affectus. Ipſum enim a primordio nativitatis ſuae Creator generis humani edidit gentibus gratioſum. Et quanto excrevit, inter homines placidus converſatus, tanto magis profecit moribus, gratiâ, ſcientiâ, & honore. Cunctis vicinis, amicis ac proximis ſe ſemper exhibuit liberaliter ſerviturum. Nulli nocere, omnibus prodeſſe & complacere donec vixit, ſtudioſius affectavit. Proximitate conjunctis fructus uberrimus, amicis amoenus, & ſolatium dulce vicinis. Dolere ſiquidem de obitu tanti viri unanimiter poſſumus & debemus, tam ratione diſpendii ſingularis, quàm ratione Communitatis & Patriae, cui in conſulendo ſanum conſilium, in praebendo floridum praeſidium, in expendendo largum ſtipendium feſtinanter praebuit, quoties expedire perpendit. Si gravi dolore teneremur, ſi compatimur, quum damna amicorum & noſtra ſentimus, ſolvimus naturae debitum, quod praemiſi. Quis enim tam ferreum pectus habet, cor tamve lapideum, ut gemitus non exprimat, lacrymas non fluenter effundat, quum amici vel proximi interitum intuetur, ut compatienti non compatiatur, & condolenti non condoleat? Ipſe enim Jeſus ſemetipſum turbavit & lacrymas effudit, quum vidit alios circa monumentum Lazari deplorantes. Sed conſiderandum, cariſſimi nobis occurrit, quod fletus, dolor ac gemitus, vota partium, & quidquid pati vel clare vellemus, non reſtituent nobis illum, dulcis memoriae dilectiſſimum noſtrum. Immitiſſima mors, quae nulli parcit omnino, hodie a conſortio noſtro ſubtraxit. Si enim hactenus umquam memorata fuiſſet extitiſſe venalis, redimeremus utique largis opibus gaudium, quod hodie nobis moerori miſcetur. Sed quum non ſit locus niſi conſolationi, ſolummodo commutemus in conſolatione moerorem, ſicut a multis ſapientibus recolitur eſſe factum. Triſtitia namque damnum multiplicat, ipſa dolentis languida membra reddit, infirmitates incurabiles, & oblivionem frequenter inducit, ſenſus hebetat humanos, & virtutes deſtituit omnes, & curam rei familiaris gerere negligit, qui triſtatur. Famuli in moeſtitia deprimuntur, & omne factum videtur quaſi in deſolationem abiiſſe. Conſolatio tollit moerorem animi, virtutes augmentat, deſtituta reparat, & in melius creſcunt; quam facere praeſidium eſt ſalutis & humanitatis officium, ſecundùm affectum, qui ab hominibus debetur in cunctis. Praeterea conſolemur de meritis vitae, & laudabili teſtimonio, quod habet a gentibus generaliter hic defunctus. Qui ſi fortè multo longius pervixiſſet, reportaſſet praeconia gratiora. Ad ultimum oportet nos, dum ſtamus in Seculo, conſolationem recipere temporalem. Eſt enim commune mori. Omnes ad hoc vivimus, & in hac vita peregrinamur in corpore, ut inde tranſeamus ad patriam. *Non enim habemus heic manentem Civitatem, ſed futuram inquirimus*, majores noſtros & poſteritatem ibidem utinam cum gaudio reviſuri. Alii praecedunt, alii verò ſequuntur, ſicut navigantes in aequore. Sed haec inter conſummabimur omnes & ſinguli, nullo reli-

ſto, quum venerit dies ejus. Jam non vos verbis prolixioribus ulterius tenebo ſuſpenſos, ſed ex parte viciniae & conſanguineitatis defuncti grates vobis redduntur immenſae, qui ſicut urbanitatem veſtram decuit, honorifice conveniſtis ſepulturae mortui honorandae. Quum vobis placuerit, cum bona gratia recedetis acturi negotia quique ſua. Vicini & proximi in domibus remanebunt, exemplum ſecuturi prudentum in conſolationibus attendendis, & vobis propterea, quae nuper ei feciſtis, eiſdem ſtabunt omni ſervientes.

## C A P. I V.

*De mortuo in partibus remotis.*

INſperata memor........ anxietas, velut au....... terribilis impulit aures noſtras de obitu gratioſi N. N., qui nuper in partibus Franciae migravit a Seculo compatriotis ſuis ibidem praeſentibus relictis voce clamoſa & lamentabili derelictis. Cadaver verò ipſius multis honoribus ſecularibus celebratis religioſe fuit poſitum in ſepulcro, madefactum tamen tam patriae, quàm viciniae ad funus confluentium abundanti fluentiá lacrymarum. Plorabat vicinia, & memorando morum virtutes illius, quibus converſatione domeſticâ ſe conformavit eidem, & collaudando grata ſervitia, quae poſcentibus liberaliter conferebat, ac rectam fidem & puram honeſtatem defuncti. Amici noſtrates lugebant, ſicut fecimus & nos ipſi, detrimentum Communitatis iſtius, cui per mortem ſuam detracta ſunt plurima commoda, quae quandocumque neceſſitas exigebat, de perſona & facultatibus conſequebatur ejuſdem. Item intolerabilem gravedi-

A nem parentelae, quae ſolatio refocillabatur iſtius, quibus de cetero deſtituta poteſt multitudo condolere. Gravia damna, quae imminere videntur vicinis pariter & amicis, in ploratu referebant amaro. Et quamvis ſit triſte, quod loquimur, triſtius tamen poſſemus repetere, & reepilogare, quae dicta ſunt, de bonitate

B ſepulti, & juſtiſſime lamentari, & cum ſecuritate conqueri de tam gravi amiſſione dilectiſſimi noſtri, quam patimur, ſi ſpecialiter haberemus, de quo raptore, & qui nobis juſtitiam exhiberet. Sed de morte non habemus, quia naturale eſt mori, & mors nulli parcit homini vel honori. De Mundo non valemus, quia

C quouſque poſſedit & fovit, eumdem nutrivit in deliciis, & de iis quae ſua cenſentur patere ſibi contulit. Competentem gratiam habuit apud Gallicos & honorem. Floruit cum majoribus pariter & minori ordine conſtitutis gratiarum auctione. Sed ipſum ulterius retinere non potuit, quod non erat in ejus, ſed Domini

D poteſtate. De Domino Deo nequaquam querimur. Ejus exſtitit creatura. Ipſe creavit, & ſublimavit moribus, ſcientiâ, & urbanitate ſublimi, in ſe ſemper retinens poteſtatem mortis & vitae in ſignum univerſalis dominii & adſcenſionis ad ea, ubi quiſque recipiet, pro ut geſſit in corpore, donec vixit in Seculo. Re-

E vertamur igitur ad nos, & conſulti dicamus, quod ſicut iſte fuit, erimus, quoniam & homo eſt. Hac enim viâ cuncti neceſſario gradientur, atque in conſummationem ſingulorum: quoniam ideo in Mundo venimus, ut ad aliam patriam tranſeamus. Parentes, vicini, & ſpeciales amici laudabilem conſuetudinem exſequuntur, quod hodie retinet Civi-

tas

tas iſta, ut luctum, qui non proficit, ſed officit, omnino dimittant. Addit enim perſeverantibus lugere damnum, & non reſtaurat: deperditis maxime ſic amicis conſoletur in Domino, & in potentia virtutis ipſius. Si enim bona ſuſcepimus de manu Domini, omnia humiliter toleremus & ſuſtineamus in pace. *Dominus dedit, Dominus abſtulit*, & ad ſe redegit. *Sicut Domino placuit, ita factum eſt. Sit nomen Domini benedictum in ſecula.* Vos autem, qui ad hanc humanitatem, ſicut decuit, honorifice conveniſtis, regratiati ab amicis & proximis, poteritis recedere, quando veſtrae placuerit voluntati.

## SEXTA DIVISIO.

*De Juvene cupiente guerram*. I.
*De alio non affectante*. II.
*De tertio recuſante*. III.
*De quarto monſtrante pericula guerrae*. IV.
*De Diſciplina & modeſtia Rectorum*. V.

### CAP. I.

*De Juvene cupiente guerram.*

QUum ſuper varietatibus Seculi quidam juvenes conferrent, & delectarentur ad invicem, ſurrexit unus & ait:

Ex abundantia cordis mei loquitur os meum; & meditationem intrinſecam in conſpectu veſtro totaliter aperiam & exponam, quod nihil inde aliquatenus ſubtacebo. Ego, inquam, inceſſanter affecto, ut haec noſtra Civitas eſſet cum quolibet de vicinis proximis in conflictu, ut nos juvenes, qui tamquam ſeminae ſtamus jugiter otioſi, ſi propter imminentem neceſſitatem uſu potiremur

A armorum, ac ſtudiis bellicis inveniremur audacter inſtructi. Et hoc ideo cupio, quia inter virtutes Seculi, quibus homines venerantur, armorum probitas praefulgens cunctas exſuperat, & praevalet univerſis. Ecce illorum, quos fama probos praedicat armis, poſt tranſitum naturalem memoria vivit, nec deperit nomen ipſorum in ſecula, ſicut Poëtarum manifeſtant hiſtoriae, & Francigenarum commendatorum vulgaris idioma deſcribit in diverſa Volumina diutius diffuſa per Orbem. Quibus utriuſque ſexus gratulantur corda nobilium & aliorum; qui inde leguntur a Rectoribus, vel recitatoribus auribus intentis, & animo diligenti, & qui alias quomodolibet literati perlegunt per ſe ipſos. Praeterea ſi parentes viderent filios eſſe validos vel audaces in proeliis, ſeſe viriliter rebellibus opponentes, nec dantes terga fugae, ſed facies protendentes terribiles reſiſtentibus & adverſas, tam ipſi, quàm tota progenies laetaretur in cordibus ſuis ac in propriis domibus inter alios facies ipſos magnâ praerogativâ gauderet. Benedicunt illis, & deprecantur attente, ut benedictionibus repleantur. Commune non ſuum hujuſmodi tales aggregarat Conſiliariis praeelectis tam publicis, quàm privatis, & praeficit ordinibus officiorum & agminibus pugnatorum. Dat ſibi gratiam apud gentes, & locus in agendis communibus promovendis plus fortè quàm natura talium aſſumere dignaretur. Haec & alia multa, quae favorabiliora poſſent induci, ſi vellem protelare ſermonem, perſuadent animo meo concupiſcere, quod ſi quando haec Civitas noſtra labetur in guerram cum exteris tempore juventutis meae, contingeret iſtud, ut juvenes habe-

haberent materiam exercitandi ſe circa bella, & experiendi vires proprias contra oppoſitos ex adverſo: ut qui virtuoſe pugnarent, gloriam reportarent & laudem: qui verò inaniter & remiſſe, erubeſcerent inter ſuos reputari debiles & ingrati. Animemur ad arma, cariſſimi, quia laudabilius nobis exiſtet in arte bellica noſtrum ſtudium frequentare, quàm inermes dare membra quieti. Marceſcunt enim otio corpora. Audivi namque plurimos dicentes ſaepe, quod uſus cuncta docet, & uſus abeſſe nocet; & Vegetium Philoſophum de re militari tractantem referre, quod in proeliis non tam multitudo & virtus indocta, quàm ars & exercitium ſolent praeſtare victoriam.

## C A P. I I.

*De alio non affectante.*

RESpondet alius. Si deſiderium tuum juſtis rationibus juvaretur, ſicut levi cupiditate deducitur, non crederem eſſe culpandum. Nemo enim exiſtimare debet, generaliter eſſe prohibitum, & maxime quum neceſſitas exigit, armis bellicis miniſtrare. In iis autem ab antiquo fuerunt non ſolùm viri Seculi, ſed etiam juſti plurimi, pro ut in Scripturis teſtimonium publicum reperitur, parati utique armis ad pugnandum, quoties expedit ſibi vel patriae quibuslibet eſſe diebus. Cogitari tamen prius debet deliberatione praevia, antequam ad pugnandum armetur, an virum ipſum pugnare neceſſitas decernat, an voluntas. Si neceſſitas, hoc non eſt reprehenſibile, quum legem non dicatur habere neceſſitas. Si autem voluntas vel

A cupiditate vel crudelitate nocendi, ſive feritate bellandi, & libidine dominandi & craſſandi ſuper rebus alienis, hoc juſte culpatur, & plerumque acriter punitur: quia Deus violentias abominatur injuſtas; & redundat aliquando in victorem, qui excidit improbe in oppoſitum. Non debemus ergo affectare nos juvenes B propter oſtenſionem noſtrae virtutis Civitatem noſtram cum vicinis guerram habere, quia tanta poſſet eorum eſſe de facili multitudo, quod ſibi male, vel nullatenus reſiſteret fortitudo noſtra. Nec ipſi ſunt ita viles armis, & fortitudine corporis deſtituti, quin nos viriliter debellarent, & penderet forſan victoria in even-C tu. Et licèt armorum probitas nulla conferat apud parentelam & Communitatem & gentes, quas in tuo eloquio per ſingula numeraſti, optarem potius eſſe probus ſcientiâ quàm armis. Eligerem utrumque, ſi divinâ gratiâ ſperarem pariter obtinere. Quae duo tamen ſine gravi diſpendio Communitatis noſtrae poſſemus D conſequi, ſi vellemus. Sed incipiat aliquis a loco natura ſcientiae, ubi frequenter bella geruntur, vel ubi ſcientia manifeſtò docetur. Poterit in utroque, quamvis diverſis temporibus, & cultu diſpari, edoceri: & in altero virtutem corporis, in altero ingenium ſpiritus exercere. Militare inſuper inter nos levi valemus, E ſi cupimus, & pugnare jocoſe. Et erit illa talis via nobis doctrina ſufficiens ad bellandum; & ſequemur vicinarum conſuetudinem Civitatum: & reputabitur eſſe communis induſtria noſtris, & ſuis propulſandi repugnantes in proeliis. Inter hujuſmodi autem laudes & proelia, odioſa non eſt, quod ad uſum addiſcendi, diſcrepantia multa, niſi quod

ludi

ludi baculis & bella ferro geruntur. Illorum, quae diximus, etſi videantur varios intellectus habere, & aliquantulum diſſentire, unica tamen eſt intentio, & ad eumdem tendunt effectum, videlicet ad utilitatem propriam & communem. Verumtamen communis eſt praeferenda privatae, ſtatus cujus ſi, donec eſſe poterit ſine partis noſtrae ſpeciali culpa praecedente, in tranquilla pace ſervabitur, creſcet fortitudine, ſcientiâ, moribus, & ſacultatibus in immenſum. Si quando verò aliter contigerit, tunc juventus inſtructa praedictis operabitur vires ſuas, & affectus laboribus virtuoſis. Ille ſiquidem, qui cuncta novit, ſuppleat inſufficientiae noſtrae defectum, & Terram noſtram ſub ſua protectione gubernet & augeat culmine pleni honoris & gratiae.

## C A P. I I I.

### *De tertio recuſante.*

MIror admiratione non modicâ, & vehementer convincor, quum venerimus ſpatiari, quare tam improvide, quae ſunt noſtra, dimiſimus, & adhaeſimus alienis. Ecce verbis in omnibus nos multi juvenes heic praeſentes tracti per devia, ardua, & valde nobis obſcura ducti ſumus ad tabernaculum ſapientiſſimi Salomonis, ubi ſapientes & aetate longa provecti ſl xi ſedent, & deliberant ſuper conditionibus Mundi, reminiſcendo de praeteritis, de praeſentibus diſponendo & de futuris, quantùm eis elargitur divina poteſtas, perſpicaciter proviſuri. Portae Templi enim non patent juvenibus. Ipſe enim loci Dominus dixit in Proverbiis ſuis: *Viam juventutis ignoro*. Revertamur ad propria. Non eſt pro nobis dies iſta. Noſtrum namque eſt ſecularibus judiciis, non profunditate ſapientum, in qua delectantur prudentiſſimi, delectari. Non proſequamur inconvenientia nobis, nec ingrediamur terminos alienos, ne culpemur exemplo ſimiae errantis in nemore, quae quum deberet, ne caperetur, lucum effugere tenebroſum, reſedit in eo, & dum ſe calceamentis ligatoriis calcearet......... ſicut ut talia curae, & tunc deprehenſa extitit & abducta, ac ſervituti ſubdita venatoris. A ſimili poſſemus ſubtiliter laqueari, ſi penſaremus conſiliorum onera ferre, quamvis aliquando poſt aſſueti & periti........ ſuſtinere. Quinimo quando ſuccumbunt depreſſi ſub pondere, & praecipitant conſilia & opera ſaepe ſua. Abjiciamus ergo cogitationes novas & laetemur delectationibus conſuetis. Habet autem haec noſtra Reſpublica Rectorem providum, & Officiales miniſtrantes eadem, ac Conſiliarios praeelectos, quibus feliciter gubernatur. Ipſi ordinent, dijudicent, & diſponant, quae cognoverint magis utilia tranquillitati communi: & nos ſtemus parati viriliter & attenti, ut quoties opus extiterit, vires juventutis noſtrae oſtendamus taliter fore fructiferas, quod inde meritò a Communitate noſtra reportare poſſimus gratiam & honorem, & ipſa per exercitia aliorum & noſtra juvamina ſtudioſa ſublimem ſtatum obtineat inter cunctas provinciae Civitates, & ad loca remotiora fama convolet glorioſa.

C A P.

## CAP. IV.

*De quarto monſtrante pericula guerrae.*

„ *Sumite materiam veſtris pro viribus aptam.*

JUvenes, & non apromti de peſte bellica firmare tractatum, qui pro culpis hominum ad vindictam ſaepe malorum per orbem velut plaga delabitur. Et tunc venit ira Dei ſuper filios diffidentiae pariter & nequitiae. Et ideo ſi quando facula diſcordiae ex cauſa quacumque ſuccenditur inter gentes, confeſtim meditari debent attenta mente prudentes, & acuitate ingenii perpenſim perſcrutari, ut igniculus ille peſſimus omnino decreſcat & pereat, & repulſis odii ſtimulis concordia dominetur, & vigeat remedio ſaniori. Concordia namque mittit amorem. Pax bonam procreat voluntatem. Iſta exſuperat omnem ſenſum, corda & intelligentias hominum, atque divitias cuſtodit & auget. Iſtud donum tempore Nativitatis Chriſti Deus dedit hominibus, quum dixit: *Et in terra pax hominibus bonae voluntatis;* ipſamque reliquit eiſdem, quum aſcendit in coelum, dicens: *Pacem meam do vobis. Pacem meam relinquo vobis.* Haec vultu benigno reſpicit ad amantes, & dirigit greſſus ſuos in ſemitis mandatorum ſuorum, & ſub umbra alarum ſuarum protegit ipſos omni jucunditate juvaminis, ac abundantiâ ditat rerum, & ubertate virtutum. Hoc nomen glorioſum tribus figuris deſcribitur. Per primam intelligitur Pater Coeleſtis, qui in terris cuncta praeparavit hominibus. Per ſecundam Amor, ideſt Spiritus, qui a Patre deſcendit in Filium.

A Per tertiam Jeſus Chriſtus, qui mediator exſtitit inter Deum, & homines, reformans genus humanum reparationis gratiâ, quam amiſerant primi parentes per originale delictum. Dicet fortè aliquis veſtrùm. Hic homo vult nos efficere ſuaſionibus ſuis ita pacificos, ut ſi quis dederit in una maxilla, praebeatur ei

B altera. Fateor, inquam, non eſſe verum; immo ſecundùm diverſitates temporum, & qualitates negotiorum, volo vos fortes & lenes, ut res expoſtulat eſſe. Cupio vos tamen moderatos & lentos ad bella; atque, ſi ullà inſtigatione contigerit, ut vos trahat neceſſitas, non voluntas, tunc excuſabimini a delicto, quoniam,

C licitum eſt unicuique vi repellere propulſantes, & juſtum movere bellum, ſi ex edicto, vel pro juſtitia moveatur, beato Auguſtino teſtante, qui ait: *Juſta bella diffiniri ſolent, quae ulciſcuntur injurias.* Sic gens vel Civitas petenda eſt, quae vel vindicare neglexerit, quod a ſuis improbe factum apparet, vel reddere quod

D per injurias eſt ablatum. Ex praedictis manifeſte redarguitur indiſcreta voluntas, & jam maxime, quod innumerabilia, & immenſa pericula conſuevere ſaepiſſime ex ipſis proeliis provenire, videlicet animarum perditio, ſtrages corporum, incendium, vaſtatio, & deſtitutio honorum, diminutio rerum mobilium,

E fuga incolarum, incarceratio captorum, & diſpendia, quae fiunt in vinculis, magni labores, pugnantia ſub fortuna, & timor valde ſuccumbendi, quando cum eminentioribus pares eſſe nequimus, & proverbium ruſticorum reprobat pugnam inter unum ſolum & duos, ac fabula vulgi deridet conflictum ollarum, quarum una eſt lutea, & altera aenea, nam

& a

& a quocumque ſiat concurſus ad alteram, terrea ſemper eliditur, & ſuccumbit fortitudine durioris. Intellexiſtis ſub compendio praelibationes meritorum pacis & guerrae, & qui fructus ſaepe proveniant, exeantque. Altiora iſtis propinabunt, quum requiſiti fuerint Sapientes, quorum ſapientia eſt ſpecioſa, & glorioſus intellectus eorum. Ipſi utique provide cogitabunt de proſpero ſtatu Reipublicae noſtrae, & habebunt memoriam praeteritorum, ſcientiam praeſentium & providentiam futurorum. Viri namque in multis experti cogitabunt multa, ponderabunt ſermones ſuos, & prius in mente depingent illos, & ter limam ſentient, antequam ad linguam deveniant. Viri ſiquidem ſapientes liberant a moleſtiis Urbem, proſapiam ſuam. Etenim melior eſt ſapientia quàm fortitudo, & arma bellica. Juvenes, qui ad haec experti ſunt pauca, non ſunt ſufficientes ad iſta; quia inexpertus pauca cognoſcit: & ideo tractare vos vel diſponere de praedictis, quaſi inutile putaretur. Illis autem, quibus Dominus altitudinem ſcientiae miniſtravit, oſtendat ordinare, quae nobis utiliora perſiſtant cum augmento gloriae ſanctae ſuae.

## C A P. V.

*De modeſtia & diſciplina Rectorum.*

Attendite Rectores Civitatum & aliorum locorum, quod vos exiſtitis ſignum poſitum ad ſagittam, cui aliquando invidi & inceſſanter oppreſſi jaciunt & fulminant jacula blaſphemiae. Unde vos oportet armari armaturâ juſtitiae, ut poſſitis ſtare adverſus inſidias detractorum. Induite ergo pro thorace juſtitiam,



A accipite pro galea judicium certum, ſumite ſcutum inexpugnabile aequitatem, & portate baculum in manu dextera non arundineum, ſed ligneum & fortem, ſimilem baculo paſtorali quem tenet Eccleſia ab........ Qui baculus eſt ipſa parte fertilis & acutus, ut ſtimulus, in medio rotundus & rectus, in ſummitate recurvus &

B purus. Per acuitatem rigor, per rectitudinem vigor, per recurvitatem manſuetudo figuratur. Rigor eſt domini, vigor eſt Populi, manſuetudo conſilii. Inſtantia ſimul congruunt cuique, & eis conjunctim habitis ibunt directe factores regiminis ipſius. Rigore dominus feriat delinquentes, vigore Populi conſtringat & terreat

C reſiſtentes, manſuetudine conſilii examinet diligentiſſime delicta nocentum, antequam dijudicet vel condemnet, & tunc geſtet ſtateram in manu, & in utroque penſo juſtitiam, ideſt rigorem, & miſericordiam; inde manſuetudinem portet. Et ſi per juſtitiam reddiderit peccati ſententiam, per miſericordiam peccati tem-

D peret poenam, ſi umquam facti qualitas poterit moderari, ut juſto libramine quaedam pro aequitate corrigat, quaedam verò per miſerationem indulgeat. Circa namque ſubditos ſuos ineſſe debet Rectoribus, & inter Conſules miſericordia, & pie ſaeviens diſciplina, ut nec multâ aſperitate exulcerentur ſubditi, nec

E nimiâ benignitate ſolvantur. Sit pariter in Rectore diſcretio juſtitiae, quae feriat. Sit & conſolatio ſummitatis baculi, quae ſubſtentet. Sit amor, ſed non emolliens. Sit rigor, ſed non exaſperans. Sit zelus, ſed non immoderate ſaeviens. Sit pietas ſed non, pluſquam expediat, parcens. Et ſi ſic extiterit juſtus Rector, non adverſabitur ei quidquam mali, ſed da-

dabit ſibi Dominus rectitudinem, & cuſtodiet ſe & Populum ſuum in magna plenitudine gratiarum. Ut iſta poſſitis, dante Domino, digne promereri, Rectores, ſint oculi veſtri ſuper pauperes & egenos, & virtus veſtra defendat ab oppreſſoribus ſuis orfanos, viduas ac pupillos, quos miſeratio divina, & legum humanarum latores, quod miſerabiles ſunt perſonae, magnis privilegiis munierunt, & magnificaverunt praeſidiis. Sed multoties Legum miniſtri non plene miniſtraverunt eiſdem in adjutoriis praeceptivis. Scitote inſuper, quod cuique jus reddenti obſervandum eſt, ut omni petenti benignum ſe praebeat auditorem, ſed contemni non patiatur. Nam ex converſatione aequali contemtio naſcitur dignitatis. Sed in cognoſcendo nec excandeſcere adversùs aliquos, nec precibus calamitoſorum illacrymari oportet. Id enim non eſt recti Judicis & conſtantis, cujus animi motum vultus detegit. Si quis autem Judex latronem filiis deprecantibus motus, vel lacrymis uxoris ejus flexus, abſolvendum putat, cujus adhuc latrocinandi ſpiret affectus, nonne innocentes tradet exitio, quia liberat multorum exitia cogitantem? nonne ſiquidem quum uni indulget indigno, ad prolationis contagium provocat univerſos? Scriptum eſt: *Facilitas veniae incentivum tribuit delinquendi*. Praemonitus fere circa principium hujus Opuſculi repiloget heic & obſervet, quae ibi leguntur in paragrapho *Poteſtatem judicantem &c.* Vigor Populi, ſi aliqua vice requiritur, aſſiſtat viriliter ſe regenti, & obſtet potentiſſime renitenti Rectori, ut ſuo puro & forti juvamine rigor ſibi ſubjiciat delinquentes, pro ſuis exceſſibus puniendos. Suum favorem ſibi tribuant ad promovendas magnitudines & ſtatus proſperos Civitatis. Manſuetudo Conſiliariorum ſolicite intendat, & ſedulo ad perſuadendum ſuo Rectori, ut cum multa prudentia & deliberatione perſpicua Populum regat ſibi commiſſum, & nec nimia feſtinatione, nec tarda remoratione perficiat, quae imminent in regimine peragenda, ſed quaecumque locum ſortiantur & tempus, prout diſcreta requirit conſideratio ſapientis. Si enorme vel deteſtabile crimen occurrerit, tunc feriat rigor Domini, & manſuetudo conſilii compeſcat: ſi verò leve, & quod modice laedat offenſum, gravem diſſuadeat ultionem. Memento tamen, quod ſi reum morti condemnari proſpexerit, perſuadeat judicanti, ut mortis ſententiam non ferat in aliquem, niſi animadverſionem in facinoroſos ſit adeptus indultam. Et quandocumque multitudo fuerit in cauſa, cogitet ſeveritati parcendum, ne accendatur furor Populi & dilaniet quaecumque ſunt proſpere & gratioſe peracta. Duret manſuetudo ſolicita, frequenter perſuadere Rectori, ut ſtudium ſuum ſitum ſit inter cuncta praecipuum, retinere Terram, quam regit, in pace, qui beati pedes portantes eam, calcantes ſuperbiam ſeditionis iniquae. Et commendent jugiter Civitatem ſuam Altiſſimo cuſtodiendam deprecationibus ſubjectivis; quia aliter fruſtra vigilat, qui cuſtodit eamdem, quaſcumque ponat excubias. Sitque obediens ſervitor in praeceptis ipſius, & omnia ſibi proſpera cedent, atque ſui Regiminis adjutoriis ſuffultus divinis, erit exitus glorioſus. Impono finem dictis meis, *ut non delinquam in lingua mea*. Et ſodali prece depoſco Lectores, ut parcant inſufficientiae & inſipientiae meae.

Et

Et ſi non invenerint coloribus rhetoricis coloratum, non ideo detrahant huic Opuſculo meo levibus verbis compoſito pro Laicis rudibus inſtruendis. Lac enim ſimpliciter per potum ſibi propinavi & eſcam, quoniam pocula fortiora, & duriores epulas pro debilitate nimia praeſumſiſſent.

*Invectiva juſtitiae contra Rectores gentium.*

VOs, inquam, convenio, o ſeculi Poteſtates. Reſpondete mihi, quare inanis gloriae cupiditate frequenter, etſi non omnes, mandata Legis tranſgredimini ſecularis? quinimmo praecepta conditionis utriuſque juris tam ſeculi quàm divini dicentis? *diligite juſtitiam, qui judicatis terram: & nolite falcem in meſſem mittere alienam.* Nunc dicatis: nonne ſufficiunt vobis Leges, quae diverſimode puniunt delicta nocentium, & jura municipalia, quibus ſeſe penſato moderamine ſtatuitur Populi cohaerentia, ac etiam conſuetudines approbatae locorum, quibus inſuper incolae ſe patiuntur adſtringi, niſi quod arbitrio utimini multoties ſtolido, maxime quum vultis ultionem ſumere inconceſſam, dicentes: *Sic volo. Sic pro ratione voluntas?* Non reminiſcimini, quod finito officio adminiſtrationis veſtrae, publico deſtituti regimine, ibidem remanere debetis, ubi geſſiſtis, & illud non privatim in domo vel alibi, ſed publice ante ora omnium, quos rexiſtis, & quinquaginta dierum ſpatio reſpondere ſuper geſtionibus veſtris, & damnari graviter de maleficiis a vobis per illos, quos gravaſtis indebite, quum regebatis eoſdem? Item eſtis immemores juramenti, quod ſecundum Leges & Statuta praeſtaſtis in initio dominatus & ſalutis propriae, cujus nemo debet ſani capitis oblivíſci? quo tenemini ſubditos & devotos veſtros paterne tractare atque illaeſos undique, quantum poteritis, cuſtodire, & eos quidem, qui innoxii ſunt, undique innoxios conſervare, noxios autem in poenae ſupplicium ſecundùm legem & omnem communem punire juſtitiam. Videte quàm *ſtulti & tardi corde ad credendum*, quantùm erratis in officiis veſtris propter ſolummodo ſeculi vanitatem. Abſtinete itaque ab iniquitatibus & operibus pravis, & eſtote contenti praemiſſis finibus vobis datis, ut luceant opera veſtra coram hominibus, & exitus officii habeatur meritò commendandus.

*Poteſtas reſpondet.*

O Pia mater, & lux noſtra: conſtans & perpetua voluntas, jus ſuum cuique tribuens, regni Mundi domina, cuncta ponderans, & diſponens ſingula, prout natura inclyta perſuaſit; cur nos ita acerbe tuos increpaſti Miniſtros? qui ad tua ſequenda veſtigia totis ſemper viribus anhelamus. Tu ipſa jus dicentis officium eſſe latiſſimum ſtatuiſti, & modo quum in immenſum inoleverit iniquitas, acrius ſolito punienda, & novi morbi novis indigeant medicinis, intendis coarctare licentiam corrigendi nocentes, & ampliare carcerandis viam & materiam malis in me debacchandi! Nihil aliud erit iſtud, quàm annullare, & in contemtum apud pravos quoslibet reducere Judicantes: & ſic excreſcet oppreſſio & calamitas impotentium, & orientur irae, rixae, diſcordiae, diſſenſiones, aemulationes, ſeditiones, conſpirationes, & his ſimilia, & ſingu-

lae reparabuntur cito nocendi quaecumque per nos exſtiterant limitatae, ſuumque perfidia properans addet opus. Parce, Domina, & perſcrutare perſpicue lapſus humanos; quibus enim ſaevierint obviandum, nam facilius prolabuntur in delicta moderni, quàm fecerint vetuſti, qui hactenus tuae degebant tempore novitatis. Corrupti ſunt mores hominum ultra modum, & abominabiles factae ſunt ſemitae impiorum. Si non erit qui reſpondeat ſtultis ſecundùm ſtultitiam ſuam, replebitur terra proverbio proclamantis male qui venit qui parum poterit in hunc modum. Et certe ſatis eſt credibile, quod monſtramus, quoniam poſtquam veniret praedicta judicari, non formidarent ad nefandiſſima proſilire quamplurimi, quos valde majori timore terrent miniſtri utentes arbitrio ſuo, quàm Lex ipſa, qua nos compellis eos, ſi deliquerint, commiſſo nobis regimine caſtigare.

### *Juſtitia dicit.*

TAntus undique clamor ad me pervenit de exceſſibus Poteſtatum in ſubditos, quod illum cum ſilentio pertranſire nequirem niſi vellem nodos diſſolvi machinae mundialis, quae tegit ſingulas nationes, nexibus praeceptorum civilis ſapientiae colligatas. Unde vos moneo & exhortor: imitatores mei eſtote, jus ſuum cuique tribuentes, & obſervate rectos tramites, non deviantes per devia, ſicut ſaepe conſueviſtis; ut quum deficit probatio in delictum, confeſtim concurritis ad tormenta, non diſtinguentes, ut jura diſtinguunt, qui & quales & quando & quo procedant indicia, ac quibus ex cauſis cuilibet, an criminalibus torqueri debeant: nec conſiderantes, quanta talibus quaeſtionibus ſit fides habenda. Et ita non caute proceditis multis horis. Nam plerique in patientiâ ſui, duritiâ tormentorum, taliter ipſa contemnunt, ut veritas exprimi nequeat ab eiſdem. Alii autem tantâ ſunt, ut potius in quovis mentiri velint, quàm brevi morâ talia ſuſtinere tormenta; & ideo confeſſiones reorum ſic extortae non habentur a jure pro exploratis facinoribus, niſi poſtea tuti dudum perſeverent in eis. Cavete igitur ab injuſtis judiciis, & exactionibus illicitis; nec per potentiam veſtram opprimatis eos, qui non ſunt veſtrae jurisdictioni ſuppoſiti, & maxime cuſtodes rerum & villicos Jeſu Chriſti, ut quum tempus reddendae, prout geſſiſtis, rationis advenerit, non inveniat vos reſtitutioni obnoxios: quoniam: *non dimittetur peccatum, niſi reſtituatur*, vel remiſſum fuerit, *ablatum*. Dirigat Dominus greſſus veſtros in ſemitis ſuis, & perducat ad exitum Regiminis gratioſum.

### *De Conſilio, & Conſiliariis.*

INter omnes humanas conditiones, & ſeculi varietates, nihil eſt ſalubrius deliberato conſilio. Ipſum namque animos dubitantium recreat, vota diffidentium reformat in unum, & requiem reparat in quaeſtionibus dubitabilibus fatigatis. Tantam ſiquidem utilitatem reddit in gentibus pretioſum conſilium, quod varie diffinitur a multis. Seneca Philoſophus prudentiſſimus ita diffinit; *Conſilium eſt deliberationis auxilium, quod poſtulatur a viris prudentibus vel amicis, in communibus negotiis vel privatis.* Tullius praecellens: *Conſilium eſt aliquid faciendi vel non faciendi, verè* exco-

*exrogitata ratio*. Hujus ultimae diffinitionis ardua eſt meditatio, videlicet *vera excogitata ratio*. Oratorem itaque oportet eſſe intendentem, ingenioſum, & gratioſum. Et ita haec & alia requiruntur, ut ſit facundus voce, in inventione ingenioſus, honeſtus moribus, in pronuntiatione ornatus, in conſiliis & inter varios negotiorum eventus aſtutus, facundus voce clara, & cum modulatione ſonora. Nec linguâ ſit balbutiens, ſed expeditâ, & habeat aptitudinem in loquendo. In inventione ingenioſus, ut attendat acutius, & circumſpecte diſquirat, ut quod ſecurius & utilius repertum fuerit per ſubtilitates & inventiones aliorum, & ſuam meditationem capiat & exponat. Honeſtus moribus, ut fidem conſervet, ſuadeat pacem, concordiam commendet, diſcordiam evellat de mentibus auditorum, ſi poterit. Geſtus & greſſus habeat moderatos, ut placidius ab auditoribus ſecundetur. In pronuntiatione ornatus, ut ſuavibus fruatur eloquiis. In prolixitate vel brevitate verborum moderatus exiſtat: ſermo enim prolixus generat confuſionem, nimis brevis obſcuritatem. Sapientiâ terminet utrumque, pro ut tunc tempus requirit & materia dicendorum. Lingua ſapientum ornat ſcientiam, & quae procedunt de labiis ſuis, fiunt gratiora provide in conſiliis. Aſtutus ſermonem, quem pariturus eſt, prius in mente depingat, & ter limam ſentiat, antequam ad linguam deveniat. Ad mentem reducat antiqua. Praeſentia callidâ ſubtilitate diſponat, juxta temporum qualitates. Futura provideat, quantùm divina gratia permittit: & inter varios negotiorum eventus mature & ponderate deliberet, ne praecipitet conſilia & opera ſua. Nam *impetus & ratio ſunt inimica ſibi*. Inſuper Conſiliarii mementote, quod *omnes homines*, ut ait Salluſtius, *qui de rebus dubiis conſultant, ab ira, odio, & amicitia vacuos eſſe oportet. Impedit ira animum, ne poſſit cernere verum*. Odium excoecat mentem hominis, & deducit in tenebras, ne videat juſtitiam vel aequitatem. Amicitia inebriat ſenſus humanos, nec permittit diſcerni veraciter, quae profiteri debeant, vel negari. Solius partis, quam diligit, appetit perſuadere juvamen. Nec praetermitto, quod hodie conſuetudo doctrinam antiquorum noſtrorum, a quibus ſenſum habemus, exſuperat & magiſtratum. Salomon enim docuit, & plures alii, habere conſilium cum paucis, & ſpecialiter ex ſenioribus, quia eorum ſapientia eſt ſpecioſa & glorioſus intellectus. Nec debet praeteriri narratio ſeniorum; nam juvenes inexperti non multa cognoſcunt. Et haec Principes ſeculi adhuc obſervant. Ex adverſo Communitates locorum multos vocant & eligunt ad Conſilia Terrae ſuae, inhaerentes fortè regnis illis, quibus quod omnes tangit, ab omnibus comprobari debet, & ubi bonum, ibi emolumentum. Et etiam auctoritas dicit, quod omnipotens Deus aliquando *revelat humili, quod celat potenti*. Et plurimi, praeſertim juvenes & divites, gloriantur intereſſe conſiliis privatis patriae ſuae, ut videantur praeexcellere cum vicinis. Quidquid ſit, tutius & utilius eſt potenti, ut habeat conſilium peritorum.........

*Cetera deſiderantur*.

F I N I S.

Verùm

Verùm progreſſu temporis, ſive quod nimium poteſtatis collatum fuiſſe videretur Praetoribus iis, ſive quod Populus a Nobilibus diſcors Praefectum ſibi peculiarem voluerit (atque haec frequentior cauſſa fuit) ſive etiam quod interdum non bene collocata crederetur in uno Poteſtate tota paene auctoritas, & cura civilis ſimul ac militaris regiminis: coepere Civitates liberae praeter Poteſtatem, alterum habere officium, hoc eſt *Capitaneum Populi*, exterum & ipſum. Eâdem ratione in Romana Republica invaluit Plebis Tribunus, Magiſtratus videlicet ampliſſimae auctoritatis. Erat ejuſdem *Capitanei* munus militiam regere, & quoties exigebat occaſio, tumultuantes compeſcere, atque in eos animadvertere, pro ut major minorve ei auctoritas conferebatur. Proinde in antiquis Urbium A Statutis multa habentur de ejuſmodi *Capitaneis*. Haec etiam nomina, & munera, multis tamen immutatis, perdurant in Civitatibus, Sereniſſimae Venetorum Reipublicae ſubjectis. Sed & praeter ejuſmodi *Capitaneos Populi*, quorum munus aut anno integro, aut ſex menſibus durare conſuevit, eligebantur interdum B *Capitanei Guerrae*, quibus cura exercitus in bello committebatur, eiſque ſubeſſe conſuêrunt milites exteri, equo aut pedibus merentes. Utroque tamen officio unus plerumque fungebatur. Ego tantummodo proferam exemplum Epiſtolae, per quam futuro Capitaneo Populi denuntiabatur illius electio. Illud nobilis vir Hu- C bertus Benvoglientus, dum vivebat, hauſit e membranis adſervatis in Noſocomio Senenſi Sanctae Mariae Scalenſis.

## Epiſtola Populi Senenſis invitantis Fridericum de Burgo ad munus Capitaneatus, ad quod electus fuerat, Anno 1257.

NObili & egregio viro, Domino Frederigo de Burgo, *Honorabili Militi, quem fama laudabilis & honorabilis meritò recommendat, Brencivienne Giliocti, Buonaguida Chriſtofori, Ugo Guicciardi, Bartholomaeus Azzolini, Buonincontrus Grugnoli, & Bojcholus Albertini*, Electores Capitanei Populi Senenſis pro Anno futuro, *ſalutem, & quidquid in omnibus poſſunt ſervitii & honoris. Ecce quod Nobilitati, diſcretioni, & ſapientiae veſtrae per praeſentes Literas facimus manifeſtum, quod nos ſequentes mandatum & auctoritatem nobis conceſſam & datum a Conſilio Campanae Populi Senenſis, eligendi Capitaneum Populi Senenſis pro Anno futuro, ſcilicet a Kalendis Januarii proximis, uſque ad Kalendas Ja-* D *nuarii alias ſequentes: confiſi de veſtra nobilitate, ac fama laudabili, & veſtro nomine glorioſo, nominavimus vos* pro Capitaneo & in Capitaneum Populi Senenſis *pro tempore memorato, pro ſalario dicti temporis mille Librarum denariorum Senenſium minutorum, vobis dando & ſolvendo ab Univerſitate Populi Senenſis juſta formam ordinamen-* E *torum, Conſtitutorum, & Conſiliorum Univerſitatis ejuſdem. Ita tamen, quod vos primo juretis, & promittatis Senas venire, & Senis eſſe in feſtivitate omnium Sanctorum proxime ventura, & jurare ad Conſtitutum Populi Senenſis clauſum ſine aliqua diminutione vel adjuncto, poſtquam Senas fueritis, & ſtare, & morari ibidem, ſecundùm tenorem Conſtituti praefati, cum uno Milite*

*lite ſive Judice, quem vobiſcum ducere debeatis pro ſalario memorato, & cum tribus equis, ſcilicet uno deſtrario, uno pallafredo, & uno ronzino, ad riſchium & mendum Populi Senenſis, poſtquam fueritis ibi juſta formam Conſtituti prae fati, facientes praedicta ad purum & ſanum intellectum noſtrum & Populi Senenſis, remoto omni ſophiſmate & malo ingenio. Ad quae vobiſcum firmanda & facienda, Ranerium Zanghinum honorabilem Civem Senenſem, & Populi Senenſis fidelem noſtrum Procuratorem mittimus cum mandato ad hoc, quod praedicta vobiſcum infra terminum duorum dierum tantùm, cum ultra duos dies vobiſcum menamentum de praedictis tenere non poſſit, faciet & firmabit. Rogantes attentius Nobilitatem & diſcretionem veſtram, quatinus* Capitaniam *dictam* Populi Senenſis, *ad quam digne eſtis electus, recipere dignetur veſtra diſcretio, ſi de veſtra proceſſerit voluntate. Et ad majorem fidem habendam hoc Inſtrumentum noſtrorum ſigillorum munimine juximus communiri.*

*Ego Orlandus quondam Orlandini Notarius, praedictae nominationi interfui, & ea de mandato mihi facto a praedictis Electoribus Senenſibus in Eccleſia Sancti Peregrini, ubi Conſilium Populi congregatur, coram Bartalomeo Bellarmati, & Guidone Griffoli, & Buonavolta Lucardi, Prioribus XXIIII. & Lutteringo Currado Camerario Populi Senenſis, & Ranerio Toſcani Notario, teſtibus praeſentibus, ſcripſi, & in publicam formam redegi, Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Quinquageſimo Septimo, Indictione XV. die IV. Nonas Septembris.*

Quod ſi contingebat, ut *Poteſtas*, aut *Capitaneus Populi*, ſive exercitus Imperator, in officio decederet, tunc publico aere, atque decreto ducebatur illius funus, ac ſi Princeps aut Dominus Urbis finem vivendi feciſſet. In Hiſtoria Bononienſi, Florentina, Senenſi &c. multa ejus rei proſtant exempla. Unum ego tantummodo adjiciam, quod mihi ſuppeditavit nuper laudatus Benvoglientus. Anno Chriſti MCCCXC. Sexto Kalendas Julii e vivis exceſſit Vir celeberrimus Johannes Azzonis filius, ex illuſtri Ubaldinorum Familia progenitus, tunc Senenſium Imperator militaris. Veneno ſublatum curâ Florentinorum ſibi ab eo timentium, nonnulli ſuſpicantur. En quantus honor ejus funeri ſit delatus, ut habet Codex MStus. *A dì 26. di Giugno, morì in Siena in caſa d'Ugo Giovanni, Miſſere Giovanni d'Azzo: e teneſi inſino a Martedì a dì 28. al'ora di mezo dì, innanzi che ſi ſoppelliſſe. E ſoppelliſſi in Duomo a lato di San Baſtiano, e fecieliſi grandiſſimo onore. In primo al ſuo corpo ebe 210. dopieri legati nel caſtello di legname, 204. di tre Libbre l'uno, e acceſi, mentre che ſi fecie tutto l'ufficio. Veſtì il Comuno quattro cavalli colla Balzana, e colle bandiere coll'arme del Popolo. E anco vi ſi veſtie da 60. huomini a bruno. Fue portato in una bara ad alto, coperta d'uno belliſſimo drapo d'oro, e ſopra il corpo uno padiglione di drapo d'oro foderato d'armellino. E'l detto padiglione portava in quatro ſtagiuoli Cavalieri e grandi Cittadini di Siena. E furo veſtiti vinti cavagli a bruno, colle bandiere di ſue arme, cioè della teſta colle corna, ed uno Lione bianco nel campo azurro, tutte di ſciamitello: e uno huomo armato a cavallo di tutte ſue armi, e barbuta, ſpada inuda, e ſperoni, e altre armadure, le quali tutte rimaſero al Duomo. E fue nel caſtello di legname grande quantità di Donne ſcapigliate, tutte di Cittadini,*

*che non ve n' ebe niuna foreſtiera. Anco a la detta ſepoltura furono tutti e Priori di Palazo. E furonvi tutti Frati e Preti delle Regole di Siena, e di Chieſe Parochiali; e furo aviſati tra Preti e Frati e Monaci intorno di 600. E ognuno d' eſſi Frati e Preti ebero torchietti di due libbre, e d' una libbra; e i Cherici di ſei oncie l' uno. Della qual morte ne dolſe a tutti Cittadini grandi e picholi. E per memoria del detto Corpo ſi fa una figura a la detta Capella ad alto, sì che qualunque andarà alla detta Chieſa, il Popolo potrà vedere. E attacharavviſi tutte a vintitre bandiere, e ſue armi.* Haec ibi, quae aliis exemplis confirmari facile poſſent. Atque iſtud duplex *Poteſtatis & Capitanei* munus originem dedit duplici in aliquot Civitatibus Palatio publico, quorum alterum appellabatur *il Palazzo del Commune*, ubi Praetorum ſedes, alterum *il Palazzo del Popolo*, ubi reſidere Capitaneus conſuevit. Vide Chronicon Piſanum in hoc Opere editum.

A Ceterum quum Civitatum liberarum regimen quotidianis mutationibus obnoxium foret, Praeſidum quoque, & Magiſtratuum Officia eamdem ſubibant fortunam. Ii enim interdum appellati ſunt *Priores*, ac demum *Confalonerii* a Confanono, ſive Vexillo Populi, quod ipſis tradebatur. Hos primum Anno MCCXCIII. invexere Florentini. Dati ſunt etiam Poteſtatibus delecti quidam ex Republica viri, ſine quorum conſilio ardua quaeque negotia expedire Praetori nefas erat. Hi nuncupati *Conſiliarii*, *Sapientes*, *Antiani*. Praeſidem quoque interdum Plebs ſibi deligebat, quem *Abbatem Populi* nuncupabant; B immo & plures quandoque fuerunt *Abbates*, atque ad eos deducta eſt interdum praecipua Reipublicae auctoritas. Potiſſimum Genuae & Placentiae Magiſtratus ejuſmodi fuit in uſu. Proficiſcenti Genuam Henrico VII. Auguſto Anno MCCCXI. uti memoriae prodidit Albertinus Muſſatus Lib. quinto, Cap. C primo Hiſtor. Auguſt. *Abbas, ſcilicet Plebejus vir, more patriae Populi Praefectus, cum Poteſtate ac Primoribus Civitatis, Plebeque totâ, obviam proceſſit.* Idque etiam luculentius conſtabit ex Literis, Anno MCCCX. conſcriptis a Praetore & Republica Patavina ad Genuenſis Populi Magiſtratus: hunc D enim Annum deſignat Praetor, qui tunc Urbem regebat. Eas hauſi e MSto Codice ſupra laudati nobilis viri Comitis Sertorii de Urſatis, Patricii Patavini.

## Gratulatio Patavini Poteſtatis atque Reipublicae Patavinae, facta Genuenſi Populo, ob reſtauratam inter Cives concordiam, Anno 1310.

NObilibus & Sapientibus viris, Dominis Jacobo de Landriano de Mediolano, *commendabili* Poteſtati, Franciſco Caravello Abbati, *& duodecim Gubernatoribus* Populi, Communis, & Hominum Januae, *Conſilio, & Communi Civitatis ejuſdem, amicis dilectis*, Tholomaeus de Curtiſiis de E Cremona Poteſtas, Anciani, Conſilium, & Commune Civitatis Paduae, *ſalutem, & optatae felicitatis continua incrementa. Immenſa cordibus noſtris gaudia, & univerſo Populo Paduano magnarum exſultationum feſtiva tripudia Literas veſtras placabiles attulerunt: quas affectuoſe recepimus, & earum latorem*

*torem veſtrum Nuntium vobis nuntiantem jocunda vidimus jocundanter. Per quas nobis haec ſcire avidis, clare innotuit id, quod jam dudum deſideranter cupivimus, & quod omnimoda conſonat votis noſtris: Pacem videlicet & concordiam ſalutarem vobis & inter vos, & concives veſtros totaliter firmam, perpetuamque coelitus eſſe tranſmiſſam, diſcordiarum procul fugata caligine, omnique turbidine diffidii civilis expulſa, unde tranquillitas veſtri ſtatus poterat perturbari. Nos itaque, qui pace in nobis fruimur, in ea ſeduli vivimus, pacemque diligimus, omnipotenti Deo, Regique pacifico, a quo hujus veſtrae deſideratae pacis donum proceſſiſſe dignoſcitur, laudes & gratias referentes, amicitiae quoque veſtrae regratiamus amicabiliter, quod veſtris Literis & Nuntio nos promtos ad veſtra beneplacita, alacris proſperitatis veſtrae participes, & gaudiorum facere voluiſtis. Supplicamus inſuper Deo Patri, a quo provenit omne datum optimum, & omne donum perfectum, & a quo deſcendit inſpiratum in vos tam ſalubre conſilium, ut miſericordia & pietate ſua Civitates veſtram & noſtram, in pacis & unionis tranquillitate florentes, & in mutuorum beneficiorum exhibitione paratas in ſtatu proſperitatis pacifico & quieto, perpetuò protegat & conſervet.*

Quum verò in maximis anguſtiis majores Civitates verſabantur, tunc in more fuit, *Ducem*, Dictatoris ad inſtar, ſibi conſtituere, idque Venetorum more; in quem transferebatur ſumma poteſtatis, Collegiis tamen, ac Ordinibus Reipublicae intactis. Id praeſertim factum difficillimis Reipublicae temporibus a Genuenſibus & Piſanis. Neque ſecus egere Florentini, quamquam a titulo *Ducis* abſtinuerint. Ceterum quibus Magiſtratibus regeretur Reſpublica Florentina Seculo Chriſti Decimo quarto, dilucide explicavit Gorius Datus, tunc temporis Scriptor, cujus Dialogum, nunquam antea editum, in hoc ipſo Opere a me Lector accipiet. Sed quando ex veterum Poteſtatum notitia multum lucis effluere poſſe dixi ad deprehendendam Nobilitatem Italicarum Familiarum, quae olim ad illuſtre hoc munus adhibitae fuerunt, evulgare heic ſtatui fragmenta nonnulla *Fulginatis Hiſtoriae*, complectentia catalogum eorum, qui ab Anno MCXCVIII. uſque ad MCCCXLI. Fulginatem Praeturam geſſere. Haec autem debeo doctiſs. viro Juſtiniano Pagliarino Fulginati, amico meo, qui eruditionis ſuae nobile ſpecimen jamdiu dedit in Notis ad Quadriregium Poëma Friderici Frezzii Epiſcopi Fulginatis. Uti ille per literas certiorem me fecit, monumenta haec olim in unum coacta fuere a *Bonaventura Benevenuti* filio. Accedunt & pauca alia ab Anno MCCCCXXIV. uſque ad MCCCCXL. Solicite quaeſivi, an alicubi Scriptor iſte mentionem fecerit ſacrae Aedis Lauretanae, in Picenum, ut ferunt, divinitus tranſportatae, nullumque tantae rei veſtigium inveni, quamquam Hiſtoricus minutiora perſequatur, acta in eodem Piceno & Umbria. Ceterum Catalogus iſte Praetorum Fulginatium deſcriptus fuit ex pervetuſto Codice chartaceo, antiquis characteribus exarato, qui inter Codices Bibliothecae publicae Seminarii Fulginiae adſervatur. In dorſo Libelli aliâ manu inſcriptio iſta legitur: *Scritto da Bonaventura di Maſtro Benvenuto da Foligno nel* 1300. *ſino al* 1345. Reliqua verò additamenta deſumta fuere ex altero Codice exſiſtente apud Marchionem Juſtinianum Vitelleſchium Patricium Fulginatem, cum hocce ti-

titulo: *Memoriale di me Petruccio di Giacomo di Giovanni de gli Unti*. Unctorum Familia inter Nobiles Fulginates adhuc numeratur. Florebat autem Petruccius ille Anno Chriſti A MCCCCXXIV. & quae identidem accidebant, literis conſignabat. En itaque eadem fragmenta cum praelaudati Pagliarini Notis.

FRAG-

# FRAGMENTA
# FULGINATIS HISTORIAE
## AB ANNO MCXCVIII. USQUE AD MCCCXLI.

*AUCTORE*

## BONAVENTURA BENEVENUTI
FULGINATE,

CUM NOTIS DOCTISSIMI VIRI

## JUSTINIANI PAGLIARINI
FULGINATIS.

# FRAGMENTA FULGINATIS HISTORIAE.

A IN nomine Domini. Amen. Inſraſcripti ſunt *Poteſtates Civitatis Fulginiae*, qui fuerunt in regimine ipſius temporibus ſubſcriptis.

Anno Domini MCXCVIII. San-
B ctus Dominicus incepit Ordinem Fratrum in Civitate & partibus Tholoſanis, ubi contra Haereticos verbo & exemplo praedicabat. Eodem Anno Dominus Flaſcone Poteſtas fuit pro uno Anno.

Anno MCC. Dominus Bernardus de Tuderto pro uno anno. Fuit facta confuſio Spoletanorum & aliorum
C ſuorum ſequacium caſtrametantium apud Filectum: in qua confuſione de nocte venerunt in auxilium ad ſtipendium Fulginatum quamplures Nobiles de Marchia.

MCCI. Dominus Raynutius de Lenzo.

MCCII. Dominus Jacobus Cuſtodis de...

D MCCIII. Dominus Rodulphus Benincaſae de......

MCCIV. Dominus Philippus Rodulphi.

MCCV. Dominus Ruſticus Raynaldi.

MCCVI. Dominus Jacobus de Ramacza... accepit Ordinem Fratrum Minorum....... annos converſionis ſuae.

MCCVII. Dominus Carſedonius de Fulginio.

MCCVIII. Dominus Carſedonius praedictus.

MCCIX. Dominus Odoriſius Leonardi de Fulginio. Dominus Oddo Imperator IV. fuit a Domno Innocentio Papa III. coronatus Romae, non electus communiter a Principibus.

MCCX. Dominus Marianus Raynutii Getii.

MCCXI. Dominus Carſedonius.

MCCXII. Dominus Andreas Leonardi.

MCCXIII. Dominus Raynutius Simonetti de Florentia.

MCCXIV. Dominus Mencius de Plano Fulginii. Fuit deſtructum Caſtrum Trevii per Spoletanos. Poſtea factâ ibi pace per eos a Fulginatibus rehabitum, & reparatum fuit.

MCCXV. Dominus Parentius de Roma.

MCCXVI. Dominus Parentius praedictus. Sanctus Dominicus, & Sanctus Franciſcus pro eorum Regulis Romam iverunt. Et confirmatae ſunt.

MCCXVII. Dominus Acto Judex de Tuderto.

MCCXVIII. Dominus Acto praedictus.

MCCXIX. Dominus Rodulphus Oderiſii Leonardi. Dominus Fredericus poſtea Imperator II. expulit ſupraſcriptum Oddonem de Imperio, quia prius reſtiterat ſibi in Regn-

Si-

Siciliae, & quia non fuit ab Officialibus Imperii concorditer electus, quia aliqui de Officialibus elegerunt Comitem Philippum, filium Primi Frederici.

MCCXX. Dominus Albricus de Tuderto.

MCCXXI. Dominus Andreas Parentii. Sanctus Dominicus Inſtitutor Ordinis Praedicatorum & Magiſter, migravit ad Dominum.

MCCXXII. Dominus Benincaſa de Viterbio.

MCCXXIII. Dominus Ugolinus Salomonis.

MCCXXIV. Dominus Philippus Rodulphi de Fulgineo.

MCCXXV. Dominus Philippus praedictus.

MCCXXVI. Dominus Opezzinus, & Hermannus.

MCCXXVII. Dominus Oddo Petri Gregorii.

MCCXXVIII. Dominus Berlengerius Jacobi.

MCCXXIX. Dominus Andreas Parentii.

MCCXXX. Dominus Nicolaus Cuſtodis.

MCCXXXI. Dominus Raynaldus Melioris.

MCCXXXII. Dominus Thomas Petri Manentis de Trevio. Fuerunt coaequatae Turres magnae ad Turrem Stratae.

MCCXXXIII. Dominus Acto Judex de Tuderto. Sanctus Dominicus per Gregorium Papam IX. Reate canonizatur.

MCCXXXIV. Dominus Guillielmus de Folino.

MCCXXXV. Dominus Matthaeus Pectii.

MCCXXXVI. Dominus Andreas Thiberii.

MCCXXXVII. Dominus Bartholus Pauli. Fuerunt debellati Tudertini ab Urbevetanis, & ibi fuerunt capti quadraginta quinque Fulginates de miſſis in ſervitium Tudertinorum fugientium, & dimittentium Fulginates in campo in Contrada Lugnani.

MCCXXXVIII. Dominus Jacobus Palmerii. Fuerunt debellati Urbevetani, & facta vindicta de praedictis in pede Urbis Veteris.

MCCXXXIX. Dominus Thomas Odoriſii. Obſcuratus eſt Sol per totum Orbem de Menſe Junii, die Veneris III. circa Nonam. Et ſtetit obſcurus per horam; & fuit in renovatione Lunae.

MCCXL. Dominus Rodulphus de Paſignano. Venit Fulginium Imperator Fredericus II. infra octavam Beati Feliciani. (a)

MCCXLI. Dominus Guillielmus Criſpus.

MCCXLII. Dominus Berardus de Leeto.

MCCXLIII. Dominus Amadore de Fano.

MCCXLIV. Dominus Ceranus de Florentia.

MCCXLV. Dominus Jacobinus de Rangona de Mutina.

MCCXLVI. Dominus Bernardus de Unzola. Facta fuit confuſio die Sabbati penultima Martii ante Dominicam Palmarum.

MCCXLVII. Dominus Amodeus de Caſtello.

MCCXLVIII. Dominus Don Guido de Eugubio. Fuit devaſtatum Nucerium.

MCCXLIX. Dominus Amodeus de Caſtello. Venit exercitus Aczoni.

MCCL. Dominus Rugerius de Piezis. Obiit Imperator Fredericus.

MCCLI.

(a) Ejus feſtum celebratur die XXIV. Januarii.

MCCLI. Dominus Thomas Petri, & Dominus Paullus de Roma. Fuit factus Papa Alexander IV. natione Campanus.

MCCLII. Dominus Paullus praedictus.

MCCLIII. Johannes Magiſtri, & Bene Raynaldi, & Jacobus Angeli. Stetit exercitus Peruſinorum ſuper Fulginium pridie Idus Septembris, & mutavit curſum fluminis versùs Spellum. Et tunc apparuit aqua in Puteo Plateae veteris ante Eccleſiam beati Feliciani, uſque ad voltam Putei. Erat plenum aquâ. Et recedente exercitu, & flumine labente versùs Fulginium, aqua Putei diſparuit, ita quod nihil aquae erat in Puteo.

MCCLIV. Dominus Martinus de Reate, & Dominus Bonifacius de Foliano. Fuit facta pax cum Peruſinis de Menſe Auguſti.

MCCLV. Dominus Bonifacius de Foliano ſupradictus.

MCCLVI. Dominus Paullus Acerbi de Peruſio. Peruſini fecerunt exercitum contra Eugubinos, cum quibus iverunt Fulginates & alii de Contrada. Et magna fuit caritudo frumenti.

MCCLVIII. Dominus Oddo de Peruſio. Fuit devaſtatum Camerinum ſine guerra & inſultu: & Cives dimiſerunt Civitatem. Et eorum Poteſtas Raynerius Comes ſine Civibus manens, Civitatem igne deſtruxit. Fuerunt debellati Florentini & Lucani a Senenſibus. Et fuit miſchia Domini Neapolionis Domini Brancaleonis.

MCCLX. Dominus Libriactus de Peruſio.

MCCLXI. Dominus Gualfreducius de Peruſio.

A MCCLXII. Dominus Raynaldus de filiis Urſi. Fuit coeptum Palatium Communis.

MCCLXIII. Dominus Franciſcus de Perleonibus.

MCCLXIV. Dominus Angelus Centii de Roma. Fuit factum Caſtrum Populae. De Menſe Septembris in fine Papa Urbanus IV. obiit.

B MCCLXV. Dominus Petrus Henrici. Fuit completum Palatium Communis. Et fuit emtum Caſtrum Verelani pro duabus millibus Libris. De Menſe Februarii fuit creatus Papa Clemens IV.

MCCLXVI. Dominus Johannes Boccamacza. Venit Romam Carolus II. Obiit Rex Manfredus.

C MCCLXVII. Dominus Vita de Anagnia.

MCCLXVIII. Dominus Angelus Centii. Obiit Corradinus filius Regis Corradi filii Imperatoris Frederici II. Et de Menſe Novembris in fine obiit Papa Clemens IV.

MCCLXIX. Dominus Aegidius Aconi. Fuit factum Caſtrum Collis

D Floriti.

MCCLXX. Dominus Simeon Boccamacza.

MCCLXXI. Dominus Veſconte Gactus.

MCCLXXII. Dominus Vaynus Palaſtrellus. De Menſe Februarii fuit factus Papa Gregorius X.

MCCLXXIII. Dominus Saracenus

E de Peruſio.

MCCLXXIV. Dominus Hermannus de Suppolinis.

MCCLXXV. Dominus Henricus ejus filius. Decem Milites facti fuerunt Kalendis Novembris.

MCCLXXVI. Dominus Lucas de Sabello. Fuerunt cavatae Carbonariae in Palude. Obiit de Menſe Januarii Papa Gregorius. X. & .... Kalendas Fe-

Februarii fuit factus Papa Innocentius V. qui obiit de Menſe Auguſti dicti Anni. Et eodem Menſe fuit factus Papa Johannes XXI.

MCCLXXVII. Dominus Oddo de Peruſio. De Menſe Maji in fine obiit Papa Johannes XXI. & de Menſe Novembris fuit factus Papa Nicolaus III.

MCCLXXVIII. Dominus Aegidius de Palombara.

MCCLXXIX. Dominus Nicolaus de Monte Flaſcono pro Domino Urſo. Fuerunt magni terraemotus. Primus magnus terraemotus fuit die Dominico poſt Veſperas ultimâ Menſis Aprilis.

MCCLXXX. Dominus Paullus de Narnia. Fuerunt factae novae (b) Carbonariae circa Civitatem Fulginiae. Obiit de Menſe Decembris Papa Nicolaus III.

MCCLXXXI. Dominus Tiburtius de Reate, & Dominus Soldus de Piſtorio. Fuerunt facti Pontes ſuper flumen juxta Carbonarias. Et fuit factus exercitus per Dominum Ducam ſuper Spoletum de Menſe Septembris. Circa finem Menſis Februarii fuit factus Papa Martinus IV.

MCCLXXXII. Dominus Johannes de Soldaneriis de Florentia. Venit exercitus Peruſinorum, Spoletanorum, Aſiſinatum, Nucerinorum, & aliorum de Valle Spoleti ſupra Fulgineum die III. Junii, cum magna multitudine equitum & eorum ſequacium & ſtipendiariorum, credentes Civitatem capere. Non potuerunt venire uſque ad Carbonarias, ſedentes per quindecim dies. Nullus Fulginas fuit impeditus. Et exercitus de Nurſia ſine requiſitione miſit pedites in auxilium Civitatis, intrantes plorando, credentes in ea mori. Et laeti poſtea exiverunt per Carbonarias cum quibuſdam Fulginatibus contra inimicos. Dicto Anno Dominus Conſolinus de Auximo fuit factus Capitaneus Guerrae. Et ſtetit per annum Anno praedicto.

MCCLXXXIII. Dominus Ofreducius de Fallarone. Venit ſecundus exercitus de Menſe Maji in fine. Et de Menſe Octobris fuerunt debellati ſeptingenti milites ſtipendiarii cum Spellanis in Contrada Paſianae: & perierunt ibi octoginta ſtipendiarii. Et aliqui capti dixerunt, quod ſtatim quum viderunt Vexillum, in quo erat imago Beati Feliciani, aſportatum ibi per Presbyteros, apparuit eis maxima Carbonaria inter eos & Fulginates; & ſic terga verterunt, credentes in Carbonariam praecipitare.

MCCLXXXIV. Dominus Johannes de Urbe pro Domino Martino IV. Papa. Obiit Rex Carolus I. Rex Siciliae, circa principium Menſis Januarii.

MCCLXXXV. Dominus Aegidius de Tuderto pro dicto Domino Papa. Venerunt Fulginium Fratres Praedicatores, & coeperunt locum juxta Plateam Sanctae Mariae. Deceſſit Peruſii Papa Martinus IV. de Menſe Martii poſt paucos dies. De dicto Menſe electus fuit Peruſii Dominus Honorius Papa IV. Romae coronatus, qui prius vocabatur Dominus Jacobus de Sabello.

MCCLXXXVI. Dominus Jacobus Parentii de Roma pro Domino Honorio

(*b*) Uſque adhuc *Carbonaria* nuncupatur ampla Fovea prope moenia Civitatis. Vide exempla collecta per Du-Cangium in Gloſſario ad Scriptores mediae & infimae Latinitatis, verbo *Carbonaria*, columm. 833. Adi etiam, ſi lubet, Diſſertationem XXVI. *de Militia*.

norio IV. Papa. Fuerunt facta Molendina rotaria per Commune juxta Pontem Cavallum. Et fuit factum Cataſtrum Librae per Dominum Matthaeum de Camerino.

MCCLXXXVII. Dominus Jacobus de Capoczinis. Dominus Dux Provinciae Ducatus ivit contra Nurſiam. Et dum ſtaret apud Caſtrum Montis Sancti Martini, miſit exercitum ſuum contra Nurſianos, ad aliam partem Comitatus Nurſiae. Et Nurſini ſcientes venerunt ad dictum Caſtrum Domino ignorante, & Caſtrum devaſtaverunt. De Menſe Aprilis Honorius IV. Papa obiit.

MCCLXXXVIII. Dominus Ferrata de Fulginio pro primis duobus Menſibus dicti Anni. Dominus Conradus Domini Trinciae pro decem menſibus dicti Anni. Venit exercitus die XXII. Junii. Et Tudertini ſederunt ab alia parte fluminis. Et fuit tam magna plenaria fluminis, quod bladum repoſitum prope flumen arripuit aqua, & devaſtavit Molendina rotaria; ita quod videbatur ibi numquam facta fuiſſe. Fulginates videntes tam magnam plenariam, exiverunt per Portam Contraſtanghae; & quum veniſſent in campo juxta Sanctam Catherinam veterem, plenaria incoepit minuere, ita quod Pons Sancti Manni erat diſcopertus ab aqua. Et Peruſini venerunt per Pontem in auxilium Tudertinorum. Fulginates non ultra acceſſerunt. Et in dicto campo fuit mortuus Dominus Jacobus Domini Matri de Tuderto, qui non multum erat potens inter Dominos Tudertinos, quem Dominus Raynaldus Domini Napoleonis fecit honorifice ſepeliri Fulginii.

MCCLXXXIX. Dominus Trincia, Dominus Bos, & Dominus Johannes. Item Dominus Monaldonus de Serrone, Dominus Vivianus, & Dominus Jacobus. Item Dominus Trincia Gualtarellus, & Benincaſa Jacobi. Item Dominus Margantes, Dominus Albertinus, & Dominus Criſcius. Item Dominus Berardus Domini Stelluti. Item Dominus Contenatius: omnes de Fulginio pro ſeptem Menſibus, & pro aliis quinque Menſibus dicti Anni fuit Dominus Raynaldus de Monte Viridi. Venit exercitus Peruſinorum & Tudertinorum die XVII. Maji, & receſſit die V. Junii. Fuit exercitus Peruſinorum & Camerinenſium ad Caſtrum Collis Floriti. Et in fine dicti Menſis apertâ januâ Caſtri per Caſtellanum, intraverunt & deſtruxerunt. Fuit facta Pax cum Peruſinis de Menſe Auguſti.

MCCXC. Dominus Ermannus Domini Guidonis pro duobus Menſibus. Dominus Johannes Centii de Roma per Dominum Petrum de Columna Cardinalem. Iverunt Cruceſignati ultra mare ad Civitatem Aconae de Menſe Maji.

MCCXCI. Dominus Fredericus Manzola de Piſis. Fuit capta Civitas Aconae a Saracenis. Die XX. Julii Commune Fulginii emit Molendina.

MCCXCII. Dominus Gerardus de Buczalinis de Mutina. Die VIII. Martii, Sanctus Johannes de Caſalina venit Fulginium ad veniam (c) Beati Feliciani, & ſtetit Fulginii. Die XIV. Mar-



(c) Anno 1145. Julius Cardinalis titulo Sancti Marcelli Legatus in Italia Eugenii III. Papae, indicto Concilio Provinciali in Civitate Fulginiae, ſolemni ritu cum Patribus dicti Concilii conſecravit Eccleſiam Cathedralem Sancti Feliciani, ejuſdem Civitatis Patroni, die X. Martii. Et Indulgentiam unius Anni, & quadraginta Dierum de injunctis poenitentiis impertitus fuit, ſingulis annis in perpetuum viſitantibus dictam Eccleſiam

Martii in pace requievit, & ſepultus eſt in Cemeterio Veteri. Et de Menſe Aprilis obiit Nicolaus Papa IV.

MCCXCIII. Dominus Gerardus de Mutina ſupradictus.

MCCXCIV. Dominus Fredericus de Marabottinis de Aretio. Fuit electus Coeleſtinus V. a Cardinalibus in Peruſio de Menſe Julii. Qui Papa de Menſe Decembris apud Neapolim renuntiavit Papatum in manibus Cardinalium. Qui Cardinales elegerunt Papam Bonifacium VIII. qui fuit coronatus Romae in die Converſionis Sancti Pauli de Menſe Januarii ſequentis.

MCCXCV. Magninus de Sancto Miniate.

MCCXCVI. Bindus Ugolini de Buſchio per ſex menſes. Fuit expulſa Pars Guelſa de Tuderto. Dominus Contes de Bononia pro aliis ſex menſibus. Die XV. Maji deceſſit Dominus Berardus Epiſcopus Fulginii.

MCCXCVII. Dominus Gualardus de Rocca Lucenſis pro ſex menſibus. Stephanus Columna abſtulit unam ſalmam theſauri Domini Bonifacii VIII. Papae. Et Papa excommunicavit omnes de Columna, & privavit Cardinales de Columna eorum beneficiis. Et ipſi Cardinales, & filii Domini Johannis de Columna paſſi ſunt guerram Papae. Dominus Jacobus de Aquapendente pro aliis ſex menſibus. Dominus Papa miſit exercitum contra Nepem, & Columnam, & Terras Nobilium de Columna.

MCCXCVIII. Dominus Andreas de Ceſis Judex per Dominum Petrum de Piperno Cardinalem.

A MCCXCIX. Dictus Dominus Andreas per Dominum Cardinalem pro ſex menſibus. Criſius Domini Foreſis de Adimaribus de Florentia pro aliis ſex menſibus.

MCCC. Dominus Criſius pro ſex menſibus. Fuit Romae per totum Annum pleniſſima Indulgentia omnium peccatorum. Et die XXIII.
B Menſis Maji fuit a Gibellinis captum Eugubium. Et die XXIII. Junii per Ducam Ducatus & Peruſinos rehabitum, & ab eis multis bonis mobilibus privatum. Dicto Anno Dominus Petrus Varani de Roma pro aliis ſex menſibus. Fulginates miſerunt in montanis in ſervitium Spoletanorum certos milites & pedites, & ſolve-
C runt pro ſoldo ipſorum ſeptem millia Librarum denariorum Cortonenſium. Et Spoletani habuerunt pro magno bono. Et haec obliti fuerunt Anno MCCCV. ut infra patebit dicto Anno.

MCCCI Dominus Appilzlatera de Cingulo, quia bonus ſtetit, per annum refirmatus fuit in officio.

D MCCCII. Dominus Conradus de Pitia pro ſex menſibus. Venit Carolus de Valeſio frater Regis Franciae, & ivit mandato Domini Papae contra Dominum Fredericum Regem Siciliae, & captus ab eo, pacem fecit, inſcio Papa. Johannes de Appreſſatis de Podio Bono pro aliis ſex menſibus.

MCCCIII. Criſius Domini Comi-
E tis de Colle Vallis Elſae. Jacobus de Columna & Dominus Sciarra cum quodam Milite Regis Franciae intravit Anagniam, ubi erat Papa Bonifacius VIII. & captus Papa ſtetit ibi per tres dies. Et venit Romam,

& o-

ſam anniverſario die Conſecrationis. Originale Diploma uſque adhuc aſſervatur in Archivo Capitulari. Et ex eo corrigendus venit Ughellius Italiae Sacr. Epiſcop. Fulginat. num. 24. qui refert, Conſecrationem Cathedralis ejuſdem factam Anno 1146. Ad hanc Veniam, ſeu Indulgentiam, acceſſit Beatus Johannes de Caſalina, centum quadraginta ſeptem Annis poſt ipſam Conſecrationem.

& obiit de Menſe Octobris. Et de dicto Menſe non poſt multos dies fuit electus & coronatus Romae Papa Benedictus * IX. qui Papa obiit Anno ſequenti in Civitate Perufii.

MCCCIV. Jacobus de Cancellatis de Prato pro ſex menſibus, & Dominus Girallus de Colle Valle pro aliis ſex menſibus. Obiit Peruſii Dominus Benedictus Papa XI. de Menſe Julii. Et dicto Menſe obiit Dominus Bartholomaeus Epiſcopus Fulginiae; & vacavit Epiſcopatus Fulginiae per quatuor annos.

MCCCV. Dominus Michaël de Sancto Geminiano pro ſex menſibus. Cardinales ſtantes Peruſii elegerunt de Menſe Julii in Papam Dominum Bertrandum Burdegalenſem; & miſſo ſibi decreto, iverunt ad eum in Vaſconiam in Civitatem Burdegalae. De Menſe Junii Peruſini & Spoletani ad auxilium Guelforum fecerunt exercitum contra Tudertinos. Et Fulginates ad petitionem Peruſinorum miſerunt certos milites & pedites. Et euntes in exercitum, ſtatim Spoletani venerunt contra Fulginates, dicentes: *Moriantur Pataveni Gibellini*. Et Fulginates primo loco ſe conſtrinxerunt dicentes ad invicem: *Viriliter defendamus nos, & non moriamur ſine inimicis*. Et tunc Spoletani ſteterunt ante lanceas Fulginatum, & Peruſini ſtatim poſuerunt Fulginates cum eorum exercitu ab alia parte exercitus. Item die penultima Junii Poteſtas & milites Peruſini venerunt, & hoſpitati fuerunt Fulginiae. Et die prima Julii de mane intraverunt Plateam veterem. Et multi Fulginates ſequuti ſunt eos. Et Populus elegit in Capitaneum Populi Dominum Nallum Domini Trinciae, & ceperunt Palatium Populi cum Turre, & ex eo expulerunt Conſules Populi circa Tertiam. Et tunc Conradus Anaſtaſii exivit Civitatem, & ivit Tudertum. Offreducius de Alviano pro aliis ſex menſibus.

MCCCVI. Dominus Philippus de Cocorano pro uno Anno. Fuit exercitus Peruſinorum & ſequacium contra Tudertinos de Menſe Junii. Et ſtetit uſque in diem XVII. Junii. Devaſtavit Caſtrum Collis Pepi. Item dicto Anno fuerunt augmentatae Fulginiae menſurae bladi ad pondus triginta trium unciarum ad menſuram III. gumellis & media ad manus juſtas, videlicet ad manus juſti hominis.

MCCCVII. dictus Dominus Philippus pro ſex menſibus. Dominus Gabriel de Piccolominibus de Senis pro aliis ſex menſibus.

MCCCVIII. Dominus Caitanus de Pilglis de Florentia pro uno Anno. Die prima Junii venit Fulginium Dominus Bartholominus de Piſtorio Epiſcopus Fulginas, & deceſſit Anno Domini MCCCXXVI. die XI. Menſis Julii, ut infra patet dicto Anno.

MCCCIX. Dominus Credulus de Narnia pro ſex menſibus. Obiit de Menſe Maji Neapoli Rex Carolus II. Dominus Guctius de Raynaldinis de Senis pro aliis ſex menſibus. Die Sancti Johannis de Auguſto fuit magna pluvia, quod venit plenaria Topini prope Plateam veterem uſque ad domum Maſſori Mercati.

MCCCX. Franciſcus Domini Zafalgae de Urbeveteri pro ſex menſibus.



* Bonifacio VIII. immediatum aſſignant ſucceſſorem in Pontificatu Chronologi Benedictum XI., qui deceſſit e vita Peruſii, ut heic habetur infra, Anno 1304. Unde ergo Benedictus IX. qui Anno 1048. poſt turbas ſaevas migravit ad plures, niſi typographiae, ſeu amanuenſium errore, quum pro XI. Benictum IX. repoſuerunt?

bus. Fuit expulſa pars Guelfa de Spoleto die Sanctae Mariae de Menſe Martii. Et die ſequenti venerunt milites Gibellini de Spoleto: & intrantes Trevium, expulerunt dictos Guelfos. Die tertiâ ſequenti a militibus de Peruſio & Fulginatibus fuerunt inde expulſi. Et depraedati fuerunt Trebani, & alii Gibellini per Guelfos. Et tenuerunt poſtea Caſtrum. Et de Menſe Junii fuit exercitus Peruſinorum & ſequacium contra Spoletinos, & ſtetit (d) juxta Venas. Dominus Johannes de Sancto Vitali de Parma pro aliis ſex menſibus. Fuit exercitus Peruſinorum contra Tudertinos juxta Pontem Milium. Et milites Tudertini eundo in auxilium Pontis, & tenentes Turres pontis, permiſerunt Peruſinos tranſire per Pontem. Tudertini fugam ceperunt, & ibi Dux Ducatus periit, qui erat ibi, eo quod non bene tractabatur in Ducatu, quia erat cum Spellanis. Et Pons cum turribus fuit devaſtatus. Dicto Anno Imperator Henricus venit in Lombardiam, & recepit Coronam Lombardiae in loco conſueto Comitatus Mediolani. Et quum ſtaret in Civitate Mediolani, quidam Nobiles provinciae, ordinatâ proditione contra Dominum, de die inſultaverunt eum ad Palatium. Equitibus Theutonicis & Populo Mediolanenſi occurrentibus fugerunt uſque Brixiam. Et Commune Brixiae receptans & tenens eos contra Domini voluntatem, pluries & pluries requiſiti a Domino, in ſequenti Anno paſſi ſunt exercitum Imperatoris per plures & plures menſes. Et ſe in manus Domini totaliter poſuerunt, multam prius perſequutionem paſſi. Scilicet quod ſtetit ſupra Civitatem, & poſuit exercitum ſuum de Menſe Maji: & de Menſe Octobris mandato Domini deſtructi fuerunt muri Civitatis.

MCCCXI. Dominus Catenarius de Anagnia per Regem Robertum pro ſex menſibus primis. Et quia non venit in termino, rexerunt ut Rectores fere duobus menſibus Dominus Philippus de Puſano, Gentilis Thomae, & Matthiolus Ermanni. De Menſe Julii quaſi omnes vineae Fulginiae fuerunt a grandine devaſtatae ſcilicet die feſti Sancti Jacobi. Dominus Carolus de Montecchio pro aliis ſex menſibus. Peruſini fecerunt exercitum ad Caſtrum de Ulmeda, & deſtruxerunt ipſum.

MCCCXII. Dominus Ugolinus de Amelia pro primis ſex menſibus. Die XXVI. Menſis Februarii Dominus Blaſius ſtans Trevii, eripuit centum Clarillorum ad ſoldum contradae contra Spoletanos; iens cum ſuis & Guelfis de Spoleto contra Spoletum, malam ſtrenam prope Spoletum intulit Spoletanis Gibellinis. Item dicto Anno de Menſe Maji Imperator Henricus VI. intravit Romam, & coronatus eſt in Eccleſia Lateranenſi, die Sancti Petri de Junio. Item fuit exercitus Peruſinorum, & aliorum de Contrada contra Spoletanos, & ſedit juxta Beroitum. Dominus Pellarius de Sancto Geminiano pro aliis ſex menſibus. De Menſe Septembris venit Dominus Henricus Imperator Tudertum cum mille ducentis militibus Teutonicis. Et cum dictis militibus ivit per Comitatum Peruſii, & ſtetit in eo quatuor diebus. Et deſtruxit Marſianum & alia Caſtra prope ſuam viam. Et pervenit Aretium, & cum dictis militibus poſt paucos dies ivit contra Florentiam. Et poſuit ibi exercitum prope Civitatem, in

(d) Scilicet Fontem Clitumni, vulgo *le Vene di Piſcignano*.

in qua dicunt fuiſſe triginta ſex centenaria equitum. Et cepit Montem Varchi. Et tunc crevit ejus exercitus. Deinde cepit multa Caſtra in Comitatu Florentiae. Et ſtetit in pluribus campis circa Florentiam per plures & plures menſes. De Menſe Septembris fuit reparata Carbonaria vetus.

MCCCXIII. Munaldus de Caſtro Durante de Romandiola pro primis ſex menſibus. Fuit facta Fulginiae Cabella, & ſtetit a die prima Aprilis uſque in diem XXII. dicti Menſis; quia non placuit Popularibus, non ultra duravit. Dominus Raynutius Domini Abbrunamontis de Eugubio per ſe, & Dominum Franciſcum ejus fratrem pro aliis ſex menſibus. Die XX. Menſis Auguſti fuit expulſa pars Gibellina de Urbe Veteri. Et ibi obiit Bindus de Baſchio & multi milites & pedites utriuſque partis. Item die XXIV. Menſis Auguſti apud Montem Caſſianum de Senis Imperator Henricus VI. obiit, & Milites Theutonici portaverunt ejus corpus Piſas, & ibi modo Imperiali ſepelierunt eum honorifice cum magno fletu Piſanorum.

MCCCXIV. Ugolinus de Alviano pro primis ſex menſibus. Guaſconiae obiit Papa Clemens V. die XXII. Menſis Aprilis, & notum fuit Fulginiae die XVII. Menſis Maji. De dicto Menſe reintravit pars Guelfa Spoletum, facta pace cum Gibellinis. Dominus Raynerius Domini Saxi de Eugubio pro aliis ſex menſibus. Durante ſuo officio obiit Eugubii; & ejus loco rexerunt Dominus Odoriſius Domini Mergantis, Sommeus Lotherii, & Martinus Thomae, uti Rectores Fulginiae. Et Dominus Juſtinellus de Firmo pro duobus menſibus de ſex ultimis. Die Dominico XX. Menſis Octobris quinque de Principibus Electoribus Imperatoris elegerunt Ludovicum IV.

MCCCXV. Dominus Juſtinellus praedictus pro primis ſex menſibus. De Menſe Julii Dominus Philippus Princeps Taranti filius Regis Caroli II. ivit Florentiam cum maſnada militum contra Piſanos & Lucanos, ut Capitaneus partis Guelfae totius contradae. Et ſi obtinebat in bello, erat Rex Tuſciae, & uſque Aquilejam. Et tunc regebat Florentiam Dominus Petrus ejus frater. Dominus Johannes Domini Brodani de Saxoferrato pro ultimis ſex menſibus pro ſe, & Domino Carolo ejus fratre. Die Veneris XXIX. Menſis Auguſti, dum Piſani, & Lucani obſediſſent Montemcatinum cum maſnada Theutonicorum, praedictus Princeps, & Dominus Petrus ejus frater, volentes Lucanos & Piſanos de campo expellere, conflicti ſunt. Ibi periit Dominus Petrus, & filius Principis, & multi Nobiles & Milites cum campo exercitus perierunt.

MCCCXVI. Dominus Johannes de Sancto Geminiano pro primis ſex menſibus. Dominus Thomas de Suppis de Firmo pro ultimis ſex menſibus. Die Dominico XIX. Menſis Septembris fuit Fulginiae publice in Eccleſia celebratum Officium electionis Domini Johannis Papae XXII. factae in Vaſconia die XXI. Menſis Auguſti.

MCCCXVII. Dominus Mannus de Eugubio pro primis ſex menſibus. Dominus Andreas de Marchis de Firmo pro aliis ſex menſibus.

MCCCXVIII. Dominus Bertus de Pellariis de Sancto Geminiano pro primis ſex menſibus. Dominus Amelinus Domini Andreae de Maſſa pro aliis ſex menſibus.

MCCCXIX. Dominus Fumus de Buſtulis de Aretio pro tribus menſibus.

bus. Ugolinus de Alviano pro aliis novem menſibus. Peruſini poſuerunt exercitum contra Aſſiſium de Menſe Octobris. Et die prima Decembris fuit expulſa pars Guelfa de Spoleto. Et de Menſe Januarii Fulginates reinceperunt facere Carbonarias novas circa Civitatem.

MCCCXX. Ugolinus de Alviano pro primis ſex Menſibus. Thomas de Suppis de Firmo pro ultimis ſex menſibus. De Menſe Septembris fuit per Peruſinos deſtructum Caſtrum Inſulae de plano Aſſiſii.

MCCCXXI. Dominus Raynerius de Burgo pro primis ſex menſibus. De Menſe Julii in Vigilia Sancti Jacobi Apoſtoli circa horam Veſperarum fuit magna pluvia cum grandine multa, & devaſtavit vineas multarum Contradarum. Et duravit tempus pluvioſum per menſem, & ultra, ita quod multae ſegetes in metis remanſerunt ad tritandum in Menſe Septembris. Et Fulginates deſtruxerunt Caſtrum Orzani. Andreas de Montebono de Aretio pro aliis ſex menſibus. In fine Menſis Auguſti Aſſiſinates venerunt ad concordiam Peruſinorum, & poſtea diſcordaverunt. Et tempore ſubſequentis Poteſtatis fecerunt mandatum Peruſinorum de Menſe Martii.

MCCCXXII. Dominus Johannes de Strozzis de Florentia pro primis ſex menſibus. Dominus Guaſta de Radicoſano pro aliis ſex menſibus. De Menſe Septembris Commune Fulginiae ad Caſtrum Cammori acceſſit. Et quia in montanis noſtris offenderat, funditus eum evellit die VIII. Menſis praedicti. Fuit facta mutatio Monetae de Cortona in Peruſinam de Menſe Martii.

MCCCXXIII. Munuldus de Radicoſano pro primis ſex menſibus. Dominus Franciſcus de Nurſia pro aliis ſex menſibus. Dicto Anno de menſe Julii, die Lunae XVIII. dicti menſis Sanctus Petrus (e) filius Petri Criſcii de Fulginia obdormivit in Chriſto: & die Martis ſequenti a Clero & Populo Fulginiae in majori Eccleſia fuit honorifice ſepultus.

MCCCXXIV. Petrus..... de Bulzena pro primis ſex menſibus. Porcellus de Roſſis de Florentia pro ultimis ſex menſibus.

MCCCXXV. Gentilis de Aquila pro primis ſex menſibus. Dominus Nicolaus de Angelo pro ultimis ſex menſibus.

MCCCXXVI. Leonellus de Interamna pro primis ſex menſibus, & pro quatuor aliis menſibus Priores Populi Fulginiae, & pro duobus aliis ſubſequentibus Guido Poteſtas. Die XI. menſis Julii deceſſit Dominus Bartholomaeus Epiſcopus Fulginiae: & die XXII. dicti menſis fuit communiter electus in Epiſcopum Fulginiae Dominus Paulus filius olim nobilis viri Nalli Domini Trinciae.

MCCCXXVII. Guido de Pantaleonibus de Urbe pro primis ſex menſibus. Petrus de Monte Sancto pro aliis ſex menſibus. De menſe Januarii Ludovicus Quartus electus a Principibus in Imperatorem intravit Lombardiam, veniens versùs Romam contra voluntatem Domini Papae.

MCCCXXVIII. Dominus Nicolaus de Aquila pro primis ſex menſibus: Dominus Johannes de Paparo de Senis pro aliis ſex menſibus. Die Dominico XVII. menſis Januarii Ludovicus IV. Romae a Populo in Impera-

(e) Nobilis Fulginas, vir mirae ſanctitatis, inter patrios lares tamen in Eremo vixit, & obiit clarus miraculis. De eo Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiae, & Jacobillus inter Sanctos Fulginiae.

peratorem coronatus eſt. Et de menſe Decembris ſequentis fuerunt multi terraemotus, ex quibus Nurſini magnum receperunt damnum. Et incoeperunt die IV. dicti menſis de mane circa auroram, & duraverunt per menſes.

MCCCXXIX. Dominus Eugenius de Sancto Geminiano pro primis ſex menſibus. Philippus de Fortiguerris de Senis pro aliis ſex menſibus. De menſe Martii fuit incoeptus murus Communis in Carbonaria nova juxta Pontem Cavallum. Fuit facta Gabella die XXIV. Aprilis.

MCCCXXX. Tillutius Domini Baldinotti de Volterra pro primis ſex menſibus. Dominus Raynerius de Morotis de Sancto Geminiano pro aliis ſex menſibus. Die XVI. menſis Julii horâ diei prope Veſperas Sol obſcuratus eſt quaſi per medium a latere Septemtrionali. Et ſtetit obſcuratus quaſi per horam. Et fuit hoc in renovatione Lunae.

MCCCXXXI. Praedictus Dominus Raynerius pro primis ſex menſibus. Dominus Milianus de Eſculo pro aliis ſex menſibus.

MCCCXXXII. Dominus Petrus de Bulzena pro primis ſex menſibus. Nuctillus de Baſchentibus de Urbeveteri pro aliis ſex menſibus.

MCCCXXXIII. Nellus Domini Johannis de Eſculo pro primis ſex menſibus. Putius Johannis de Monteſancto pro aliis ſex menſibus.

MCCCXXXIV. Dominus Ugolinus de Trincis pro tribus menſibus primis. Lallus de Aquila pro ſex ſequentibus menſibus. Putius Petri de Monteſancto pro tribus ultimis menſibus. Die IV. menſis Decembris obiit Papa Johannes XXII. & notum fuit Fulginiae die XVI. dicti menſis. Et die XX. ejuſdem menſis fuit electus Dominus Benedictus Papa XII.

MCCCXXXV. Putius Petri de Monte Sancto praedictus pro ſex menſibus. Nicola Nutii de Sancto Angelo in Pantano pro aliis ſex menſibus.

MCCCXXXVI. Dominus Raynerius Domini Conradi de Matelica pro ſex menſibus. Petrus Petri Comes de Montemarta pro aliis ſex menſibus.

MCCCXXXVII. Dictus Petrus pro primis ſex menſibus. Dominus Porcellus Domini Batimi de Roſſis de Florentia pro aliis ſex menſibus.

MCCCXXXVIII. Nicolaus Domini Guillelmi de Monte Sancti Savini de Senis pro primis ſex menſibus. Guiducius Domini Farolfi de Monte Sancti Savini pro aliis ſex menſibus.

MCCCXXXIX. Dominus Bartholomaeus de Bardis de Florentia pro primis ſex menſibus. Laetus Domini Johannis de Saxo Ferrato pro aliis ſex menſibus. Die VII. Julii fuit renovatio Lunae in hora XIX. vel circa.

MCCCXL. Dominus Albanus de Friſcobaldis de Florentia pro primis ſex menſibus. Mannus Raccus Domini Miliaducci de Eſculo pro aliis ſex menſibus.

MCCCXLI. Dominus Conradus Nalli de Trinciis de Fulginio pro tribus menſibus. Dominus Mucata Domini Gabrielis de Piccolominibus de Senis pro novem menſibus.

FRAG-

# FRAGMENTA FULGINATIS HISTORIAE

## EX ALIO MSto CODICE DESUMTA,

## Ab Anno MCCCCXXIV. uſque ad MCCCCXL.

*AUCTORE*

# PETRUCCIO DE UNCTIS

## FULGINATE.

1424.

MEmoria, che a dì 6. di Giugno venne la novella, che il Signor Braccio, che ſtava a campo all' Aquila, era ſtato ſconfitto, e morte più di quattrocento perſone da una parte e dall'altra. E di lui non ſe ne ſa novella. La gente, che fu contra lui, la mandò Papa Martino Colonna, e il Duca di Milano, che furono ſe' mila perſone, e quelle di Braccio erano tre mila. Ed era ſtato a campo all' Aquila un' anno, e un Meſe. A dì 8. di Giugno venne la novella certa, che era morto in Santa Maria di Coldimagro d' una ferita, che gli fu fatta nella ſconfitta, e fu una punta di ſpada entro in canna: e feceglie la Armaleo Bran-
A caleoni di Foligno, Conteſtabile di dugento ſanti.

1431.

Memoria, che a dì 12. di Febbraio a 21. ora, e fu il Lunedì di Carnevale, ſi ſcurò il Sole tanto, che pareva notte ſcura, e l'occhio del Sole ſi fece nero come un tizzone. E quel dì voltò la Luna. Di Mar-
B zo morì Papa Martino V. di Caſa Colonna.

1433.

Memoria, che a dì 21. di Agoſto, e fu di Venerdì tra Nona e Veſpro, l'Imperadore Sigiſmondo della Caſata di Lucemburgo venne da Roma in Foligno, e a Roma era andato di Maggio. E fece Cavalieri a
C Roma molti. Tra gli altri fece il Magnifico Meſſer Gulino figliuolo del eccelſo Signor Meſſer Corrado delli Trinci. E il ſeguente Sabbato di mattina, dimorante in Foligno fece

Cavaliere nella Chieſa di San Feliciano Meſſer Niccolò figliuolo del ſopradetto Signore Meſſer Corrado. Il detto Sabbato a ora di pranzo fece Cavaliere in Sala il ſopra detto magnifico & eccelſo Signore, e donò a lui, e a i due ſuoi figliuoli Cavalieri una Stola bianca per uno. E fece Conte del Palazzo il detto Meſſer Corrado de' Trinci. E fece Conte Gianni di Berardo del Palazzo. La Domenica mattina udì la Meſſa la ſereniſſima Maeſtà dell'Imperadore nella Chieſa di San Franceſco in Foligno. E tornando a caſa del ſopradetto magnifico & eccelſo Signore, paſsò di nanti alla porta di caſa mia con quattro cavalli, ovvero con cinque. Dopo pranzo fece Cavaliere uno del nome ſuo, e Candido da Perugia, benchè il Sabbato ſul Veſpro avea fatti Cavalieri Franceſco di Brancuccio, Onofrio di Gianni di Ser Berardo, Atto Giovanni, Smeduccio di Meſſere Antonio da San Severino, Bonifacio di Madonna Agneſe, Agabito del Bocciarello, Pietro Giovanni di Lapa, Meſſere Onofrio, Meſſere Atto, Meſſer Giovanni Moſcatelli, e Ranaldo di Corrado di Galaſſo.

1 4 3 4.

Memoria, che a dì 12. di Settembre, e fu una Domenica mattina, venne la novella, che un Caſtello di Viſſo, il quale ſi chiama Uſſuta, ſi diede di buona volontà al Signor Meſſer Corrado de Trinci, il qual Caſtello teneva Gentile Pandolfo Signore di Camerino.

1 4 3 6.

Memoria, che Madonna Tanza, madre del magnifico Signore Meſſer Corrado ſi partì da Foligno a dì ultimo d'Agoſto, e fu di Venerdì, e giſſene a Roma, perchè non iſtava in grazia del detto magnifico Signore. Iddio vi metta buona pace. A dì 8. di Novembre morì la venerabile donna Madonna Coſtanza, donna che fu del magnifico Signore Ugolino di Meſſer Trince de' Trinci, e fu di Caſa Orſina. Fece di ſpeſa di cera il ſuo figliuolo noſtro Signore Meſſer Corrado Libre mille di cera, e montò a Fiorini otto e tre quarti, e il Centinajo a Fiorini ottanta ſette e mezzo. Dio faccia pace all'anima ſua, & alle altre anime paſſate.

1 4 3 8.

Memoria della grandiſſima avverſità, che ebbe la povera Città di Spoleto: la quale fu a dì 12. ovvero a dì 13. di Maggio; che fu meſſa a ſacco e ruba gran parte delle donne, per occaſione che ſi ribellarono al Caſtellano coloro, che erano a quel tempo della Caſata de' Tomacelli da Napoli, de' quali era l'Abate di Monte Caſino. E le genti, che lo miſero a ſacco furono queſte, che appreſſo dirò. Taliano con 1000. cavalli, Franceſco Piccinino con 300. cavalli. E fu il Popolo di Foligno e di Bevagna e di Montefalco, che ricuperammo Montefalco a dì ultimo di Marzo, e il Popolo di Nocera. E prima che foſſe gito queſta fiata a Spoleto, fu fatto un gran guaſto a Trevi. E la Domenica a mattina fu gito a Spoleto. Il Lunedì a ſera fu aſſaltata la guardia del Monte, che vi ſtava per gli Spoletini un Conteſtabile di cento Fanti, che ſi chiamava Scancella, e il luogo dove ſi ſtavano, ſi chiamava San Giuliano. Tutti quei, che ſtavano a quella guardia, fuggirono, come furono aſſaltati da i noſtri. E i noſtri tirarono giù al Caſſaro, che furono qualche cencinquanta

ta fanti, cioè gentame: e li conduſſe Antonello Diſperato, e Antonio Schiavo. E guadagnarono coloro mille dugento Fiorini per uno dal detto Caſtellano. E fatto queſto entrarono pel Caſſaro dentro Spoleto coll' altro sforzo delle genti d'arme. Le altre genti entrarono chi per le porte, e chi per le mura. Erano in ajuto degli Spoletini, cioè dentro nella Città, queſte genti che appreſſo diremo, cioè: Baldovino di Niccolò da Tolentino con 150. cavalli, e lo Sbardellato con 180. fanti, e 30. cavalli. Tutti fuggirono come puttane, che non vi traſſero una ſpada. Chi fuggì per gli atterrani, e chi per le Caſtella; ſalvo che furono preſi degli Spoletini circa 300. Iddio dia loro pazienza e buona volontà. E furono vituperate molte donne. Venne a dì 14. del detto Meſe di Maggio lo Stendardo de' detti Spoletini, che era di zendado vermiglio coll' Arme loro, ch' era un' Uomo armato, veſtito di bianco colla lancia in mano, con un pendoncillo bianco ſulla lancia, e a cavallo in un cavallo liardo. E più ci vennero le catene e ferrami delle Porte della detta Città. Furono riſcoſſi aſſai de' detti Spoletini pel magnifico noſtro Signore Meſſer Corrado de' Trinci, e anche pe' noſtri Cittadini. E tutti furono governati in Foligno per l'amore di Dio a ſpeſe de' Folignati. E la maggior parte dappoichè furono riſcoſſi, ſtettero, ſendo uſciti di Spoleto, per noſtri nemici in quelle Caſtella di Spoleti, & atterrami. E ci venne il martello della Campana maggiore della detta Città rubato, e fu poſto nella Campana maggiore di San Feliciano noſtro. E fu fatta pochi dì innanzi la detta Campana, la quale peſa circa a 8500. Libbre.

A 1439.

Memoria, come di Gennaio fu bandito nella noſtra Città di Foligno, che non foſſe alcuna perſona, che rifiutaſſe veruna delle noſtre Monete, le quali furono principiate a battere di Dicembre a dì 20. nel 1438. nel tempo che eravamo de' Priori noi, cioè Franceſco della Fe- B de del Terziero di ſopra, *io Petruccio di Giacomo degli Unti del Terziero di mezzo*, e Mattia di Franceſco altramente Mugnetto del Terziero di ſotto; e Mattia di Niccolò di Feliciano fu Priore novello pel Terziero di San Giovanni, e di San Niccolò. E le Monete furono queſte: cioè Fiorini d'oro per bolognini 44., e i C bolognini per ſoldi 2. e denari *6.* e i piccioli uno a denaro, e belli quattrini. E fu meſſo bando di dieci Fiorini a chi qualunque di queſte Monete rifiutava pel detto prezzo. E il primo Zecchiere fu a battere la detta Moneta Piermatteo di Salvero di Emiliano da Foligno della Compagnia degli Spavagli. A dì 12. D di Luglio venne il campo del Patriarca Aleſſandrino a Bevagna: il qual Patriarca ſi chiamava Meſſer Giovanni Vitelleſchi, il quale è nativo di Corgnero, e gli antichi ſuoi furono da Foligno. E venne con queſte genti, che quì di ſotto dirò. E quello che ne ſeguì, apparirà quì di ſotto. Cioè Ranaldo Orſino con E 500. cavalli, e 150. fanti: il Conte d'Averſa con 300. cavalli, e 100. fanti: Simonetto nipote del detto Patriarca con 300 cavalli, e 200. fanti; e con 200. Spoletini, e con 200. Perugini; e anche Todini, Ternani, Spellani, Aſſiſani, Bettoneſi, Gualdarini, cioè di Gualdo Cattani; e con gli uſciti di Montefalco; e colle Lance ſpezzate del detto Patriar-

triarca, che furono circa a 400. cavalli, e con eſſi ben 200. fanti. Pigliarono Bevagna a patti il Giovedì; e il campo vi era gito la Domenica. E il Venerdì venne a noi colle brigate ſopradette, e con più altre, cioè Paolo della Molara con 300. cavalli, e con 100. fanti. E vi furono tutti i Trevani, e del Contado di Spoleto, Camerineſi, e Norſini, e di molti altri luoghi. E con queſti vi fu lo Sbardellato da Narni con 200. fanti, e Tartaglia di Meſſero di Buonfante da Foligno con 150. fanti. A dì 17. di Luglio e fu di Venerdì, il detto Patriarca venne a campo a Foligno con quelle brigate, che aveva menate a Bevagna, o anche con più genti, come ho detto, tanto che furono ſtimati 3000. cavalli, e da 7000. in 8000. fanti tra cerne, o fanti uſati, che vennero infino da Roma in ſu, e da Rieti in quà, e da tutto il territorio di Perugia. Vennero fanti anche da Corneto quà ſu, da Camerino, da Norſia, da Carcia, e da tutte le circoſtanze d'attorno. E fecero molto gran guaſto con mozzare di vigne, tagliare e ardere di molte chiuſe e caſe per tutto il noſtro Contado, ſalvo che a Caſale. E queſto di Caſale fu, perchè gli uomini di Caſale ſtavano a Saſſovivo, e fecero patti preſtamente. Arſero Pale, e Civitella, che erano Caſtella. Vero è che i Trevani comperarono Civitella da Angelo Vitelleſchi nipote del Patriarca per cinquanta ovvero ſeſſanta Fiorini, per arderla eſſi, e l'arſero. Et ebbe il detto Patriarca tutte le noſtre tenute, ſalvo chè Acquafranca, e Montefalco. A dì 23. di Luglio ci tolſero l'acqua della Veſcia, e quella delle Mulina, tanto che nè Carbonara, nè Fonti, nè Mulina menavano acqua. E allora ſcoprimmo il Pozzo a piè di Piazza, e facemmo una forma di fuori del Ponte Nuovo per mettere l'acqua a i Mulini di San Claudio. E cominciò a venir l'acqua, & eſſi ce la ritolſero. E fu fatta una bella ſcaramuccia, tanto che vi fu morto Frate Gaſpero di Ciano di Pilato, e vi fu preſo Lodovico Pelliciaro, & Ermanno di Marino Guercio delli Cipiſchi, e Gregorio del Ciotto delle Poelle. E fu sì fatta e ſtretta ſcaramuccia, che vennero inſino alla Portella nuova, cioè a pie' delle mura di Ponte Nuovo: e furono feriti de' noſtri proprj ſu delle mura co' ſaſſi, perchè i noſtri ſi erano miſchiati co' nimici, che non ſi riconoſcevano gli uni dagli altri. A dì 24. di Luglio fu ordinato di fare l'Arcatura al Ponte di San Giacomo, cioè ſotto il Ponte, e tra il rivellino e la ſtrada che va a Spello. E fu fatta la fineſtra nel muro della Terra, dove riſponde in Santo Antonio, e vi fu fatta la forma dentro in Santo Antonio, e venne per la metà della Piazza di San Giacomo, e uſcì a canto l'Orto de' Frati di detto Luogo, e a piè dell' Orto di Meſſer Franceſco di Brancuccio a canto al Ponte delle pietre, & entrò nella forma de' Mulini, tanto che macinavano ſei macine. Come ſentirono queſto le genti del Patriarca, avviſaronſi di togliere l'acqua: e così fecero, benchè vi buſſarono circa a venti giorni. E fecero tanto, che non ci veniva acqua dall'arcatura, che fecero eſſi in gù. E allora ci mettemmo a fare i Mulini a ſecco. E chi macinava col Macinetto da farrare, e ciaſcheduno ne fece quante ne poteva fare. Con tutto ciò non ci baſtava, che fu fatta la ſtima, che eravamo dentro in Fo-

Foligno circa quindici mila bocche tra grandi e piccole, maſchi e femmine. In queſto modo ſtammo fino a dì 9. di Settembre, il dì dopo Santa Maria di Loreto, che fu ſanta Maria di Martedì: e noi facemmo i patti di Mercoledì proſſimo.

A dì 9. di Settembre ſuddetto ſi accordò inſieme la maggior parte del Popol noſtro, cioè Meſſer Giacomo da Montefalco Abate di Saſſovivo con quegli uomini delle coſte, Meſſer Franceſco di Brancuccio con la Compagnia de i Forti, Meſſere Atto Giovanni, e Giovanni Criſtoforo di Ser Giovanni di Lodovico colla Compagnia di Cento Carri, e con quella di Santa Maria, e con quella della Fiera, e Maſtro Giovanni di Scimiolo da Roviglieto Medico di Foligno, e molti altri Cittadini e Contadini. E ſi erano adunati inſieme al Ponte di Santa Maria, benchè più dì innanzi aveſſero trattata queſta coſa ſegretamente tutti coſtoro, e inſieme con loro Gregorio d'Ambroſino di Ser Cagno della Compagnia della Badia, e Meſſer Piergiovanni di Cagnioro di Pietro di Maſtro Armanno, e Franceſco della Fede, e Gaſpare di Mariano di Varcannante, col detto Patriarca. E la notte dopo Santa Maria di Loreto, Meſſere Atto Giovanni diede fuori un giovane fornaio della Compagnia della Spada, il quale ſi chiama Mazzetta, e mandollo al Patriarca, che ſtava di perſona ſua a Santa Maria Maggiore, le Lance ſpezzate a i Marchiſelli, Simonetto con molti fanti e cavalli, e anche cerne alla Porta di San Giacomo, cioè a Raccanati, e al Foſſato Ranaro verſo la Porta della Badia Paolo della Molara co'ſuoi cavalli e fanti, e col Popolo di Spoleto, e co'Ternani. L'altro cername, e l'altra fanteria ſtavano chi col Patriarca, e chi colle Lance ſpezzate a i Marchiſelli co'ſopradetti Cittadini: e furono i figliuoli di Ser Pietro di Bice, cioè Meſſer Niccolò e Meſſer Guidone. Più dì innanzi erano fatti aſſai cenni dentro in Foligno al campo, e non ſi ſapeva bene chi li faceſſe. E ultimamente s'accordarono inſieme Meſſer Franceſco di Brancuccio, e Meſſer l'Abate di Saſſovivo, e Meſſer Piergiovanni di Pietro di Maſtro Ermanno della Compagnia della Croce, e Meſſere Atto Giovanni della Piazza della Canape, e Giancriſtoforo di Ser Giovanni di Lodovico, e Meſſer Niccolò, e Meſſer Guidone figliuoli di Pietro di Bice della Compagnia degli Spavagli, e Meſſer Giovanni di Scimiolo Medico da Roviglieto abitante in Foligno della Compagnia della Contraſtanga. E vi fu Niccolò e Franceſco di Boccaccio da San Racchio, abitante in Foligno, e Gaſpare di Ciano dello Ricciuto. E tutti coſtoro ſollevarono una gran parte del Popolo di Foligno. E il Martedì a ſera ſegretamente tutti ſi trovarono chi alle poſte loro a canto le mura, e chi alle caſe de'ſopradetti, ciaſcheduno con quelle armi, che aveva potuto avere. E nella mezza notte ſi moſſe Meſſere Atto Giovanni con ben 200. uomini, con targoni, rotelle, lance, e baleſtre. E girono a caſa di Meſſer Franceſco. Ivi ſi adunarono tutti que'della Poella, tanto che furono ben 400. E partironſi di lì Meſſer Franceſco e Meſſere Atto Giovanni, e gironſi a caſa di Meſſer Piergiovanni ſopradetto, & eſſo non volle ſeguirli, dicendo, che aveva male in una gamba, e che non poteva armare. E queſto fu per vedere,

re, come andavano le coſe. Partita che fu queſta brigata, egli mandò Marinangelo di Villanuccio con due Compagnie in Piazza del Comune, che vi era Giacomo di Ser Benedetto da Gualdo con ben 400. tutti armati da capo a' piedi, e con targoni, e baleſtre aſſai. E mandarono coloro a dirgli, che volevano che egli faceſſe sì che foſſe con loro il detto Meſſer Piergiovanni. Sentendo queſto Meſſer Franceſco e Meſſere Atto Giovanni, che ſtavano alla Porta di Santa Maria, pigliarono partito tutti queſti altri capi ſopradetti di mettere dentro 200 fanti foreſtieri. Seguitiamo quì quello, che ſeguì del campo, che ci poſe il magnifico & eccelſo Padre e Signore, Meſſer Giovanni Vitelleſchi (f), degniſſimo Patriarca Aleſſandrino, e Cardinale di Firenze, e Legato laterale della Santa Chieſa, che benchè ſia nativo di Corneto, gli antenati ſuoi furono da Foligno: e così ſi appella egli. Come Meſſer Piergiovanni tardò alla promeſſa, e ſecondo che ſi diceva dell'ambaſciata, che egli aveva mandata in piazza a coloro, che ſtavano per Meſſer Corrado, che era Signore, ovvero Scorticatore che dirò meglio, per riſpoſta il detto Meſſer Piergiovanni ebbe, che doveſſe gire in piazza da loro. In queſto mezzo que' della Porta di Santa Maria fecero l'avviſo, e pigliarono partito di metter dentro 200. fanti di que' del campo (g), e così fecero.

1440

Memoria, come a dì 26. di Marzo, e fu di Sabbato, venne la buoniſſima novella, che Meſſer Giovanni Vitelleſchi da Corneto, Patriarca Aleſſandrino, fu preſo dal Caſtellano di Caſtello Santo Angelo in Roma, e furongli fatte cinque ferite, perchè volle fare difeſa. L'occaſione, perchè fu preſo, fu a petizione di Papa Eugenio IV noſtro ſantiſſimo Signore, per occaſione che il detto Patriarca s'era accordato con le genti del Duca di Milano, cioè col Magnifico Capitano Niccolò Piccinino, che veniſſe ſopra Firenze, come dopo certi dì fece. La novella ſopradetta venne quì in Foligno a dì 27. di Marzo di Domenica nell'ora del Veſpro.

(f) De genere ac familia Cardinalis Vitelleſchi Fulginatis, qui quum Nobiles de Trinciis Fulginio expulſi fuerunt, recognovit genus ſuum ac familiam, quae tunc florebat in eadem Civitate, & adhuc uſque nobiliter florere pergit, conſule Obſervationes Hiſtoricas ad Quadriregium pag. 210. in fine, Dorium Hiſtor. Familiae Trinciorum Lib. 4. pag. 220. Pellinum Hiſtor. Peruſin. part. 2. Lib. 2. pag. 435. qui teſtatur, quod Scriptores Peruſini in Manuſcriptis *affermano, che gli antichi e anteceſſori del Patriarca, eſſendo ſtati originarj Cittadini di Foligno, erano ſtati ottant'anni addietro uccisi e ſcacciati da i Trinci: e che però egli ricordevole delle paſſate ingiurie aveſſe diliberato di fare ogni opera d'averli nelle mani, e di tor loro il dominio di quella Città.*

(g) Exitus obſidionis Fulginatis Urbis, atque diſperſionis Familiae Trinciorum legitur apud Dorium Lib. 4. pag. 231. & ſeqq. Hiſtor. Trinciorum.

# ELENCHUS TOMI NONI.

## DISSERTATIO QUADRAGESIMAQUARTA.

*De Literarum Fortuna in Italia poſt Annum Chriſti MC. & de Academiarum ſive Gymnaſiorum erectione.* Pag. 9.

*Excerpta e Chartis Archivi Piſani Archiepiſcopii ab Anno Chriſti DCCXX. uſque ad Annum MCXCIX. nunc primùm edita.* 233.

*Hiſtoria* Belli Forojulienſis *nunc primùm edita, conſcripta à* Johanne Notario *quondam Aylini* de Maniaco, *Auctore Synchrono, ab Anno Chriſti MCCCLXVI. uſque ad MCCCLXXXVIII.* 523.

*Alterum Fragmentum Hiſtoriae Forojulienſis ex eodem Auctore.* 565.

## DISSERTATIO QUADRAGESIMAQUINTA.

*De aſſumpta a Civitatibus Italicis Reipublicae formâ, atque origine libertatis in iis.* 627.

## DISSERTATIO QUADRAGESIMASEXTA.

*De Civitatum Italicarum Magiſtratibus.* 703.

*Oculus Paſtoralis, ſive Libellus erudiens futurum Rectorem Populorum,* Anonymo Auctore, *conſcriptus circiter Annum MCCXXII. Ex Manuſcripto Codice* Philippi Argelati *Bononienſis S. C. C. M. a Secretis.* 787.

*Fragmenta Fulginatis Hiſtoriae ab Anno MCXCVIII. uſque ad MCCCXLI. Auctore* Bonaventura Benevenuti *Fulginate, cum Notis doctiſſimi Viri* Juſtiniani Pagliarini *Fulginatis.* 867.

*Fragmenta Fulginatis Hiſtoriae, ex alio MSto Codice deſumta, ab Anno MCCCCXXIV. uſque ad MCCCCXL. Auctore* Petruccio de Unctis *Fulginate.* 895.

GETTY CENTER LIBRARY